This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD COLLEGE LIBRARY

FROM THE LIBRARY

OF

ARTHUR DARBY NOCK



PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (*ANNO* 1216) *PRO LATINIS ET AD BESSARIONIS TEMPORA* (*ANNO* 863) *PRO GRÆCIS FLORUERUNT* :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD BESSARIONEM

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXII.

GEORGIUS CEDRENUS, JOANNES SCYLITZES, MICHAEL PSELLUS.

PARISIIS,

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1889

ER
.6
.M3
F. 122
cop. 1

TRADITIO CATHOLICA

SÆCULUM XI. ANNUS 1058.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

GEORGII CEDRENI

COMPENDIUM HISTORIARUM,

CUI SUBJICIUNTUR

EXCERPTA EX BREVIARIO JOANNIS SCYLITZÆ, CUROPALATÆ.

ACCEDUNT

MICHAELIS PSELLI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA

NUNC PRIMUM IN UNUM COLLECTA

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS POSTERIOR

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE, 189*, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE, 127.*

1889

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNUS 1058,

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXII CONTINENTUR

GEORGIUS CEDRENUS.

Historiarum compendium. (Continuatio.) 9

JOANNES SCYLITZES.

Breviarium historicum. 367

MICHAEL PSELLUS.

De Psellis et eorum scriptis Leonis Allatii Diatriba. 478

OPERUM PARS PRIMA.— OPERA THEOLOGICA.

Expositio in Canticum canticorum. 538

De omnifaria doctrina capita centum quinquaginta septem. 687

Quæstionum naturalium solutiones. 783

Versus politici de dogmate ad Mich. Ducam imp., ex Meermanni Thesauro Juris, addita interpretatione nostra. 811

Dialogus de dæmonum energia seu operatione, contra Planetem et Euchitas, ex editione Gaulmini Paris. 1615, collata cum ea quam Boissonadius Norimbergæ dedit anno 1838. 849

Quænam sunt Græcorum opiniones de dæmonibus, Græce apud Boissonadium, cum interpretatione nostra. 875

De lapidum virtutibus ex edit Jac. Maussaci Lugdun. Batav. 1745. 883

Epigramma in S. Gregorium Nazianzenum (*memoratur tantum*). 899

Characteres SS. Gregorii Theologi, Basilii Magni, Joannis Chrysostomi et Gregorii Nysseni, Græce ap. Boissonadium. 901

Versus in sanctos tres hierarchas inter Opera Theodori Prodromi. 907

Encomium et Officium Symeonis Metaphrastæ (*Patrologiæ tom. CXIV*). 909

Monodia in collapsionem templi S. Sophiæ, ex Leone Allatio in not. ad Georgium Acropolitam. 911

Ad quemdam monachum de mortis determinatione, Græce apud Boissonadium. 915

OPERUM PARS SECUNDA. — LEGALIA ET CANONICA.

Oblatio Nomocanonis ad Michaelem Ducam imp. ex Meermanni Thesauro Juris, cum interpretatione nostra. 919

Compendium legum versibus politicis, ad Mich. Ducam imp., ex eodem ibidem. 925

Ad discipulos de actionum nominibus, Græce apud Boissonadium. 1007

De recentiorum legum et legalium definitionum Latinis nominibus, ex eodem. 1023

OPERUM PARS TERTIA. — PHILOSOPHICA.

De anima celebres opiniones, ex editione Joannis Tarini post Origenis Philocaliam. 1029

In Psychogoniam Platonicam, ex edit. Car. Linder. 1077

Expositio in Oracula magica quæ a Zoroastre prodiere, in Oraculis Sibyllinis Galæi. 1115

Expositio in Oracula Chaldaica, ex eodem ibidem. 1123

Summaria et brevis Dogmatum Chaldaicorum expositio, ex eodem. 1149

In Mercurii Trismegisti Pimandrum, ap. Boissonadium. 1153

OPERUM PARS QUARTA. — HISTORICA.

De locis et nominibus Atticis, ex Boissonadio. 1155

Epigramma in æreum equum in Hippodromo qui pedem attollebat, ex Banduri Imperio Orientali. 1161

Epistolæ, ex Frid. Tafel de Thessalonica ejusque agro, et apud Boissonadium, cum interpretatione nostra. 1161

Fragmentum ex oratione ad Constantinum Monomachum imp., ex Leone Allatio De templis Græcorum recentioribus. 1185

Fragmenta alia. 1185

APPENDIX AD OPERA MICH. PSELLI.

Anonymi De antiquitatibus C. P. ex Banduri Imperio Orientali. 1187

Testamentum Salomonis, cujus sæpe meminit Psellus in libro De operationibus dæmonum, addita interpretatione nostra. 1315

Fabroti Glossarium, sive interpretatio obscurorum verborum Cedreni. 1361

Index in Cedrenum. 1405

Index in Michaelem Psellum et in Appendicem. 1443

CEDRENI HISTORIARUM

CONTINUATIO.

[P. 609] Τοῦτον μεν τὸν τρόπον, ὃν εἴπομεν, ἀποβιώντος Ἀλεξάνδρου εἰς Κωνσταντῖνον τὸν υἱὸν Λέοντος, ἑβδομον τῆς ἡλικίας ἄγοντα ἔτος, τὸ Βασίλειον περιελήλυθε κράτος, ὑπὸ ἐπιτρόπους τελοῦντα τοὺς ἄνωθεν ἠριθμημένους. Λαβόμενος οὖν τῆς ἐξουσίας Νικόλαος ὁ πατριάρχης ὡς καὶ αὐτὸς ἐπίτροπος ὤν, συνάμα τοῖς ἄλλοις, ἐπηδαλιούχες τὰ τοῦ κοινοῦ. Τῶν δὲ πραγμάτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς βασιλείας, ὡς εἴπομεν, παρὰ τῶν ἐπιτρόπων ἰθυνομένης, Κωνστατῖνος ὁ τοῦ Δουκὸς Ἀνδρονίκου υἱὸς, δομέστικος τῶν σχολῶν τυγχάνων καὶ δυναστείαν περιβεβλημένος μεγίστην, γράμμασι τῶν ἐν τῇ βασιλίδι φίλων καὶ συγγενῶν αὐτοῦ παρακινηθεὶς, γεγραφότων ἀκέφαλον εἶναι τὴν βασιλείαν καὶ κακῶς διεξάγεσθαι καὶ μικρὸν ὅσον κινδυνεύειν ὀλεθρίῳ κινδύνῳ ὑποπεσεῖν, αὐτόν τε ἀνακαλουμένων ὡς ἐχέφρονα καὶ ἀνδρεῖον καὶ μονον δυνάμενον ἐπαξίως κυβερνῆσαι τὴν περιβόητον τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν, προσθεμένων δ' ὅτι καὶ ἡ σύγκλητος αὐτὸν ἀσπάζεται καὶ ὁ πολιτικὸς ὄχλος, καὶ ἐπισπευδόντων ὡς τάχος καταλαβεῖν, συνειδότος, ὥς φασι, καὶ τοῦ πατριάρχου Νικολάου καὶ τοῖς γραφεῖσι συνευδοκοῦντος διὰ τὸ μήπω τὰς διαθήκας Ἀλεξάνδρου ἀναγνωσθῆναι μηδὲ γνωσθῆναι αὐτῷ ὡς ἐπίτροπος γέγραπται καὶ αὐτὸς τοῦ παιδὸς, Ἀρταβάσδου πρὸς τοῦτο διακονήσαντος καὶ παρὰ τοῦτο πρώτου τῶν ἱερέων (43) τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας μετέπειτα γενομένου. Πατὴρ δ' ὁ Ἀρτάβασδος ἦν Ἀνδρέου τοῦ ἐπὶ ζωγραφικῇ τέχνῃ λάμψαντος. Ὁ Κωνσταντῖνος δὲ καὶ προτερον ὀνειροπολῶν τὴν βασιλείαν καὶ διὰ παντος αὐτῆς ἐφιέμενος, καὶ μηδέποτε ἄλλοσέ πη, ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν τοιαύτην ὄρεξιν τετραμμένον ἔχων τὸν νοῦν, δεξάμενος τὰ γράμματα ταχύ τε ἐπείσθη καὶ ταχὺ τὴν βασιλίδα κατέλαβεν, ἑπομένους ἔχων τοὺς των στρατευμάτων ἐκκρίτους. Καὶ τῶν νυκτῶν ἀωρὶ διὰ πυλίδος εἰσελθὼν τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μιχαὴλ, πλησίον οὔσης τῆς ἀκροπόλεως, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ μαγίστρου Γρηγορᾶ τοῦ Ἰβηρίτζη (πενθερὸς δὲ ὁ Γρηγορᾶς τοῦ Κωνσταντίνου) παρεγένετο, ἐν ᾗ διανυκτερεύων μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ διετέλει. Νικήτας δὲ ἀσηκρῆτις τὴν ἔλετσιν αἰσθόμενος τοῦ Κωνσταντίνου τῷ πατρικίῳ Κωνσταντίνῳ τῷ Ἐλαδικῷ τυγχάνοντι μοναχῷ θᾶττον ἐμήνυσε, καὶ παρειληφὼς αὐτὸν

A **1-278** Annum agens ætatis septimum Constantinus Leonis filius imperium iniit, sub iis quos recensui tutoribus : et Nicolaus maxime patriarcha, utpote unus tutorum, clavum reipublicæ tenuit. Initio hujus imperii, Constantinus Ducas Andronics filius, domesticus scholarum, et maxima præditu-
polentia, amicorum ac cognatorum in urbe degeni
tium litteris ad invadendum imperium instigatur. Scribebant enim, capite carere imperium, ac male geri, et in summo versari discrimine : ipsumque ut hominem cordatum atque fortem, et solum nobili Romanorum imperio administrando aptum, accersebant addebantque, probari eum senatui et civili multitudini : et hortabantur, ut urbem quamprimum occuparet. Ferunt, conscium horum quæ scribebantur approbatoremque fuisse Nicolaum patriar-
B cham (quippe nondum recitato Alexandri testamento, se inter tutores ascriptum esse etiamnum ignorantem) usumque hac in re ministerio Artabasdi, qui pater fuit Andreæ nobilis pictoris, et ideo **279** primus sacerdotum Magni Templi factus est. At Constantinus, qui jam ante imperium somniaret summoque id studio affectaret, neque animum ab ea cura unquam alio deflecteret, litteris acceptis statim assentit, et Cpolin contendit, stipatus militum delectis; atque intempesta nocte per portam Michaeli protovestiarii ingressus, quæ vicina erat arci, in domum magistri Gregoræ Iberitzæ,
C soceri sui, se confert, ibique pernoctat. Nicetas porro secretarius Ducæ adventu cognito, patricio Constantino Eladico monacho statim indicat, eumque eo hac ipsa nocte ad Ducam venit. Hi priusquam dies illucesceret, cum facibus et magna turba portam Circi occupant, et Constantinum imperatorem faustis acclamationibus salutant. Cum autem qui intus erant, portam non reserarent fortiterque resisterent, Constantini protostrator, audax homo, dum inconsideratius portam aperire molitur, per commissuram forium lancea a quodam ictus occumbit. Constantinus inde pulsus, tamen imperii cupiditate ebrius, neque sanæ rationis compos, inde ad Circum pergit, nihil a sententia dimotus malo omine interfecti protostratoris. Inde **280** faustis acclamationibus prosequentibus Chalcen occupat; perque

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(43) Ἡρωτοϊερεύς, qui et πρωτοπαπᾶς, sive τῶν ἱερέων ὁ πρῶτος archipresbyter est, et in Magna Ecclesia ad sanctum altaris tribunal (non ita ubique) secundas a patriarcha obtinet. Codinus. Euchologium. Goar.

eam ingressus usque ad excubitorum stationem, proficiscitur. Interim Joannes Eladas magister, unus curatorum, delectis quantum occasio patiebatur remigibus ac sodalitatibus, iisque ut arma cuique fors offerebat instructis, hos Ducæ occurrere jubet. Ii cum Ducæ militibus manum conseruerunt, et magna utrinque cædes facta est. Occubuit etiam Gregoras Ducæ filius, et Michaelus cognatus ejus, et Curticius Armenius. Quo casu non leviter perturbatus Ducas, suos uti confirmaret, concitato equo ad primos contendit : sed equo in tabulis lapideis, quibus ille locus erat constratus, collapso excussum quidam in terra jacentem et a suis, qui fuga omnes dissipati erant, desertum cernens, caput ei gladio amputat, idque celeri cursu ad imperatorem Constantinum affert. Hunc Ducæ futurum exitum etiam alias intellexerant tutores. Nicolaus enim quidam publicanus vectigalis Chaldiensis,cum vectigal acceptum decoxisset neque haberet unde publico satisfaceret ærario, in Syriam profugerat, et nostra ejurata religione astrologiæ se dederat. Is in nigro linteo litteras ad Thomam logothetam scriptas miserat, quæ linteo aqua **281** eluto apparuerunt, hanc continentes sententiam : « Nolite vobis metuere a rufa ave Duca : stulte enim res novas molietur, et statim peribit. »

Conatu Ducæ hunc exitum nacto, statim Gregoras magister, Ducæ socer, et cum eo patricius Leo Chœrosphacta ad Sophiæ templum profugerunt. Qui a tutoribus inde abrepti, rasi et monachi in Studii monasterium conclusi sunt. Constantinum Eladicum patricium iidem nervis bovillis prolixe cæsum et in triumpho per mediam urbem ductum monasterio Dalmatico inclusere. Leonem patricium Catacalitzam et Abessalomum patricium Arotræ filium excæcatos relegarunt. Constantinum Eulampii filium, et cum eo alios, Philotheus urbis præfectus in Circi funda capite truncavit. Nicetas secretarius

A κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα πεφοιτήκασι πρὸς τὸν Δοῦκα. Βουλὴν δὲ ποιησάμενοι, μήπω τῆς ἡμέρας καταλαμπούσης, μετὰ λαμπάδων καὶ λαοῦ πολλοῦ καὶ ὄχλου τὴν τοῦ ἱπποδρόμου πύλην καταλαμβάνοντες Κωνσταντῖνον ἀνευφήμουν αὐτοκράτορα. Τῶν δὲ ἔνδον εὐσθενῶς ἀντεχομένων καὶ μὴ ἀνοιγνύντων τὰς πύλας, ὁ τοῦ Κωνσταντίνου πρωτοστράτωρ, ἐπ' ἀνδρίᾳ μέγα φρονῶν καὶ βιαιότερον ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀτακτότερον τῇ ἀνοίξει ἐπιχειρῶν τῶν πυλῶν, λογχεύεται παρά τινος τῶν ἔνσω διὰ τῆς ἁρμογῆς τῶν θυρῶν. Καὶ θνήσκει μὲν οὗτος εὐθύς, ὁ Κωνσταντῖνος δὲ ἀποκρουσθεὶς ἐκεῖθεν καὶ τῷ τῆς βασιλείας ἔρωτι οἷα τινι μεθῃ κάτοχος ὢν καὶ μὴ καθεστῶτας ἔχων τοὺς λογισμούς, ἅρας ἐκεῖθεν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον παραγίνεται (44)ς κακὸν οἰωνὸν τὴν τοῦ πρωτοστράτορος ἔχων σφαγήν, ὅμως δὲ τῶν B δεδογμένων οὐκ ἀφιστάμενος. [P 610] Ἐκεῖθεν οὖν εὐφημούμενος κατέλαβε τὴν λεγομένην Χαλκῆν, καὶ δι' αὐτῆς εἰσελθὼν ἔφθασεν ἄχρι τῶν ἐξκουβίτων. Ὁ δὲ μάγιστρος Ἰωάννης ὁ Ἐλαδᾶς, εἷς ὑπάρχων τῶν ἐπιτρόπων, ἐκλογὴν ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου τῶν ἐλατῶν (45) καὶ τῶν ἑταιρειῶν ποιησάμενος, καὶ καθοπλίσας ὅπως ποτὲ ἕκαστος ἅρματος (46) ηὐπόρει, ἀπέστειλε κατὰ τοῦ Δούκα· οἵτινες φθάσαντες τοὺς περὶ αὐτὸν συμπλέκονται, καὶ γίνεται φόνος πολὺς ἑκατέρωθεν. Ἔπεσε δὲ καὶ Γρηγορᾶς ὁ τοῦ Δουκὸς υἱός, καὶ Μιχαὴλ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, καὶ Κουρτίκιος ὁ Ἀρμένιος. Ταῦτα ταραχῆς οὐ μικρᾶς τὸν Κωνσταντῖνον ἐμπίμπλησι. Σπεύδων οὖν ἐπιῤῥῶσαι τὸ ἑαυτοῦ μέρος, τὸν Ἵππον ἐλάσας ἠπείγετο συμμῖξαι τοῖς ἔμπροσθεν. Ὁ δ' Ἵππος ταῖς ἐκεῖσε ὑπεστρωμέναις κατολισθήσας πλαξὶν εἰς γῆν τὸν ἐπιβάτην κατέβπλε, καὶ τις αὐτὸν κατὰ γῆς ἐῤῥιμμένον καὶ μεμονωμένον καταλαβὼν (οἱ γὰρ ἄλλοι διεσκεδάσθησαν ἅπαντες) ξίφει τὴν τούτου ἀπέτεμε κεφαλὴν καὶ δρομαίως τῷ βασιλεῖ ἀπήνεγκε Κωνσταντίνῳ. Τὸ δὲ τοιαύτην αὐτὸν καταλήψεσθαι τύχην προεσνωσμένον ἦν τοῖς ἐπιτρόποις καὶ ἐξ ἑτέρας αἰτίας. Νικόλαός τις δημοσιώνης τῶν ἐν Χαλδίᾳ (47) εἰσπράξεων, τὰς συντελείας κατασπαθήσας καὶ μὴ ἔχων ὅθεν ἀποδῷ τὸ δημόσιον ὄφλημα, φυγὰς εἰς Συρίαν ᾤχετο, ἐξομοσάμενος τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσεβῆ θρησκείαν, καὶ ἀστρολογίας ἀντεποιεῖτο. Οὗτος ἐν ὀθόνῃ μελαίνῃ γράμματα γράψας ἀπεστάλκει τῷ λογοθέτῃ Θωμᾷ, καὶ τῆς ὀθόνης ῥυφθείσης δι' ὕδατος φανερὰ τὰ γράμματα γέγονεν. Ἦν δὲ ὁ νοῦς τῶν γεγραμμένων τοιοῦτος· « Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τοῦ πυῤῥοῦ πετεινοῦ τοῦ Δουκός· νεωτερισθήσεται γὰρ ἀφρόνως, καὶ εὐθέως ὀλοθρευθήσεται. »

C Τοιοῦτον δὲ τέλος λαβούσης τῆς ἀποστάσεως, παραυνίκα μὲν ὁ μάγιστρος Γγήγορᾶς καὶ πενθερὸς τοῦ Δουκὸς μετὰ Λέοντος πατρικίου τοῦ Χοιροσφάκτου τῷ θείῳ τεμένει τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας προσέδραμον· οὓς ἐκεῖθεν ἀποσπάσαντες οἱ ἐπίτροποι ἀπέκειραν μοναχοὺς ἐν τῇ τῶν Στουδίου μονῇ. Κωνσταντῖνον δὲ τὸν πατρίκιον τὸν Ἐλαδικὸν βουνεύροις τύψαντες ἀφειδῶς διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσαν καὶ ἐν τῇ μονῇ τῶν Δαλμάτου ἀπέκλεισαν. Λέοντα δὲ πατρίκιον τὸν Κατακαλίτζην καὶ Ἀβεσσαλὼμ πατρίκιον τὸν τοῦ Ἀροτρᾶ ἐκτυφλώσαντες ἐν ἐξορίᾳ παρέπεμψαν. Κωσταντῖνον δὲ τὸν τοῦ Εὐ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(44) Atqui erat circo exclusus, nisi alia fortassis porta intrarit, aut de alio, quod arbitror, circo loquatur. Xyl.

(45) Πλωΐμους habet Zonaras, quod idem est, socios navales. Xyl. — Remiges non plebeios aut tumultuario lectos intelligi non opinor : ut enim ἑταιρεῖαι, de quibus loquitur, *confœderatorum* erant *selectæ turmæ*, ita et remigum dromonem imperatoris agere consuetorum; de quibus Constant. in *Admin. Imp.* c. 51. Auctor infra p. 615 : Εἰ ἔχει ἄνδρας εὐειδεῖς, καὶ γενναίους καὶ τὴν βασιλικὴν ἐρέττειν ἐπιτηδείους τριήρη. Goar.

(46) Ἅρματος arma verti : neque enim curribus usi sunt; et hanc vocem, quo modo multas, Græcam fecit, ut supra quoque monui. Xyl.

(47) Vox obscura et, ut puto, falsa. Xyl. — Armeniæ portio est Χαλδία versus Syriam. Goar.

λαμπίου καὶ ἕτερους σὺν αὐτῷ Φιλόθεος ὁ ἔπαρχος (48) ἐν τῇ ἱππικῇ σφενδόνῃ ἀπέτεμε. Νικήτας δὲ ὁ ἀσηκρῆτις καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Λὶψ, καίπερ ἀναζητηθέντες πολλὰ, οὐχ εὑρέθησαν. Τὸν δὲ πατρίκιον Αἰγίδην τὸν ἐπ' ἀνδρίᾳ περιβόητον, καὶ τινας τῶν αὐτῷ στρατηγοὺς οὐκ ἀσήμους, ἀπὸ τῆς ἐν Χρυσοπόλει δαμάλεως (49) καὶ μέχρι τοῦ τόπου τοῦ λεγομένου Λευκακτίου ἀνεσκολόπισαν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἀπωλώλεισαν τῶν συγκλητικῶν παρὰ τῶν λεγομένων ἐπιτρόπων ἀνηλεῶς τε καὶ ἀναιτίως, [P. 611] εἰ μή τινες παῤῥησιασάμενοι τῶν δικαστῶν τῆς ἀδίκου ὁρμῆς ἀνεχαίτισαν, φάμενοι, ὡς παιδὸς ὄντος τοῦ βασιλέως καὶ μὴ νοοῦντος τὰ πεπραγμένα πῶς ἄνευ τῆς αὐτοῦ κελεύσεως τολμᾶτε τὰ τοιαῦτα διαπράττεσθαι; Οἱ δὲ ἐπίτροποι καὶ τὴν τοῦ Δοῦκα ἀποκείραντες γυναῖκα εἰς τὸν ἐν τῇ Πασλαγονίᾳ οἶκον αὐτῆς ἐξαπέστειλαν. Ἐξέτεμον δὲ καὶ Στέφανον τὸν ταύτης υἱόν.

A et Constantinus Africus diu ac multum quæsiti inventi non sunt. Patricium Ægidam, nobilitatæ fortitudinis virum, et alios cum eo duces haud obscuros, a Damali (buculam vox notat) Chrysopolitana usque ad locum cui Leucactio (quod album littus diceres) nomen est, palis suffixerunt. Quin et alios multos senatorii ordinis viros tutores isti innocuos crudeliter erant interempturi, nisi quidam ex judicibus libertate dicendi sumpta eos ab injusto conatu retraxissent, quærentes quomodo injussu imperatoris, **282** qui puer adhuc quid gereretur non intelligeret, tanta auderent facere. Ii tutores uxorem quoque Ducæ raserunt et domum suam, quam in Paphlagonia habebat, dimiserunt, filiumque ejus Stephanum castraverunt.

Ἀλλὰ τούτων κατὰ τὴν πόλιν πραττομένων, Συμεὼν ὁ Βουλγαρίας ἄρχων μετὰ βαρείας δυνάμεως εἰσβολὴν κατὰ Ῥωμαίων ἐποιήσατο, καὶ τὴν βασιλίδα φθάσας χάρακα περιέβαλεν ἀπό τε Βλαχερνῶν καὶ μέχρι τῆς λεγομένης Χρυσῆς πόρτης, καὶ μετέωρος ἦν ταῖς ἐλπίσι ῥᾳδίως ταύτην ἑλεῖν. Καταμαθὼν δὲ τὴν ὀχυρότητα τῶν τειχῶν καὶ τὸ πλῆθος τῶν τειχοφυλακούντων καὶ τὴν τῶν πετροβόλων καὶ τοξοβόλων ὀργάνων δαψίλειαν, ἀφέμενος τῶν ἐλπίδων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ὑπέστρεψεν, εἰρηνικὰς σπονδὰς ἐξαιτούμενος. Τῶν δ' ἐπιτρόπων ἀσμενέστατα δεξαμένων τὸν λόγον, ἀποστέλλει ὁ Συμεὼν τὸν ἑαυτοῦ μάγιστρον Θεόδωρον ὁμιλῆσαι περὶ εἰρήνης· οὗ παραγενομένου καὶ λόγων κινηθέντων πολλῶν, ὁ πατριάρχης ἅμα τοῖς λοιποῖς ἐπιτρόποις ἀναλαβόντες τὸν βασιλέα ἐν τῷ παλατίῳ ἦλθον τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ὁμήρους δόντες ἀξιολόγους εἰσήγαγον τὸν Συμεὼν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ συνειστιάθη τῷ βασιλεῖ, τοῦ Συμεὼν ὑποκλίναντος τῷ πατριάρχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ εὐχὴν δεξαμένου παρ' αὐτοῦ, ἐπιθέντος, ὡς φασι, τῇ τοῦ Βαρβάρου κεφαλῇ ἀντὶ στεφάνου τὸ ἱδιον ἐπιῤῥιπτάριον (50). Μετὰ δὲ τὴν ἑστίασιν, ἀσυμβάτων γενομένων περὶ τῆς εἰρήνης (51), δώροις δ' τε Συμεὼν καὶ οἱ τούτου παῖδες φιλοφρονηθέντες εἰς τὴν ἰδίαν ἀπηλλάγησαν χώραν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπράττετο τῇδε.

B Dum hæc in urbe geruntur, interim Simeo Bulgarorum princeps gravi cum exercitu in Romanorum ditionem invadit, et ad Cpolin venit, atque a Blachernis usque ad Auream portam castra ponit, magnamque spem conceperat urbis potiundæ : sed ut certior factus est de murorum firmitate, multitudine propugnatorum saxa jactantium, machinarum et balistarum abundantia, repudiata ea spe ad Hebdomum recedit pacificationemque poscit. Id fuit multo gratissimum tutoribus; missusque est a Simeone magister ipsius Theodorus, et de pace habitum colloquium. Multis ultro citroque commutatis verbis, patriarcha cum reliquis tutoribus deducunt imperatorem in Blachernense palatium : datisque idoneis obsidibus eodem ad convivium imperatoris Simeonem recipiunt. Ubi quidem caput patriarchæ Bulgarus princeps submisit, et ab eo comprecationem obtinuit, capiti, ut fertur, Simeonis imponente suum epirrhiptarium. Post convivium pacis conditionibus compositis, Simeon ejusque liberi donati domum abierunt.

Τοῦ δὲ βασιλέως Κωνσταντίνου διὰ παντὸς ὀδυρομένου καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀνακαλουμένου μητέρα Ζόην γὰρ αὐτὴν κατήγαγε τοῦ παλατίου Ἀλέξανδρος), ἀναβιβάζουσι καὶ ἄκοντες πάλιν αὐτήν. Ἀνελθοῦσα δὲ καὶ ἐγκρατὴς γενομένη τῆς βασιλείας προσλαμβάνεται τὸν παρακοιμώμενον Κωνσταντῖνον, καὶ Ἀναστάσιον, καὶ Κωνσταντῖνον, τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς τὴν ἐπωνυμίαν Γογγυλίους. Συμβουλεύσαντος δὲ καὶ

283 Porro Zoen imperatoris matrem, quam dudum aula eduxerat Alexander, filio eam identidem deplorante ac requirente, tutores vel inviti in palatium revocant. Reversa hæc et rerum gubernationem nacta adsciscit Constantinum cubicularium intimum, Anastasium et Constantinum Gongylios, cognominatos germanos fratres, ac Joannem Eladam. Horum consilio aula ejiciuntur Alexandri

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(48) Vindicandis criminibus vacavit ultimis temporibus, unde et in prætorio reorum ergastulo domum ex officio deputatam habuit. Auctor plerisque locis. Goar.

(49) Locus ita dictus κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἐν τῷ κόλπῳ ἱσταμένην λιθίνην δάμαλιν, trans Bosporum Thraciæ, Chrysopoli. Auctor paulo infra p. 617. Goar.

(50) Græcam vocem interpretando retinui, quæ cucullam aut aliud quod capiti injiceretur tegmen videtur significare, παρὰ τὸ ἐπιῤῥίπτειν. Xyl. — *Mandyas*, Latinorum *pallium*, cunctis vestibus ἐπιῤῥιπτέον, a Xylandri *cuculla* diversum, ut patet ex Codino c. 6, n. 2. Goar.

(51) Apud Zonaram contrarium hujus loci legitur, dissiluisse nimirum hanc pacificationem; quod probabilius et verius puto. Mox enim rursum sine violatæ pacis et mentione refert Simeonem in Thraciam grassatum. Xyl.

asseclæ, Joannes rector, Gabrielopulus, Basilitzes ac reliqui. Dominicum etiam sodalitatis præfectum Zoe Augusta provehit, hominem strenuum habitum suisque parentem mandatis. Ejus cònsilio patriarcha palatio pellitur. Magister Joannes Eladas ultro inde discedit ob morbum, quo et periit. At Constantinus cubicularius uti solus omnia imperii gubernare posset neque a quoquam impediretur, sodalitatis præfectum apud Augustam criminatur, quasi is fratri suo imperium vindicare conaretur. Quod ea ita esse credens, patricium eum creat : ac de more precatum descendentem domi manere jubet. Sodalitati præficit Joannem Garidam ac Damianum eunuchum drungarium vigiliæ facit.

A Ἰωάννου τοῦ Ἐλαδᾶ καταβιβάζουσι τοὺς οἰκείους Ἀλεκάνδρου, Ἰωάννην τὸν βαΐκτωρα, τόν Γαβριηλόπουλον, τὸν Βασιλίτζην καὶ τοὺς λοιπούς. Προβάλλεται δὲ καὶ Ζωὴ Αὐγοῦστα Δομίνικον ἑταιρειάρχην διαστήριον δοκοῦντα καὶ τοῖς αὐτῆς προσκείμενον προστάγμασιν, οὗ τῇ συμβουλῇ καταβιβάζεται ὁ πατριάρχης τοῦ παλατίου. Καὶ ὁ μάγιστρος δὲ Ἰωάννης ὁ Ἐλαδᾶς κατῆλθεν ἐκουσίως, νόσῳ ληφθεὶς, δ' ἧς καὶ ἀπεβίω. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ παρακοιμώμενος ὑφ' ἑαυτὸν ἀγαγεῖν τὴν ἅπασαν τῆς βασιλείας ἡνίαν βουλόμενος καὶ μηδένα ἔχειν τὸν ἐμποδίζοντα. [P. 612] διαβάλλει τὸν ἑταιρειάρχην εἰς τὴν Αὐγοῦσταν ὡς σφετεριζόμενον τὴν βασιλείαν εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν· οὗ τοῖς λόγοις πεισθεῖσα πατρίκιον αὐτὸν τιμᾷ, καὶ κατελθόντα, ὡς ἔθος, λαβεῖν εὐχὴν (52) οἴκοι μένειν προσέταξε. Προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννην τὸν Γαριδᾶν ἑταιρειάρχην, καὶ Δαμιανὸν εὐνοῦχον ἀρτιφανῆ τῆς βίγλας δρουγγάριον (53).

Cæterum Simeone Thraciam populante, Augusta cum proceribus consulat quo pacto ejus impressiones compesceret. Ibi Joannes Bogas **284** promittit, si patricio honore insigniretur, se Patzinacas contra eum adducturum; impetratoque quod petebat, acceptis donis ad eos se confert, pactum icit, acceptisque obsidibus Cpolin redit, pollicitis Patzinacis se Istro trajecto Bulgaris bellum facturos. Transfugit eo tempore et Asotes, vir celebris, principis principum filius. Is ferebatur virgam ferream manibus extrema tenens confringere ac flectere posse, duritie ferri manuum robori cedente. Eum Zoe comiter acceptum domum remisit. Adrianopolin autem Simeoni per complures dies frustra oppugnanti Pancratucas quidam Armenius, cui inter alios urbis ejus custodia fuerat commissa, auro corruptus prodit. Paulo post missi ab Augusta Basilius patricius canicleo præfectus et Nicetas Eladicus eam auro ac pecunia recuperarunt.

B Ἄγοντος δὲ καὶ φέροντος τοῦ Συμεὼν τὰ Θρᾳκῶα μέρη, καὶ τῆς Αὐγούστης φροντίζούσης μετὰ τῶν ἐν τέλει ὅπως αὐτοῦ παύσωσι τὰς ἐπιδρομὰς, Ἰωάννης ὁ Βογᾶς ὑπέσχετο πατρίκιος τιμηθεὶς (54) ἀγαγεῖν κατ' αὐτοῦ Πατζινάκους, καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, δῶρα λαβὼν ἄπεισιν εἰς Πατζινακίαν. Καὶ σπεισάμενος καὶ ὁμήρους εἰληφὼς ἐπάνεισιν ἐν τῇ πόλει, συνθεμένων τῶν Πατζινάκων τὸν Ἴστρον περαιώσασθαι καὶ Βουλγάροις πολεμεῖν. Ηὐτομόλησε δὲ τότε καὶ Ἀσώτης ἀνὴρ ὀνομαστὸς, υἱὸς ὢν τοῦ ἄρχοντος τῶν ἀρχόντων. Ἐλέγετο δὲ οὗτος ῥάβδον σιδηρᾶν ἀμφοτέραις χερσὶ τῶν ἄκρων λαμβάνων περικλᾶν τῇ τῶν χειρῶν βίᾳ καὶ κάμπτειν, τῆς ἀντιτύπου τοῦ σιδήρου βίας ὑπεκούσης τῇ τῶν χειρῶν ἰσχύϊ· ὃν φιλοφρόνως ἡ δέσποινα δεξαμένη οἴκαδε πάλιν ὑποστρέψαι πεποίηκε. Πολιορκοῦντος δὲ τοῦ Συμεὼν τὴν Ἀδριανούπολιν ἐφ' ἡμέρας ἱκανὰς καὶ μηδὲν ἀνύοντος, Παγκρατούκας τις γένος ὢν Ἀρμένιος καὶ εἷς τῶν φυλάττειν τεταγμένων τὴν πόλιν, χρυσίῳ δελεασθεὶς προΐδωκεν αὐτὴν τῷ Συμεών. Μετ' ὀλίγον δὲ ἀπεστάλη παρὰ τῆς Αὐγούστης ὁ πατρίκιος βασίλειος ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου καὶ Νικήτας Ἐλαδικὸς, καὶ χρυσίῳ καὶ χρήμασι πλείστοις πάλιν αὐτὴν ἀνεκτήσαντο.

C

Hoc ipso anno Tyri ameras Damianus hostili cum classe et magnis copiis in Romanos impetum dedit, adortusque Strobelum acriter oppugnavit; et cepisset utique, nisi e morbo decessisset vita. Morte ejus factum est ut Saraceni re infecta domum redirent. Zoe porro continentes Simeonis incursiones non ferens, eumque reprimere cupiens, re cum senatu deliberata statuit pacem cum Saracenis componere orientalesque **285** deinde omnes exercitus in Occidentem transportare, hisque cum occidentalibus copiis conjunctis bellum in Bulgaros movere eosque exscindere. Proinde in Syriam missi Joannes Radenus patricius et Michaelus Toxaras pactum

D Τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Δαμιανὸς ὁ τῆς Τύρου ἀμηρᾶς μετὰ πολεμικῶν πλοίων καὶ δυνάμεως πολλῆς εἰσβολὴν ἐποιήσατο κατὰ Ῥωμαίων, καὶ τὴν Στρόβηλον καταλαβών ἐνεργῶς αὐτὴν ἐπολιόρκει. Καὶ ἐξεπόρθησεν ἄν, εἰ μὴ νοσήσας ἀπεβίω, διὰ κενῆς τῶν Σαρακηνῶν ὑποστρεψάντων. Μὴ φέρουσα δὲ Ζωὴ ἡ βασιλὶς τὰς τοῦ Συμεὼν συνεχεῖς ἐπιδρομὰς, καὶ βουλομένη ταύτας ἀνακόψαι, δέον ἐγνώκει μετὰ τῆς συγκλήτου εἶναι σπείσασθαι τοῖς Σαρακηνοῖς, καὶ πάντα τὸν ἐν τῇ Ἑῴα στρατὸν διαπερᾶσαι πρὸς τὴν Ἑσπέραν, καὶ ἑνωθέντων τῶν τε ἑῴων καὶ τῶν δυτικῶν στρατευμάτων πόλεμον συστήσασθαι κατὰ τῶν Βουλγάρων, καὶ τελέως ἀφανίσαι αὐτούς. Ἔδοξε τοῦτο,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(52) Officia ministeriaque publica non sine cœlestibus auspiciis et Ecclesiæ votis suscipiebant Græci. Unde patricius ab imperatrice renuntiatus Constantius confestim, de more, precationem ad consecrationis instar suscepturus in ecclesiam pergit. Reperitur in Eucholegio recens cuso in patricii ac curopalatæ promotione. Goar.

(53) Repetii ἀπὸ κοινοῦ verbum προχειρίζεται, utpote non existimans officium unius ἑταιρειάρχου duobus commissum fuisse, quod verba ambigue posita præ se ferre videntur. Xyl.

(54) Forte sic fuit vertendum, *Bogas patricius promittit*, etc., ut non hoc operæ præmium retulerit, sed jam ante patricius in se receperit rem; est enim ambiguus locus. Quis autem sit ille princeps principum, ἄρχων ἀρχόντων, nondum didici. Xyl.

καὶ πεμφθεὶς εἰς Συρίαν Ἰωάννης πατρίκιος ὁ Ῥαδηκνὸς καὶ Μιχαὴλ ὁ Τοξαρᾶς ἐσπείσαντο τοῖς Σαρακηνοῖς. Καὶ δὴ τῆς ἀπ' αὐτῶν ἀπαλλαγεῖσα φροντίδος ἡ βασιλὶς, τὴν συνήθη διανομὴν τῆς ῥόγας κελεύσασα γενέσθαι τῶν στρατευμάτων, Λέοντί τε μαγίστρῳ τῷ Φωκᾷ ταῦτα παραδοῦσα, δομεστίκῳ τῶν σχολῶν τυγχάνοντι, ἀπῆραι κατὰ Βουλγάρων ἐπέτρεψεν. Ἀθροισθέντων δὲ πάντων τῶν θεμάτων καὶ τῶν ταγμάτων κατὰ τὴν Διάβασιν (πεδίον δὲ ἡ Διάβασις μέγα καὶ πρὸς ὑποδοχὴν στρατοῦ ἐπιτήδειον), ἀποσταλεὶς ὁ πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου (55) μετὰ τῶν τιμίων ξύλων [P. 613] παρεσκεύασε προσκυνήσαντας πάντας ἐπομόσασθαι κυναποθνήσκειν ἀλλήλοις. Καὶ τοῦ ὅρκου τελεσθέντος πανστρατεὶ κατὰ Βουλγάρων ἐξώρμησαν. Ἦρχον δὲ τοῦ μὲν τάγματος ἐξκουβίτων Ἰωάννης ὁ Γράψων, ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ πολλάκις ἐν μάχαις ἀνδραγαθήσας, τοῦ δὲ ἱκανάτου (56) Ὀλβιανὸς ὁ Μαρούλης, ἀνὴρ δεδοκιμασμένος. Καὶ Ῥωμανὸς καὶ Λέων οἱ τοῦ Ἀργυροῦ παῖδες, καὶ Βάρδας ὁ Φωκᾶς ἑτέρων ταγμάτων ἐξῆρχον· Συνῆ δὲ τούτοις καὶ Μελίας ὁ μάγιστρος μετὰ τῶν Ἀρμενίων καὶ ἄλλοι πλεῖστοι στρατηγοὶ τῶν θεμάτων. Ἡρείπετο δὲ καὶ Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Λὶψ ὡς τάχα σύμβουλος Λέοντος τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν. Κατὰ δὲ τὴν ς' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος, πολέμου συρρήγνυντος Ῥωμαίοις τε καὶ Βουλγάροις πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ φρουρίῳ, τρέπονται κατὰ κράτος οἱ Βούλγαροι, καὶ φόνος αὐτῶν ἐγένετο πολύς. Ἰδρῶτι δὲ τοῦ δομεστίκου περιῤῥανθέντος πολλῷ καὶ λειποθυμήσαντος καὶ τοῦ ἵππου ἀποβάντος ἐπί τινι πηγῇ καὶ τὸν ἱδρῶτα ἀποπλύνοντος καὶ ἑαυτὸν ἀποψύχοντος, τὸν δεσμὸν ἀποῤῥήξας ὁ ἵππος τυχαίως ἔθει διὰ τοῦ στρατοπέδου κενὸς ἐπιβάτου· ὃν οἱ στρατιῶται θεώμενοι γνώριμον ὄντα, καὶ τὸν δομέστικον πεσεῖν ὑποτοπάσαντες, εἰς φόβον ἐνέπεσον καὶ κατιλήθησαν τὰς ψυχὰς καὶ τῆς διώξεως ἔστησαν, ἔνιοι δὲ καὶ παλίντροποι γεγόνασιν. Ἐξ ὑπερδεξίων δὲ ταῦτα θεώμενος ὁ Συμεὼν (οὐ γὰρ ἔτυχεν ἀσύντακτον τὴν φυγὴν ποιησάμενος) ἐπαφῆκε τοὺς Βουλγάρους κατὰ Ῥωμαίων. Οἱ δὲ καὶ πρότερον, ὡς εἴπομεν, τὰς γνώμας θλασθέντες καὶ τεθηπότες, ὡς καὶ αἰφνίδιον ἐπιόντας ἐθεάσαντο τοὺς Βουλγάρους, τρέπονται πανστρατεί, καὶ γέγονε φυγὴ φρικωδεστάτη, τῶν μὲν ὑπ' ἀλλήλων συμπατουμένων, τῶν δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀναιρουμένων. Λέων δὲ ὁ δομέστικος ἐν Μεσημβρίᾳ διεσώθη φυγών. Ἔπεσε δὲ λαὸς οὐ τῶν κοινῶν στρατιωτῶν, ἀλλὰ καὶ στρατηγοὶ καὶ ταγματάρχαι ἀριθμοῦ κρείττους. Ἐσφάγη ἔξαρχος Ἰωάννης μάγιστρος ὁ Γράψων. Ἦν δὲ ἐρουγγάριος τηνικαῦτα τῶν πλωΐμων ὤν, μετὰ παντὸς τοῦ στόλου παραπλεῖν τοῖς αἰγιαλοῖς προσταχθεὶς καὶ εἰς βοήθειαν τυγχάνειν τῷ Λέοντι, διαπερᾶσαι δὲ καὶ τοὺς παρὰ τοῦ Βογᾶ ἀχθέντας Ἀτζινάκους εἰς συμμαχίαν Ῥωμαίων. Διενέξεως δὲ γενομένης μέσον τοῦ Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ Βογᾶ, ἰδόντες αὐτοὺς οἱ Ἀτζινάκαι στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, καὶ γέγονεν ἡ ἐξ αὐτῶν βοήθεια ἄπρακτος καὶ ἀνόνητος.

A cum Saracenis icerunt. Augusta Saracenorum jam secura militibus rogas (sic vocatur pecuniæ distributio) dari, Leonemque Phocam magistrum ac scholarum domesticum exercitus in Bulgaros ducere jubet. Omnibus in unum conductis exercitibus ac cohortibus ad Diabasin (locus id nomen a transitu habet, estque planities ampla et recipiendo exercitui sufficiens) palatii primarius sacerdos (ipsi protopapam vocant) missus cum venerandis lignis omnes in genua procumbere jussit, et jurare se usque ad mortem una perseveraturos. Dicto sacramento in Bulgaros exercitus omnes moverunt. Cohortem excubitorum ducebat Joannes Grapson, vir bellicosus probatæque multis prœliis virtutis, cohortem Hicanatorum dictam Olbianus Marula, vir insignis: Romanus et Leo Argyri filii ac Bardas Phocas B aliis præerant cohortibus. Aderat iis et Melias magister cum Armeniis, plurimique alii provincialium duces. Comitabatur etiam Constantinus Africanus patricius, veluti consiliarius Leonis domestici scholarum. Sexto Augusti die **286** pugna inter Romanos et Bulgaros commissa est ad castellum Acheloum, pulsique et magna cæde prostrati sunt Bulgari. Ibi cum domesticus plurimo sudore madens animoque deficiens ad quemdam fontem ex equo descendisset, ut sudorem elueret ac se recrearet, equus forte abrupto vinculo se proripit, ac sessoris vacuus per exercitum discurrit. Quem ut agnovere milites, occubuisse domesticum rati, metu animis consternatis, ab insecutione hostium destiterunt: quidam etiam retro sese averterunt. C Quod ex sublimi cernens Simeon (neque enim effuse et ordinibus dissipatis fugam faciebat) suos Romanis immisit. Romani jam ante animos dejecti et paventes, hostem subito irruere videntes, statim terga dederunt. Fuga ea periculosissima fuit, aliis sese invicem conculcantibus, aliis ab hoste cæsis. Leo domesticus fuga in Mesembria evasit. Non multitudo tantum militaris tunc periit, sed et duces innumeri atque ordinum ductores. Occisus est etiam Constantinus Africus, et excubitorum dux Joannes Grapson. Missus fuerat Romanus Lacapenus patricius rei navalis drungarius, cum tota classe, jussus littus legere et auxilio esse Leoni et a Boga adductos ad opem Romanis ferendam Patzinacas **287** trajicere. Ei cum Boga incidit contentio; quam animadvertentes Patzinacæ domum redierunt, ad irritumque eorum reciderunt suppetiæ. D

δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Λὶψ καὶ ὁ τῶν ἐξκουβίτων ἀποσταλεὶς ὁ πατρίκιος Ῥωμανὸς ὁ Λακαπηνὸς προσταχθεὶς καὶ εἰς βοήθειαν τυγχάνειν τῷ Λέοντι, διαπερᾶσαι δὲ καὶ τοὺς παρὰ τοῦ Βογᾶ ἀχθέντας Ἀτζινάκους εἰς συμμαχίαν Ῥωμαίων. Διενέξεως δὲ γενομένης μέσον τοῦ Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ Βογᾶ, ἰδόντες αὐτοὺς οἱ Ἀτζινάκαι στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, καὶ γέγονεν ἡ ἐξ αὐτῶν βοήθεια ἄπρακτος καὶ ἀνόνητος.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(55) **Habebat imperator clerum proprium in palatio, in quo variæ erant ecclesiæ, ut S. Stephani, ducum cœlestium, Elissæi et aliorum; oleri illius** præfectus erat πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου. Goar.

(56) Agminis ita dicti. Auctor infra: Τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἱκανάτων. Goar.

Sunt qui aliam Romanis fugæ cladisque causam fuisse dicant. Etenim cum Simeonem Phocas pulsum persequeretur, subito ad eum fuisse allatum nuntium, drungarium rei navalis cum universa classe abire animo occupandi imperii. Quo nuntio attonitum eum ut qui summam rerum sibi deposceret, omissa insectatione hostium in castra veri discendi causa rediisse : diditum ex eo rumorem fugisse domesticum, ideoque milites fortitudinis oblitos fugam fecisse. Simeonem, qui opportuno loco stans exitum certaminis opperiebatur, hoc animadverso effuse in Romanos irruisse, itaque victoriam iis pulsis cæsisque reparasse. Sive hoc sive illo modo res gesta sit, Romani certe ea quam retulimus affecti sunt clade.

A Ἄλλοι δὲ οὐχ οὕτω φασὶ γενέσθαι τὴν τροπὴν Ῥωμαίων, τρόπον δὲ ἕτερον. Τρεψαμένου γὰρ τοῦ Φωκᾶ τὸν Συμεὼν καὶ διώκοντος, φήμη τις ἐξαίφνης ἔφθασε πρὸς αὐτὸν ἐπαγγέλλουσα ὡς ὁ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ἅπεισι μετὰ τοῦ στόλου παντὸς, παραληψόμενος τὴν βασιλείαν. Ὁ δὲ τῇ ακοῇ καταβροντηθεὶς (ἐσφετερίζετο γὰρ εἰς ἑαυτὸν τὸ τῆς βασιλείας κράτος), καταλιπὼν τὸ διώκειν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν παρεμβολὴν ὡς τάχα τὸ ὂν μαθησόμενος. Διαδοθέντος δὲ λόγου πρὸς τὸν στρατὸν ὡς ὁ δομέστικος πέφευγεν, [P. 614] ἀλκῆς ἐπιλησθέντες οἱ λοιποὶ ἐποίουν ὁμοίως. Οὓς ἰδὼν ὁ Συμεὼν φεύγοντας (ἱστατο γὰρ, ὡς εἴρηται, ἐν εὐκαίρῳ τόπῳ τὸ τέλος ἀφορῶν τοῦ ἀγῶνος) ἐξεχύθη παν-

B στρατὶ καὶ παλίντροπον τὴν φυγὴν ἐποιήσατο. Οὕτος μὲν δὴ καὶ ὁ δεύτερος λόγος· εἴτε δὲ οὕτως, εἴτε ἐκείνως ἡ ἀλήθεια ἔχει, ὅμως ἐτράπησαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τὰ λεχθέντα ἄνωθεν διεπράχθη.

Cumque superstites ei in urbem rediissent, Romani et Bogæ agitata est controversia, eoque periculi deductus drungarius, ut judices ei oculos effodiendos esse pronuntiaverint, quod ob incuriam, aut potius malitia ductus, Patzinacas non trajecisset, quodque ex fuga reversos **288** non ad se collegisset. Erutique fuissent ei oculi, nisi Stephanus magister, unus tutorum imperatoris, et Constantinus Gongyles patricius, qui apud Augustam largiter poterant, eum eripuissent. Simeon autem victoria elatus ac ferociens ad urbem omni cum suo exercitu properavit. Rursum igitur Leo Phocas scholarum domesticus et Joannes sodalitatis dux ac Nicolaus Constantini Ducæ filius milites, quos tum in promptu habebant, adversus eum educunt; et

C apud Catasyrtas (loci hoc est nomen) in cohortem quamdam Bulgarorum incidentes prædatum egressam, eam adoriuntur nulloque negotio profligant; mox recentem aliam ingruentem fortiter subsistentes, pugnam acrem ac diu durantem obeunt, Bulgarosque fundunt. Cecidit ea in pugna Nicolaus Ducæ filius heroice pugnans, qui et causam vincendi Romanis præbuit. Hic tum rerum bellicarum status erat.

Μετὰ τὴν τροπὴν δὲ τῶν σωθέντων ἐκ τοῦ πολέμου παραγενομένων, τὰ κατὰ τὸν Ῥωμανὸν καὶ τὸν Βογᾶν ἐκινήθη, Καὶ εἰς τοσοῦτον κινδύνου περιέστη τῷ δρουγγαρίῳ τὰ πράγματα, ὡς ψῆφον κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθῆναι παρὰ τῶν δικαστῶν καταδικάζουσαν αὐτὸν ἐκκοπῆναι τὰς ὄψεις, ὡς ἀμελείᾳ ἢ μᾶλλον κακουργίᾳ μὴ διαπεράσαντα τοὺς Πατζινάκας, πάλιν δὲ μηδὲ τοὺς ἀπὸ τῆς τροπῆς δεχόμενον ὑποστρέψαντας. Τοῦτο δ' ἂν ἐπεπόνθει, εἰ μὴ Στέφανος μάγιστρος ὁ τῶν ἐπιτρόπων εἷς, καὶ Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Γογγύλης, πολλὰ δυνάμενοι παρὰ τῇ δεσποίνῃ, αὐτὸν ἐξερρύσαντο. Συμεὼν δὲ ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ καὶ γαυριῶν, ἅρας ἅπαν αὐτοῦ τὸ στράτευμα, κατὰ τῆς βασιλίδος ἠπείγετο. Ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ὁ δομέστικος Λέων ὁ Φωκᾶς καὶ ὁ ἑταιρειάρχης Ἰωάννης καὶ Νικόλαος ὁ Κωνσταντίνου τοῦ Δοῦκα υἱὸς, μετά τινων στρατιωτῶν παρευρεθέντων, εἰς συνάντησιν αὐτοῦ. Καὶ κατὰ τόπον τὸν λεγόμενον Κατασύρτας ἀπομοίρᾳ τινὶ Βουλγάρων εἰς προνομὴν πεμφθείσῃ συνήντηκότες προσρήγνυνται τούτοις καὶ τρέπονται εὐπετῶς. Ἀκραιφνοῦς δὲ πάλιν ἑτέρας ἐπεισπεσούσης, ὑφίστανται καὶ ταύτην ῥᾳδίως τε καὶ ἀνδρικώτερον, καὶ γίνεται μάχη καρτερὰ καὶ ἐπὶ πολὺν διαρκέσασα χρόνον, καὶ τρέπονται μὲν οἱ Βούλγαροι, ἐσφάγη δὲ Νικόλαος ὁ τοῦ Δοῦκα υἱὸς, ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενος καὶ αἴτιος τῆς νίκης Ῥωμαίοις γενόμενος. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν πόλεμον συνηνέχθη γενέσθαι οὕτως.

At res civiles pessimo erant loco, multis iisque summis viris insano imperii amore ardentibus. Horum facile princeps erat Leo Phocas, qui quod uxorem habebat Constantini cubicularii intimi sororem, et ea tempestate magna erat eunuchorum in aula potentia, in eo plurimum ponens fiduciæ,

D non magno negotio se potiturum imperio putabat, ideoque in **289** ea re multus erat, neque occulte sed palam imperium affectabat, idque veluti rem a majoribus suis ad se pertinentem, quamprimum ad se ut legitimum hæredem devolutum iri somniabat. Cujus vehementiorem quam impediri ut posset conatum timens Theodorus imperatoris pædagogus, metuensque ne suo domino ea res exitio foret, huic consulit uti Romanum patricium drungarium classis occulte sibi adsciscat custodem, ac si res

Τὰ δὲ κατὰ πόλιν ἐνόσει δεινῶς, πολλῶν καὶ μεγίστων ἐπιμαινομένων τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ ταύτης ἔρωτι φλεγομένων, ὧν κορυφαῖος ἦν ὁ Φωκᾶς. Ὑπάρχων γὰρ οὗτος ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς τοῦ παρακοιμωμένου Κωνσταντίνου, μεγάλα τότε τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις δυναμένου εὐνούχων, καὶ ἐπ' αὐτῷ πλεῖσται θαῤῥῶν ῥᾳδίως ᾤετο τὸ τῆς βασιλείας καθέξειν κράτος. Διὸ καὶ πολὺς ἐφέρετο, καὶ οὐ κρύβδην ἀλλὰ φανερῶς ταύτης ἀντεποιεῖτο ὥσπερεὶ πατρῴου πράγματος καὶ προγονόθεν αὐτῷ ἀνήκοντος, καὶ ὅσον οὔπω ἥξειν εἰς αὐτὸν ὡς εἰς νόμιμον διαδοχὴν ἐφαντάζετο. Οὗ τὴν ὁρμὴν ἀκατάσχετον οὖσαν φοβηθεὶς ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου παιδαγωγὸς Θεόδωρος, καὶ μή τι πάθῃ δείσας ὁ βασιλεὺς, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ λαθραίως προσλαβέσθαι τὸν πατρίκιον Ῥωμανὸν καὶ δρουγγάριον τῶν πλωΐμων, πατρικὸν

ὄντα δοῦλον καὶ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντα διὰ παντὸς, ὥστε συνεῖναι καὶ διαφυλάττειν αὐτὸν, [P. 615] καὶ εἰ δεήσει, σύμμαχον ἔχειν καὶ βοηθόν. Ἐντυχίας οὖν πρῶτον περὶ τούτου γενομένης ὁ Ῥωμανὸς ἀπείπατο, καὶ πάλιν καὶ πολλάκις πειρασθέντων τῶν ἀμφὶ τὸν Θεόδωρον ἀπείπατο. Ἐπεὶ δὲ γραμμάτιον αὐτόχειρον χαράξας ὁ βασιλεὺς καὶ φοινικοῖς ὑποσημάνας γράμμασιν ἀπέστειλεν αὐτὸ, εἴξέ τε ἐπὶ χεῖρας τοῦτο λαβὼν, καὶ καθυπέσχετο τὴν τοῦ παρακοιμωμένου Κωνσταντίνου καὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐπίθεσιν κωλῦσαι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. Τὰ μὲν οὖν λαληθέντα καὶ στοιχηθέντα οὕτω προέβη, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν λεωφόρων καὶ τῶν στενωπῶν ὑπεψιθυρίζετο· ὁ δὲ παρακοιμώμενος, καίπερ οὐκ ἀνήκοος ὢν τῶν κατ' αὐτοῦ μελετωμένων, κατεφρόνει, μὴ ἄν ποτε οἰηθεὶς τολμῆσαί τινα ἐπιχείρησιν κατ' αὐτοῦ ποιήσασθαι Ἐξελθὼν οὖν καὶ τὴν συνήθη διανομὴν τῆς ῥόγας ποιησάμενος τῶν πλωΐμων, καὶ τὸν Ῥωμανὸν ἐπισπεύδων τάχιον ἐκπλεῦσαι, περιπίπτει τῷ λόχῳ. Δουλικῷ γὰρ ἐν σχήματι προσυπαντήσας ὁ Ῥωμανὸς αὐτῷ, καὶ προθύμως ποιήσειν τὸ κελευσθὲν ἐπαγγελλόμενος, ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἦγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἐνέδραν. Μηδὲν δὲ ἐπαισθέσθαι τῶν μελετωμένων τοῦ παρακοιμωμένου δυνηθέντος, ἀλλ' ἀκάκως καὶ χωρὶς ὑπονοίας διαλεγομένου, καὶ μᾶλλον ἔγγιστα προσιόντος αὐτοῦ, καὶ πυθομένου εἰ ἔχει ἄνδρας εὐειδεῖς καὶ γενναίους καὶ τὴν βασιλικὴν ἐρέττειν ἐπιτηδείους τριήρη, τοῦ δὲ καὶ ἔχειν καὶ ἐγγὺς παρεῖναι τούτους εἰρηκότος, καὶ τῇ κεφαλῇ νεύσαντος ἥκειν τινὰς πλησίον τῶν εὐειδεστέρων, ὁ Κωνσταντῖνος θεασάμενος τούτους καὶ τάχα ἀποδεξάμενος ἀπαίρειν ἠπείγετο. Ὁ δὲ Ῥωμανὸς ἔγγιστα τούτου περιπατῶν, ὡς πλησίον ἐγένοντο τῇ στρατηγίδι τριήρει, κατασχὼν τὸν Κωνσταντῖνον, καὶ μηδὲν πλέον εἰπὼν ἀλλ' ἢ μόνον, « Ἄρατε τοῦτον, » αὐτὸς μὲν ἔστη, οἱ δὲ πρὸς τὸ ἔργον ὄντες εὐτρεπισμένοι εἰσήγαγον εἰς τὴν ναυαρχίδα καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ κατεῖχον, μηδενὸς ἐπαμῦναι τοῦτον τολμήσαντος τῶν συνεπομένων αὐτῷ, ἀλλὰ πάντων παραυτίκα διασπαρέντων. Τῆς φήμης οὖν ἐξαρθείσης ταραχὴ κατέσχε πᾶσαν τὴν πόλιν, τυραννίδος, ὡς εἰκὸς, ἐπίθεσιν λογισαμένην. Φθάσαντος οὖν τοῦ λόγου καὶ μέχρι τῆς βασιλίδος Ζωῆς, εἰς ἀμηχανίαν καὶ οἱ ἐν τέλει ἐνέπιπτον. Προσκαλεῖται γοῦν ἡ βασιλὶς τὸν πατριάρχην Νικόλαον καὶ τοὺς τῆς συγκλήτου λογάδας· κοινολογισαμένη δὲ μετ' αὐτῶν ἐκπέμπει πρὸς Ῥωμανὸν, τὴν αἰτίαν τοῦ γεγονότος μαθεῖν ἐθέλουσα. Τῶν δὲ πεμφθέντων γενομένων ἔνθα προσώρμουν αἱ τριήρεις, καὶ μελλόντων ζήτησιν ποιεῖσθαι τῆς τοῦ παρακοιμωμένου κατασχέσεως, ὁ τῶν πλωΐμων διαναστὰς ἀκόλαστος ὄχλος (57) λίθοις αὐτοὺς ἐξήλασαν. Ἑωθεν οὖν ἡ βασιλὶς ἐξελθοῦσα περὶ τὸν Βουκολέοντα, καὶ τὸν υἱὸν μεταστειλαμένη καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, ἐπηρώτα πῶς γέγονεν ἡ ἀνταρσία αὕτη. Μη-

A ita postulet, defensorem : eum quippe paternum esse ipsius ministrum, constanterque ipsi benevolum. Primum ac de re compellatus Romanus renuit; et iterum ac sæpius Theodoro animum ejus tentante recusavit. Tandem cum litteras manu imperatoris scriptas ab ipsoque puniceis subsignatas litteris ad se missas accepisset, concessit; pollicitusque est se, quantum ejus fieri posset, Constantini cubicularii ejusque cognatorum molitiones impediturum. Hoc modo res composita, ac de ea in foro compitis ac angiportis susurrabatur. Constantinus autem cubicularius, quanquam ei quæ contra ipsum struerentur non erant inaudita, illa tamen contemnebat, neminem unquam adversus se aliquid ausurum opinans. Sed cum ad classem egrederetur, rogas de more distributurus, Romanoque B mandaturus ut quamprimum navigaret, incidit in 290 insidias. Etenim servili forma ei occurrens Romanus, et mandata se studiose exsecuturum promittens, paulatim in casses pertrahit, nihil prorsus eorum quæ parabantur conjicere valentem, sed similiter et absque ulla suspicione colloquentem, propiusque subinde accedentem, ac rogantem virosne haberet pulchros ac fortes, aptos ad imperatoriam triremem agendam. Respondet Romanus eos præsto esse, et formosiorum quibusdam innuit ut accedant. Quos contemplatus et probans Constantinus, cum solvi naves juberet, Romanus juxta obambulans, ut proxime prætoriam navim ventum est, id modo fatus, « Abripite hunc » subsistit. Quibus vero negotium datum erat, ii Constantinum C statim in navim prætoriam abducunt, ibique in custodia asservant, nemine comitum eum defendere auso, sed omnibus extemplo dilapsis. Hujus facinoris fama in urbem allata animos hominum conturbavit, tyrannidem ab aliquo invadi putantium, cumque ad Zoen usque pervenisset, proceribus quoque magnam sollicitudinem injecit. Zoe Nicolaum patriarcham et senatores delectos ad se vocat, reque cum iis deliberata ad Romanum mittit, qui causam facti exquirant. Eos, cum ad navium stationem venissent et de 291 comprehenso cubicularioinquirere intenderent, sociorum nävalium petulans multitudo concitata saxis repulit. Postridie Zoe prima luce ad Bucoleonem egressa, evocato etiam filio et ejus familia, interrogat quænam hu- D jus seditionis causa esset. Ibi cum nemo responderet, Theodorus imperatoris pædagogus ideo ait, hunc motum, exstitisse, quod Leo Phocas legiones, Constantinus cubicularius palatium perdidissent. Cæterum imperator imperium a matre in se transferens, patriarcham Nicolaum et magistrum Stephanum in aulam revocat; ac postridie misso Joanne Tubace Augustam palatio abduci jubet. Ea flens atque ejulans, filium amplexa, miserationem

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(57) Alludit ad Euripidis locum, qui est in *Hecuba*. Joannis Leonis successor est Garidas, quod cognomen hic addidit etiam Zonaras. Xyl.

matris movit; adeoque iis qui eam ducebant Constantinus mandavit ut suam secum relinquerent matrem, estque illico ab iis dimissa. Idem Leonem Phocam, metuens ne is aliquando imperium invaderet, loco movit, domesticumque scholarum fecit Joannem Garidam magistrum. Precibus tamen impetravit Phocas ut Simeon filius suus et uxoris frater Theodorus Zuphinezer sodalitatum principes crearentur, juramentisque ab imperatore obstrictus domum suam abiit. Confestim porro cognati ejus ex aula dimissi sunt. Quod ubi cognovit Leo, metu **292** perterritus statim eques ad Romanum drungarium se contulit, eique exposuit quibus contumeliis affectus utque ciocumscriptus esset. Ibi communicata re inter eos societas inita ac juramentis confirmata, nuptiis quoque inter liberos suos contractis, institutumque occulte habitum. Secundum hæc Romanus sui purgandi causa in aulam mittit, jurejurandoque interposito confirmat non rebellionis aut seditionis quidquam suo facto subesse, sed se mutuentem ne Phocæ conatus aliquid mali imperatori afferrent, in palatium ejus imperatorisque præsidio muniendi causa voluisse reverti. Patriarcha fidem derogante neque accipiente purgationem, Theodorus Romanum instigat ut cum universa classe ad navale, quod in Bucoleonte situm palatio imminet, accedat. Romanus cum aliquandiu id detrectasset ac cunctatus esset, tandem urgentibus iis quorum instinctu occulta ista concilia susceperat, vel invitus assentit. Ergo ipso die Annuntiationi festo classe instructa hostiliter ad Bucoleontem accedit. Statim Stephanus magister aula exit, et Nicetas patricius Romani necessarius in palatium it, indeque patriarcham abducit. Imperator autem missis venerandis ac vivificis crucis lignis, a Romano adhibitis dirissimis exsecrationibus et jurejurandis gravissimis, stipulatur **293** nihil unquam eum doli adversus imperatorem cogitaturum; pauloque post facultatem redeundi in palatium permittit. Et redeuntem excipiens precandi causa in templum quod est in Pharo deducit, datoque ibi et accepta fide magnum sodalitatum præfectum creat. Statim et ad Leonem Phocam litteræ mittuntur, quibus bono esse animo neque vel abjicere spem neque iniquum quidquam moliri jubetur, sed quiete domi suæ exitum præstolari : nam ipsius mox habitum iri rationem. Constantinus quoque cubicularius ad eum in eamdem sententiam scribere cogitur. Phocas litteris istis acceptis domi suæ, quam in Cappadocia habebat, quiete se continuit.

Morte ejus Bulgariæ dominium ad Petrum rediit, filium ejus ex secunda uxore, sorore Georgii Sursubuli, quem et tutorem suis liberis Simeon constituit. Nam Michaelum idem ex priore sibi natum conjuge, viventem adhuc monachum fecerat. Vicinæ igitur gentes, Turci, Servi, Chrobatæ atque alii, audita Simeonis morte Bulgaros bello petere statuebant. Sed et fame graviter premebantur. Bulgari, et locustæ fruges eorum depopulabantur atque absumebant. Itaque Bulgaris cum aliarum B gentium tum Romanorum præcipue in se expeditionem metuentibus, Petrus re cum suis deliberata in Romanos bellum suscipit, ut iis terrorem incuteret. Cumque in Macedoniam pervenisset, audito imperatorem Romanum contra se cum exercitu proficisci, ipse et Georgius liberorum 309 Simeonis tutor occulte monachum cum litteris mittunt, quibus continebatur cupere Bulgaros cum Romanis pacem ac fœdus conjungere, ac si Romanis ita videretur, nuptiis inter gentes contractis id firmari. Iis litteris acceptis Romanus, cum rem quam maxime probaret, statim celoce emisit Theodosium quemdam monachum et Constantinum Rhodium clericum aulicum, qui in Messembria cum Bulgaris de pace colloquerentur. Quo in colloquio cum res C commode esset tractata, legati per continentem in urbem redierunt, comitante Stephano, cujus magnum erat inter Bulgaros nomen; eosque subsecutus est Gregorius Sursubulus aliique illustres aliquot viri. Hi ut cum imperatore congressi filiam Christiferi Cæsaris Mariam viderunt, eamque (erat enim formæ præstantissimæ) magnopere probaverunt, pacta pace, Petrum missis litteris absque mora venire jusserunt. Missus est etiam Nicetas magister, filii Romani socer, qui Petro obviam iret eumque Cpolin deduceret. Ubi ad Blachernas venit Petrus, imperator triremi eodem vectus eum excepit ac salutavit et honorifice tractavit, iisque inter se uti ex re erat collocutis, pacta pacis et matrimonii composita sunt, in omnibus iis protove- D stiario Theophane medium se ferente. Octobris die octava, patriarcha Stephanus 310 cum protovestiario Theophane et universo senatu egressus, conjugium Petri et Mariæ in fano Deiparæ ad Fontem sacrum faustumque esse jussit, sponsam comitantibus Theophane et Sursubulo. Nuptiis magnifice et sumptuoso cum splendore confectis, protovestiarius cum filia Cæsaris urbem intravit. Tertium a nuptiis convivium instituit imperator ad Fontem, in loco ubi e navibus exire solebant, stante imperatoria celoce in eo loco : adhibuitque

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(76) Qui ecclesiis in palatio inclusis ministrabat. Goar.

(77) Ad confinia Thraciæ et Hæmi montis radices, juxta Anchialum sita. Goar.

convivio Petrum, Constantinum imperatorem ac Christiferum. Ibi haud leviter tumultuati sunt Bulgari, Christiferum Constantino in faustis acclamationibus præponi debere contendentes. Eorumque petitioni imperator morem gessit. Omnibus paractis quæ in tali re fieri assolent. Maria cum suo marito solvit et in Bulgariam iter iniit, deducta a parentibus et protovestiario usque ad Hebdomum. Hoc pacto res in urbe actæ.

A δρῶν δὲ καὶ πολυτελῶν γενομένων τῶν γάμων, εἰσῆλθεν ὁ πρωτοβεστιάριος ἅμα τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ πόλει. Τρίτην δὲ μετὰ τὸν γάμον ἐστίασιν ἐν τῇ τῶν Πηγῶν ἀποβάθρᾳ (78) ποιήσας ὁ βασιλεὺς, παρ' αὐτῇ τῇ ἀποβάθρᾳ τοῦ βασιλικοῦ δρόμωνος ἱσταμένου, συνειστιάθη τῷ Πέτρῳ. Παρῆσαν δὲ τῇ εὐωχίᾳ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς καὶ Χριστοφόρος. Ἐγένετο δὲ στάσις οὐ μικρὰ παρὰ τῶν Βουλγάρων, ἐνισταμένων πρότερον εὐφημηθῆναι τὸν Χριστοφόρον, εἶτα τὸν Κωνσταντῖνον· ὧν τῇ ἐνστάσει παραχωρῶν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐκέλευσεν οὕτω γενέσθαι. Πάντων δὲ τῶν ἐν τοῖς τοιούτοις εἰωθότων γίνεσθαι συντελεσθέντων, ἀπῆρεν ἡ Μαρία σὺν τῷ οἰκείῳ ζυγῷ καὶ τῆς πρὸς Βουλγαρίαν ἥψατο, προ πεμφθεῖσα παρὰ τῶν γονέων αὐτῆς καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου μέχρι τοῦ Ἑβδόμου. Καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει τοῦτον ἐτελεῖτο τὸν τρόπον.

At Joannes Curcuas, magister ac scholarum domesticus Syriæ, res agendo ac ferendo et obvia omnia proruendo, plurimaque castella et munitiones atque urbes barbaricas evertendo, usque ad nobilem illam Melitenam pervenit, eamque obsessam eo necessitatis redegit ut ad pacificationem obsessi cogerentur spectare. Venit ergo ad eum Apochapsus **311** Ameri prognatus, Melitenæ ameras, et Aposalathus, qui militibus Melitenæ legentibus præerat; quos comiter exceptos domesticus ad imperatorem misit, iique pacificatione confecta domum redierunt, sociis ac amicis Romanorum ascripti, et cum iis contra Saracenos populares suos armati. Mortuis autem Apochapso et Aposalatho pax ea rupta est. Itaque domesticus Melitenis bellum infert, cum quo etiam Melias erat magister, Armenios ducens. Ac initio quidem hostes castra sub dio locare ausos intra muros urbis compellunt, deinde vero urbem obsessam magna vi oppugnantes expugnant: sed et circum sita omnia populantur atque subigunt ac Romanis servire cogunt. Imperator Melitenam et quod circum est regionis in præfecturæ (Curatoreiam ipsi vocabant) formam redegit, ac magnos inde reditus ærario confecit. Cæterum Niceta magister et Christiferi socer accusatus, quod generum incitasset ad deturbandum imperio patrem, urbe pulsus rasusque et monachus factus est. Die mensis Julii 25 indictione sexta, Stephanus patriarcha mortuus est, cum ei muneri præfuisset biennium et menses undecim. Mense Decembri monachus Trypho producitur, eique patriarchatus ad certum tempus committitur, dum Theophilactus imperatoris filius ad justam **312** ætatem perveniret. Eodem mense gravissimum fuit frigus, adeo, ut terra per dies 120 glacie durata fuerit. Id gelu subsecuta est quanta numquam fuit ante pestis, quæ tantum

B Ὁ δὲ δομέστικος τῶν σχολῶν Ἰωάννης μάγιστρος ὁ Κουρκούας, ἄγων καὶ φέρων τὰ τῆς Συρίας καὶ ἅπαν ἀντίξουν καταστρεφόμενος, καὶ πλεῖστα φρούρια καὶ ὀχυρώματα καὶ πόλεις βαρβαρικὰς καθελὼν, ἔφθασε καὶ μέχρι τῆς περιβοήτου Μελιτηνῆς, πολιορκίᾳ δὲ τοὺς ἔνδον στενοχωρήσας ἠνάγκασε πρὸς συμβάσεις ἰδεῖν. Παρεγένετο οὖν πρὸς αὐτὸν Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἄμερ ἔκγονος, ἀμηρᾶς ὑπάρχων Μελιτηνῆς, καὶ Ἀποσαλὰθ ὁ τῶν ἐν αὐτῇ κατάρχων ταγμάτων [P. 627] οὓς προσδεξάμενος ὁ δομέστικος ἱλαρῶς καὶ μετὰ προσηνείας πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐξαπέστειλεν. Ἐντυχόντες οὖν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὰ ποιήσαντες σύμφωνα ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, τοῖς φίλοις καὶ συμμάγοις Ῥωμαίων καταγραφέντες καὶ μετ' αὐτῶν κατὰ τῶν ὁμοφύλων καθοπλιζόμενοι. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀπόχαψ καὶ τοῦ Ἀποσαλὰθ, C διελύθη τὰ τῆς εἰρήνης. Ἐκστρατεύει οὖν κατ' αὐτῶν ὁ εἰρημένος δομέστικος, ᾧ συνῆν μετὰ τῶν Ἀρμενίων καὶ ὁ μάγιστρος ὁ Μελίας. Καὶ πρότερον μὲν πολέμῳ τοὺς Μελιτηνοὺς συνήλασαν εἴσω τείχους κατατολμήσαντας ἀντιποιήσασθαι τῶν ὑπαίθρων· ἔπειτα περικαθίσαντες τὴν πόλιν καὶ μετὰ συντονίας ταύτην πολιορκήσαντες πολέμου νόμῳ κατέσχον. Κατέδραμον δὲ καὶ πάντα τὰ πέριξ καὶ ἐχειρώσαντο καὶ δοῦλα Ῥωμαίοις εἰργάσαντο. Τὴν μὲν οὖν Μελιτηνὴν εἰς κουρατωρείαν καταστήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ πᾶσαν τὴν περιοικίδα, πολλὴν συντέλειαν τῷ δημοσίῳ προσήγαγε. Νικήτας δὲ ὁ μάγιστρος καὶ πενθερὸς Χριστοφόρου τοῦ βασιλέως κατηγορηθεὶς ὡς ὑποτιθέμενος τῷ Χριστοφόρῳ κατὰ τοῦ ἰδίου γενέσθαι πατρὸς καὶ τοῦτον ἐξῶσαι τῆς βασιλείας, D ἐξεβλήθη τῆς πόλεως καὶ ἀπεκάρη μοναχός. Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ ιε' ἡμέρᾳ, ἰνδικτιῶνος ς', ἐτελεύτησεν ὁ Ἀμασείας Στέφανος, πατριαρχήσας ἔτη β', μῆνας ια'. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ ἄγουσι Τρύφωνα μοναχὸν, καὶ χειροτονοῦσι πατριάρχην ἐπὶ χρόνῳ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(78) *Locum ubi e navibus exire solent*, ἀποβάθραν Xylander exponit: sed p. 623 *excensionis locum;* falso utrobique: est enim *tabulatum ligneum* ad instar domus in maris portu exstructum, ibidem descriptum, quo etiam convivia nuptiasque celebrare potuerint Romanorum et Bulgarorum principes. Ἀναοάθραν potius, ut frequenter scripsit Codinus, legerem, nisi me versus auctorem religio et repetita vox detineret, qua nihilominus idem ac ἀποβάθρας indicari percipio, *tabulatum* videlicet portui terræque contiguum, in quod e dromone Romanus imperator exsiliret, Petrus autem Bulgariæ regulus e terra conscenderet, ac ambo de pace collocuti placide convivarentur. Attendantur auctoris verba p. 623 citata, nec non et hæc Manuelem et sultanum Turcarum Chrysopoli collocuturos describentia apud Phranzis interpretem: *Ibi trirem in tentorium sive tabernaculum sibi paratum concessit. Imperator cum filiis in triremibus edebant ac bibebant, et inter se ipse et ameras partes mittebant.* GOAR.

ῥητῷ, μέχρις ἂν Θεοφύλακτος ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς εἰς μέτρον φθάσῃ τῆς νομίμου ἡλικίας. Τῷ αὐτῷ δὲ μηνὶ γέγονε χειμών ἀφόρητος, ὡς κρυσταλλωθῆναι τὴν γῆν ἐπὶ ἡμέρας ἑκατὸν εἴκοσι. Ἐπηκολούθησε δὲ τῷ χειμῶνι καὶ ὁ μέγας λιμός, τοὺς πώποτε ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας τοὺς τεθνεῶτας ἐκκομίζειν, τοῦ βασιλέως πολλὴν πρόνοιαν ποιησαμένου κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ λιμοῦ δι' εὐποιιῶν καὶ ἄλλων βοηθημάτων παντοδαπῶν.

A sæviit ut vivi mortuis efferendis non sufficerent. Imperator quantum id res passa est, summam curam et pestis et frigoris habuit, omnis generis auxiliis et beneficiis succurrens subditis.

Ἐπὶ δὲ τούτου Πέτρου τοῦ Βουλγάρων ἄρχοντος ἐπέθετο Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μεθ' ἑτέρων τῶν μέγα δυναμένων ἐν Βουλγαρίᾳ. Καὶ φωραθεὶς αὐτὸς μὲν τύπτεται καὶ καθείργνυται, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τοῖς ἐσχάταις ὑπεβλήθησαν τιμωρίαις. Δῆλα δὲ ἔθετο καὶ τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ Πέτρος τὰ γεγενημένα. Ἅπερ μαθὼν οὗτος τὸν μοναχὸν Ἰωάννην τόν ποτε βαίκτωρα πέπομφε, προφάσει μὲν ἀλλαγίου, τῇ δ' ἀληθείᾳ Ἰωάννην ποικιλοτρόπως εὑρεῖν καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀγαγεῖν. Ὃ δὴ καὶ γέγονε· καὶ δυνηθεὶς ὁ βαίκτωρ ἀποκλέψαι τὸν Ἰωάννην, ἐν πλοίῳ ἀπὸ Μεσημβρίας εἰσελθών, ἅμα αὐτῷ τὴν βασιλίδα κατέλαβε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ τὸ μοναχικὸν ἀποῤῥίψας σχῆμα καὶ γυναῖκα αἰτήσας ἔλαβε, προσέλαβε δὲ καὶ οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα. Καὶ Μιχαὴλ δὲ ὁ τοῦ Πέτρου ἕτερος ἀδελφός, τὴν Βουλγαρικὴν ἱμειρόμενος κατασχεῖν ἐξουσίαν, [P. 628] φρούριον καταλαβὼν ἐρυμνὸν ἀνέσειε τὰ Βουλγάρων, καὶ πολλοὶ προσερῥύησαν αὐτῷ. Μετὰ μικρὸν δὲ τούτου ἀποθανόντος δεδιότες οἱ προσρυέντες τὴν τοῦ Πέτρου ἀγανάκτησιν, ἐπῆλθον ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χώραις διὰ Μακεδονίας καὶ Στρυμόνος καὶ Ἑλλάδος, καταλαβόντες τὴν Νικόπολιν, πάντα τὰ ἐν ποσὶ ληϊσάμενοι καὶ τέλος ἐν αὐτῇ σαββατίσαντες οἵτινες ὕστερον διαφόρως καταπολεμηθέντες ὑποχείριοι Ῥωμαίων ἐγένοντο. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἔπεσε λίθος ἀπὸ τῆς ἐν τῷ φόρῳ ἀψῖδος, ὃν κοσμίτην (79) καλεῖν εἰώθασι, καὶ ἀπέκτεινεν ἄνδρας ἑξήκοντα. Ἐγένετο δὲ καὶ ἐμπρησμὸς φοβερὸς ἔγγιστα τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ φόρου, καὶ ἐπυρπολήθη ὁ ἔμβολος ἄχρι τῶν λεγομένων Ψιχῶν. Ἐτελεύτησε δὲ καὶ Χριστοφόρος ὁ βασιλεὺς, μηνὶ Αὐγούστῳ, ἰνδικτιῶνος ιδ', καὶ ἐτάφη ἐν τῇ μόνῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Sub idem tempus Petro Bulgarorum principi Joannes frater ipsius et nonnulli alii potentia inter Bulgaros primi insidias struunt; quibus patefactis Joannes verberibus multatus in carcerem deditur, de reliquis omnibus capitis supplicium sumitur. Ea de re a Petro certior factus Romanus Joannem monachum, eum qui aliquando rector fuerat mittit B sub prætextu pactorum sanciendorum, qui omni modo Joannem quæreret ac Cpolin duceret. Et sane rector Joannem suffuratus navigio a Mesembria eum secum in urbem perduxit. Pauloque post monastico abjecto habitu uxorem ambivit atque duxit; domum quoque et opes permagnas accepit. Michaelus porro alter Petri frater, cupiditate Bulgarici imperii ductus, castellum munitum occupavit, Bulgarosque concitavit, multosque ad se attraxit. Qui eo paulo post mortuo iram Petri metuentes **313** Romanam invascrunt ditionem : ac per Macedoniam, Strymonem et Græciam profecti, et obvia quæque populati, Nicopolin tandem occuparunt, inque ea subsederunt. Verum hi posteris temporibus variis bellis a Romanis subacti sunt. Ea tempestate lapis quidam de fornice fori decidit, quem C solebant cosmiten, id est mundanum, vocare, et interfecit 60 viros. Terribile etiam incendium fuit proxime forum Deiparæ, quod rostra absumpsit usque ad locum cui Psiches nomen, id est, micæ. Obiit etiam Christifer Cæsar, 14 die Augusti, et sepultus est in monasterio patris sui.

Τοῦ ῥητοῦ δὲ χρόνου τελεσθέντος ὃν ἔθετο Τρύφων ὁ πατριάρχης, οὐκ ἤθελε (80) κατελθεῖν τοῦ θρόνου ὡς ὑπέσχετο, ἀλλὰ κρίσεις ἐζήτει καὶ αἰτιάματα κατ' αὐτοῦ προβληθῆναι δι' ἃ τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλεται. Ἀμηχανοῦντος δ' ἐπὶ τούτῳ τοῦ βασιλέως καὶ μὴ ἔχοντος ὅ τι καὶ χρήσαιτο, ὁ Καισαρείας Θεόφανης, ὃν δὴ καὶ Χοιρινὸν ἐκάλουν, κωτίλος D ἀνὴρ, ἀλύοντα βλέπων τὸν βασιλέα καὶ τὸν ἐμπαιγμὸν καὶ τὴν ἀπάτην μὴ φέροντα, ὑπέσχετο αὐτῷ εἰς τέλος ἄξαι τὸ σπουδαζόμενον. Ἀποδεξαμένου δὲ τοῦ

At Tryphon cum tempus patriarchatus ei definitum exiisset, promissis stare et solio decedere cum nollet, quæsivit quo pacto criminibus intentatis in judicium vocari et ecclesia exturbari posset. Animi dubium et quo se verteret non habentem imperatorem, interimque fraudis et ludibrii impatientia mœstum Theophanes Cæsarceæ episcopus cernens, is quem et Chœrinum vocabant, homo nugax, in se recepit confidendæ rei negotium. Cumque imperator ejus operam oblatam amplecte-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(79) **Κοσμίτην** vocant architecti Græci totam epistelli compagem ex coronide zophoro et ei subjecta trabe conflagmentatam, *corniche*, *frise*, *architrave*, quod columnarum ædificium κοσμεῖ, *ornat*, sic dictam. Germanus in Mystagogia κιγκλίσιν καὶ στήθεσι sive κιονίοις, cancellis et columnis populum ab altare sejungentibus, κοσμίτην imponit. Constantinus de Adm. Imp. idem exsequitur : Ἵστανται δὲ καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον κάστρον καὶ κίονες πυκνοὶ ἔχοντες ἐπάνω κοσμίτας. GOAR.

(80) Locus est mutilus. Credo sic integrandum : Cum imperator vi eum deturbare vereretur, quæsivit, etc. In margine librarius annotavit, Ὅρα καὶ μητροπολίτου κακόνοιαν καὶ ἀρχιερέως ἀπλαστίαν. Id, puto, ἀπλαστίαν dicit, quod Tryphonis animus non erat ita formatus, ut artes istas intelligeret. Quid si ἀπληστίαν scribere voluit, quod non exsaturaretur legitima patriarchatus administratione? XYL.

retur, Tryphonem astu circumveniendum ratus, sic compellat : « Multe, domine, adversum te molitur imperator, et crimina conquirit ob quæ te solio dejicere possit. Quantumvis autem magno labore nihil consequitur : **314** qui enim insontem criminetur ? unum proferunt qui te depositum cupiunt, prorsus te esse litterarum inscium. Id crimen si amoliri queamus, utique lupi hiantes fuerint omnes qui tibi insidiantur. Ergo si me audis, coram toto concilio in munda charta nomen tuum et pontificatus dignitatem scribe, eamque imperatori mitte, ut certo cognoscens spem istius criminis irritam esse, desinat ista contra te moliri.» Id consilium utile visum. Statim ergo cogitur concilium, et patriarcha tum sic loquitur : « Qui me injuste pontificatu dejicere student, o divini collegæ, multa frustra moliti ut probabilem aliquam mei pellendi causam invenirent, extremam hanc excogitarunt calumniam quod me rudem litterarum dicunt. Proinde jam in conspectu omnium vestrum has exaro litteras, ut videntes sycophantes certoque convicti cesset mihi nullo jure negotium facessere. » Hæc locutus chartam puram accepit, et omnibus cernentibus hæc scripsit : « Trypho Dei miseratione archiepiscopus Cpolis, novæ Romæ, et patriarcha œcumenicus. » Et scriptum hoc præsidi, quem ipsi protothronum vocant, ad imperatorem ferendum dedit. Quod is ubi accepit, superne chartam aliam puram attexit, in eaque resignationem perscribit, qua Trypho se tanto munere indignum cedere solium ei qui vellet profitebatur. Ea resignatione in concilio prolata Trypho ecclesia **315** abductus est, multis fallaciam deplorans et præsidem culpans. Post annum et menses quinque Theophylactus (hoc enim temporis ei adhuc ad legitimam manuum impositionem defuerat) mense Februario, indictione 2, partiarcha creatur.

A βασιλέως τὴν ὑπόσχεσιν, ἁπάτῃ περιέρχεται τὸν πατριάρχην, καὶ προσελθὼν ἔφη πρὸς αὐτόν· « Πολλὴ μὲν, ὦ δέσποτα, ἡ κατὰ σοῦ τῆς βασιλείας ἐπίθεσις καὶ αἰτιάσεις ζητεῖ δυναμένας σε κατασπᾶσαι τοῦ θρόνου, πολλὰ δὲ μοχθῶν οὐχ εὑρίσκει· πῶς γὰρ ἂν τοῦ ἀναιτίου αἰτίασις ἅψαιτο ; Ἓν δὲ προφέρουσιν αἴτιον οἱ σπουδασταὶ τῆς σῆς καθαιρέσεως, φάσκοντες μὴ ὅλως εἰδέναι σε γράμματα. Εἰ οὖν τοῦτο ἀποτρέψασθαι δυνηθείημεν, λύκος πάντως χανὼν φανήσονται οἱ κατὰ σοῦ μελετῶντες. Εἴ τι οὖν μοι πείθῃ, ἐπὶ παρουσίᾳ πάσης τῆς συνόδου γράψας ἐν ἀγράφῳ χαρτίῳ τὸ σὸν ὄνομα καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα πέμψον τῷ βασιλεῖ, ὡς ἂν πληροφορηθῇ καὶ τῆς τοιαύτης ἐλπίδος ἐκπεσὼν ἀπόσχηται τοῦ κατὰ σοῦ μελετᾷν. » Ἔδοξε λυσιτελὴς ἡ παραίνεσις. Εὐθὺς οὖν συνηθροίζετο σύνοδος, καὶ συναθροισθείσης, φησὶ πρὸς αὐτὴν ὁ πατριάρχης· « Οἱ τοῦ θρόνου με καταγαγεῖν βουλόμενοι ἀδίκως, ὦ θεῖοι συλλειτουργοὶ, πολλὰς μηχανὰς κεκινηκότες ὥστε εὔλογον αἰτίαν εὑρεῖν καὶ δι' αὐτῆς με ἐξοστρακίσαι, οὐχ εὗρον. Τελευταίαν οὖν μοι προσάπτουσιν αἰτίαν ταύτην· φασί με ἀγράμματον εἶναι· Νῦν οὖν ἐπ' ὄψει πάντων ὑμῶν τάδε χαράσσω τὰ γράμματα, ἵν' ἰδόντες καὶ πληροφορηθέντες οἱ συκοφάνται ἀπόσχωνται τοῦ ἀδίκως μοι ἐνοχλεῖν. » Εἶπε, καὶ χάρτην ἄγραφον εἰληφὼς ἐπ' ὄψει πάντων ὑπέγραψεν οὕτως. [P. 620] » Τρύφων ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης. » Καὶ γράψας ἐκπέμπει διὰ τοῦ πρωτοθρόνου τῷ βασιλεῖ. Ὅπερ λαβὼν ἐπὶ χεῖρας οὗτος, καὶ ἄγραφον ἕτερον χάρτην ἄνωθεν προσανυφάνας, παραίτησιν ἔγραψεν, ὡς ἀνάξιος ὢν ἐξίσταται τῷ βουλομένῳ τοῦ θρόνου. Τῆς δὲ τοιαύτης παραιτήσεως προκομισθείσης ἐπὶ συνόδου κατάγεται τῆς Ἐκκλησίας ὁ Τρύφων, πολλὰ τὴν ἀπάτην ὀλοφυρόμενος καὶ τῷ πρωτοθρόνῳ ἐπιμεμφόμενος. Καὶ μετὰ χρόνον ἕνα καὶ μῆνας πέντε (τοσοῦτον γὰρ ὁ τῆς ἡλικίας τοῦ Θεοφυλάκτου ἐνέδει χρόνος πρὸς τελειότητα καὶ χειροθεσίαν ἀρχιερωσύνης) Φεβρουαρίῳ, Ἰνδικτιῶνος β', χειροτονεῖται πατριάρχης Θεοφύλακτος ὁ τοῦ βασιλέως υἱός.

Sub idem tempus Basilius quidam Macedo se Constantinum Ducæ filium esse jactans multos deceptos sibi asciscit, et hinc inde vagans per urbes tumultus concitat et ad defectionem movet. Comprehensum hunc quidam Elephantinus turmæ præfectus ad imperatorem perducit : is eum altera truncatum manu dimittit. Dimissus æream manum substituit abscissæ, ingentemque accinctus ensem Opsicium peragrat, simplicioribus persuadens se esse Constantinum Ducam. Ita magna manu contracta defectionem facit ; et occupato castello cui latum saxum et nomen, eo omnis generis res reponit, eaque usus arce proxima quæque deprædatur. Imperator misso exercitu hunc cum suis capit ; cumque diligentissime inquirendo an procerum aliquos facinoris habuisset conscios nihil deprehendisset, in Amastriano eum cremat, Romanus porro filio suo Stephano uxorem collocat Annam Gabalæ filiam, simulque eum serto nuptiali Augustæ coronam ei imponit.

Βασίλειος δέ τις Μακεδὼν, Κωνσταντῖνον τὸν τοῦ Δούκα ἑαυτὸν ἐπιφημίσας, πολλοὺς ἐξαπατήσας πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο, καὶ περιπατῶν ἐκύκα καὶ συνετάραττε τὰς πόλεις καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἐκίνει· συσχεθεὶς δὲ παρά τινος τουρμάρχου Ἐλεφαντίνου τὴν προσηγορίαν, καὶ ὡς βασιλέα ἀχθεὶς τῆς μιᾶς ἀλλοτριοῦται χειρός. Εἶτα πάλιν, ὡς ἀφείθη, χεῖρα χαλκῆν ἑαυτῷ περιθεὶς καὶ σπάθην ὑπερμεγέθη κατασκευάσας περιενόστει τὸ Ὀψίκιον, τοὺς ἀφελεστέρους πλανῶν ὡς αὐτὸς εἴη Κωνσταντῖνος ὁ τοῦ Δούκα. Μεγάλην οὖν χεῖρα συναθροίσας ἀποστασίαν κινεῖ. Καὶ τὸ φρούριον κατασχὼν ὃ Πλατεῖα πέτρα κατονομάζεται, πᾶν εἶδος ἐν τούτῳ ἐπέθετο, ἀφ' οὗπερ ἐξορμώμενος ἐληλάτει τὰ παρατυχόντα καὶ ἐληΐζετο. Πέμψας οὖν ὁ βασιλεὺς στρατὸν κατ' αὐτοῦ αὐτόν τε συλλαμβάνει καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Καὶ πολλὰ ἀνακρίνας μαθεῖν μή τινες εἶεν τῶν ἐν τέλει συνίστορες, τελευταῖον μηδὲν καίριον καταλαβὼν, ἐν τῷ λεγομένῳ Ἀμαστριανῷ πυρὶ τὸν τοιοῦτον παραδίδωσιν. Ἄγεται δὲ καὶ γυναῖκα Στε-

φάνῳ (81) τῷ υἱῷ ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Ἄνναν τὴν θυγατέρα τοῦ Γαβαλᾶ· ἅμα δὲ τῷ νυμφικῷ στεφάνῳ καὶ τὸ τῆς βασιλείας διάδημα αὐτῇ ἐπετίθετο.

Ἐγένετο δὲ καὶ εἰσβολὴ Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων, Ἀπριλλίῳ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος ζ, καὶ κατέδραμον πᾶσαν τὴν δύσιν μέχρι τῆς πόλεως. Ἀπεστάλη γοῦν ὁ πατρίκιος Θεοφάνης καὶ πρωτοβεστιάριος, καὶ ἀλλάγιον μετ' αὐτῶν ἐποιήσατο, μηδενὸς κρήματος φεισαμένου τοῦ βασιλέως εἰς τὴν τῶν αἰχμαλώτων ἀνάρρυσιν. Ἐνυμφεύθη δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ λοιπῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως κόρη τις Ἑλένη τοὔνομα, ἐκ γένους τῶν Ἀρμενιακῶν ἔλκουσα τὴν σειρὰν, θυγάτηρ Ἀδριανοῦ πατρικίου. Ἧς μετὰ μικρὸν ἀποθανούσης προσήρμοσεν αὐτῷ ἑτέραν, Θεοφανὼ τοὔνομα, ἐκ γένους καταγομένην τοῦ Μάμαντος. Δεκάτῃ δὲ σὰι τετάρτῃ ἰνδικτιῶνι, Ἰουνίῳ μηνὶ, ἐπέλευσις κατὰ τῆς πόλεως ἐγένετο Ῥωσικοῦ στόλου πλοίων χιλιάδων δέκα. Ἐξῆλθεν οὖν κατ' αὐτῶν ὁ πατρίκιος καὶ πρωτοβεστιάριος Θεοφάνης μετὰ τοῦ στόλου, [P. 630] κἀν τῷ Ἱερῷ προσωρμίσατο, ἐκείνων ἐν τῷ Φάρῳ καὶ ἐν τῷ ἐπέκεινα αἰγιαλῷ ναυλοχούντων. Καιροσκοπήσας οὖν ἀθρόον τούτοις ἐπέθετο, καὶ τὴν τε σύνταξιν αὐτῶν διέλυσε καὶ πολλὰ τῶν πλοίων τῷ σκευαστῷ πυρὶ ἀπετέφρωσε, τὰ δὲ τελέως ἐτρέψατο. Οἱ περιλειφθέντες δὲ τῶν Ῥὼς περαιοῦνται εἰς τὴν Ἀνατολὴν καὶ κατὰ τὰ λεγόμενα Σγόρα προσίσχουσι. Βάρδας δὲ πατρίκιος, ὁ τοῦ Φωκᾶ υἱὸς, τοὺς αἰγιαλοῦς παρατρέχων μεθ' ἱππέων καὶ ἐκκρίτων ἀνδρῶν, συντάγματι τούτων ἱκανῷ πρὸς συλλογὴν ἐκπεμφθέντι τροφῆς συναντήσας ἐτρέψατο καὶ κατέσφαξεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας, ὀξὺς ἐπιφανεὶς μετὰ τῶν ταγμάτων, καὶ ἀποσπάδας τούτους εὑρίσκων τῇδε κἀκεῖσε πλανωμένους, κακῶς διετίθει. Ἃ δὲ οὗτοι ἔνδρασαν κακὰ πρὸ τοῦ καταπολεμηθῆναι, πᾶσαν ὑπερεκπίπτει τραγῳδίαν· τοὺς μὲν γὰρ τῶν ἁλισκομένων ἀνεσταύρουν, τοὺς δὲ τῇ γῇ προσεπαττάλευον, τοὺς δὲ ὥσπερ σκοποὺς ἱστῶντες βέλεσι κατετόξευον, Ὅσοι δὲ τῶν ἁλόντων ἱερωσύνης ἠξίωντο, νεύτων ἥλοις ὀξέσι διεπερόνουν τὰς κεφαλάς. Οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ θείους ναοὺς ἐπυρπόλησαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· ἐπεὶ δὲ, ὡς ἄνωθεν ἐρρέθη, καταναυμαχηθέντες καὶ διὰ γῆς οὐχ ἥκιστα κακωθέντες, συσταλέντες ἠρέμουν ἐν τοῖς σφετέροις πλοίοις, καὶ ἤδη αὐτοῖς ἐπιλελοίπει τὰ ἐπιτήδεια, ἐβουλεύοντο μὲν εἰς τὰ ἴδια ὑποστρέψαι, ἐδεδίεσαν δὲ τὸν στόλον παραγειτονοῦντα καὶ τὸν ἀπόπλουν φυλάττοντα. Καιρὸν δ' ὅμως τηρήσαντες καὶ σύνθημα δόντες καὶ τὰ πρυμνήσια λύσαντες ἀπέπλεον. Οὐκ ἔλαθον δὲ τὸν πατρίκιον καὶ πρωτοβεστιάριον Θεοφάνην, ἀλλὰ γνοῦς οὗτος τὴν αὐτῶν ἀνακώρησιν ὑπαντιάζει τοῦτοις εὐθὺς, καὶ γίνεται ναυμαχία δευτέρα, καὶ τρέπονται πάλιν οἱ Ῥώς. Καὶ τὰ μὲν τῶν σκαφῶν βυθῷ παρεδόθη, τὰ δὲ σίδηρος καὶ πῦρ ἐμερίσαντο, τὰ δὲ αὖτανδρα ὑπὸ ταῖς τῶν Ῥωμαίων χεροὶν ἐγένοντο· ὀλίγα δὲ τὴν τοῦ πολέμου διαφυγόντα ἀνάγκην πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐχώρησαν. Ἀνθ' ὧν ὁ βασιλεὺς τὸν πρωτοβεστιάριον ἀποδεξάμενος καὶ παρακοιμώμενον αὐτὸν προεβάλετο.

A **816** Mense Aprili, indictione 7, Turci facta impressione occidua omnia usque ad urbem populantur. Missus patricius Theophanes protovestiarius cum iis pacem componit, Romano ut captivos reciperet nulli rei parcente. Nuptum quoque Constantino tertio Romani filio datur puella Helena, Adriani patricii filia, stirpis Armeniacæ. Et hac paulo post mortua, Theophano a Mamante genus ducens ei matrimonio jungitur. 14 Indictione, Junio mense, Rossica classis hostilis ad urbem appullit navibus constans 10000. Contra eam profectus cum classe Theophanes patricius protovestiarius ad Hierum appellit. hostium navibus ad Pharum eique vicinum littus subductis. Opportunum autem tempus speculatus confertim in eos irruit; ordinibusque dissipatis multas naves artificioso igne comburit, reliquas profligat. Rossi superstites in Orientem trajiciunt. Ibi Bardas patricius Phocæ filius cum equitatu et delectis militibus littus pervagans in cohortem eorum satis numerosam ad alimenta colligenda emissam incidit, eamque fundit et trucidat. Domesticus etiam scholarum Curcuas celeriter cum suis cohortibus supervenit Rossis, avulsosque a se invicem et hinc inde vagantes male multat. Omni **817** tragœdia atrociora sunt quæ Rossi, antequam fuere debellati, perpetraverunt flagitia. Etenim captivorum alios in cruces egerunt, alios terræ affixerunt, alios pro scopo constituere inque eos sagittas direxerunt. Quicunque captivorum sacerdotio prædíti erant, eorum capita acutis clavis perforarunt, multa etiam templa incenderunt. Verum ubi prælio navali, uti docuimus, victi et haud parvis cladibus in terra affecti fuerunt, intra suas se naves abdidere atque ibi continuere. Deinde alimentis absumptis, cum domum vellent redire et sibi a Romana classe metuerent, quæ ipsos in vicinia observabat, capta opportunitate signoque dato solverunt. Neque tamen Theophanem fefellerunt; sed is cognito eorum discessu statim adversum se eis tulit. Hoc secundo navali prælio rursum Rossi victi sunt Eorum naves aliæ demersæ, aliæ ferro et igni pessumdatæ, quædam cum ipsis vectoribus in Romanorum potestatem venerunt: perpaucæ e bello salvæ domum redierunt. Ob has victorias imperator protovestiarium probans primarium cubicularium facit.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(81) **Annam nuptam simul et imperialis honoris consortem renuntiatam indicat auctor, nuptiarumque coronas sicut et imperii uno die suscepisse.** Goar.

Joannem porro Curcuam domesticum scholarum imperator, quod ejus filiam Euphrosynam nepoti suo Romano, Constantini natu filiorum minimi **318** filio, uxorem facere volebat, eaque res odia Cæsarum in Curcuam inflammasset, coactus est officio eo dimovere. Gesserat id munus Curcuas continentibus 22 annis et 7 mensibus, universamque prope Syriam pervagatus subegerat. Si quis præclara ejus facta scire desiderat, volumen a Manuelo quodam protospathario atque judice compositum legat : is enim octo libris res a Curcua præclare gestas descripsit. Inde cognoscet quantus hic vir belli rebus fuerit.

Theophilius quoque frater ejus, avus Joannis ejus qui postmodo imperio potitus est, Mesopotamiæ præfectus, eodem modo Saracenorum in ea provincia urbes tractavit, oppressis atque adeo deletis Agarenis. Et Romanus patricius, Joannis domestici filius, exercitui præpositus, multa castella recepit et Romanis plurima spolia paravit. In locum Curcuæ factus est scholarum domesticus Pantherius Romani imperatoris cognatus.

λυθέντος τῆς ἀρχῆς, προβάλλεται δομέστικος τῶν συγγενής.

Enimvero imperator Romanus pœnitentia violatorum juramentorum ac perfidiæ correptus, ut Deum placaret, cum alia multa bene fecit, quæ recensere sit laboriosum, tum æs etiam alienum civium nomine dissolvit, divitum ac pauperum : in quam rem dicitur impendisse centenaria undeviginti, ac tabulas nominum combussit in purpureo qui est ad Chacen umbilico. Pretia quoque domorum pro conductoribus pependit, **319** a maximo ad monimum. Quæ vero instituit ut pro animæ salute fierent in Myrelæi ministerio, quod ipso auctore est conditum, ea in hunc usque diem peragi omnes norunt.

Prima indictione cum rursus Turci incursionem in Romanorum fines fecissent, Theophanes cubicularius egressus pacem cum iis composuit, acceptisque obsidibus rediit. Indictione secunda, Paschalium protospatharium et Longibardiæ præfectum ad Hugonem regem Franciæ mittit Romanus, filiam ejus petens in matrimonium Constantini Porphy-

Φθόνου δὲ κινηθέντος κατὰ τοῦ δομέστικου τῶν σχολῶν Ἰωάννου τοῦ Κουρκούα παρὰ τῶν ἄλλων βασιλέων (ἐβούλετο γὰρ Ῥωμανὸς ὁ βασιλεύς Εὐφροσύνην τὴν τοῦ δομεστίκου θυγατέρα νύμφην ἀγαγέσθαι τῷ οἰκείῳ ἐκγόνῳ Ῥωμανῷ τῷ υἱῷ τοῦ ἐσχάτου παιδὸς αὐτοῦ Κωνστοντίνου), ἠναγκάσθη τῆς ἀρχῆς αὐτὸν παραλῦσαι, ἐπὶ δυσὶ καὶ εἴκοσι χρόνοις καὶ μησὶν ἑπτὰ ἀδιαδόχως τὴν τοῦ δομεστίκου ἀρχὴν ἰθύνοντα, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Συρίαν καταδραμόντα καὶ ταπεινώσαντα. Ὅτῳ δὲ βουλητὸν τὰς ἐκείνου μαθεῖν ἀριστείας, ζητησάτω τὴν πονηθεῖσαν βίβλον παρά τινος Μανουὴλ πρωτοσπαθαρίου καὶ κριτοῦ (ἐν ὀκτὼ γὰρ βίβλοις ἐκεῖνος τὰ τούτου ἀνδραγαθήματα συνεγράψατο), καὶ ἐξ αὐτῆς εἴσεται οἷος ἦν ὁ ἀνὴρ τὰ πολεμικα.

[P. 631] Παραπλησίως τούτῳ καὶ Θεόφιλος ὁ τούτου ὁμαίμων, ὁ παππος Ἰωάννου τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος, τὰς ἐν Μεσοποταμίᾳ τῶν Σαρακηνῶν πόλεις διέθετο, στρατηγὸς ἐν αὐτῇ γεγονώς καὶ ταπεινώσας καὶ τελέως ἀφανίσας τοὺς ἐκ τῆς Ἄγαρ. Καὶ Ῥωμανὸς δὲ ὁ πατρίκιος, ὁ τοῦ δομεστίκου Ἰωάννου υἱός, στρατηγὸς καταστὰς πολλά τε φρούρια παρεστήσατο καὶ πλείστων λαφύρων αἴτιος ὑπῆρξε τοῖς Ῥωμαίοις. Τοῦ Ἰωάννου δὲ παρασχολῶν ὁ Πανθήριος, ὁ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ

Ἱλασκόμενος δὲ τὸν Θεὸν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς διὰ τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν, καὶ μετανοῶν ἐφ' οἷς κακῶς παρεσπόνδησεν, ἐποίει μὲν καὶ ἄλλας εὐποιίας, ἃς καταλέγειν ἔργον, ἀπέτισε δὲ καὶ τὰ χρέα τῆς πόλεως ἀπό τε πλουσίων καὶ πενήτων δεδωκὼς, ὥς φασι, κεντηνάρια δέκα ἐννέα, τὰ δὲ γραμματεῖα κατακαύσας ἐν τῷ κατὰ τὴν Χαλκῆν πορφυρῷ ὁμφαλίῳ. Δέδωκε δὲ καὶ τὰ ἐνοίκια τῆς πόλεως ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτάτου καὶ μέχρι τοῦ ἐσχάτου. Ἃ δὲ διετυπώσατο γίνεσθαι ψυχικὰ ἐπετείως ἐν τῇ νεουργηθείσῃ παρ' αὐτοῦ μονῇ τοῦ Μυρελαίου, ἴσασι πάντες μέχρι τοῦ νῦν τελούμενα.

Κατὰ δὲ τὴν πρώτην ἰνδικτιῶνα τῶν Τούρκων πάλιν ἐπιδρομὴν ποιησαμένων κατὰ Ῥωμαίων, ὁ παρακοιμώμενος Θεοφάνης ἐξελθὼν ἐσπείσατο μετ' αὐτῶν καὶ λαβὼν ὁμήρους ὑπέστρεψε. Δευτέρᾳ δὲ ἰνδικτιῶνι Πασχάλιον πρωτοσπαθάριον καὶ στρατηγὸν Λαγγοβαρδίας ἐξέπεμψεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας Οὔγωνα (82), τὴν αὐτοῦ θυγατέρα

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(82) Imo vero, ut historiæ loquuntur, regem Italiæ. Sed in his rebus neque Noster neque cæteri hujus farinæ scriptores fuere diligentes. Constantinum Porphyrogenitum intellige non Romani filium Constantinum, sed Leonis, eum cui ut genero imposuit Lacapenus, et ipso in ordinem redacto ac circumscripto fere solus cum suis filiis imperium gessit. Porphyrogenitorum primus commemoratur Copronymus, a conclavi palatii cui Porphyræ (fortassis quod purpureis tapetibus vel audæis esset exornatum) nomen, in quo natus esset ; ac fortasse etiam reliqui, utpote genuini et suo loco nati imperatores, loco eo puerperiis destinato. Noster Leonis fil. etiam infra sic exprimit, in primo Nicephori Phocæ anno. Romanum Contantini fil. Leonis N. Romanum tertium optime dices, nec cum altero Romano confundatur. Romani N. Christiferi F. nomen filiæ Hugonis traditur Bertha Eudoxia Xyl. — Quem περίβλεπτον nominat Constantinus de Adm. Imp. c. 26, patrem habuit Adelbertum, matrem Bertam, avum Lotharium Ludovici Pii filium. Magnæ Franciæ rex, ut verbis Constantini utar, nusquam fuit, sed comes Provinciæ sive Arelatensis. Ab Italis vocatus, ejecto Rodulpho, Italiæ regnum obtinuit : unde ῥῆξ Φραγγίας a Græcis appellari meruit. Filiam Bertam ex concubina genitam, Sigefredo Parmensi episcopo sponsæ duce, jungendam Romano Constanti Porphyrogeniti Cpolim misit, ac Eudoxiæ nomine deinceps audivit insignitam. Goar.

ἐπιζητῶν νυμφευθῆναι τῷ τοῦ Πορφυρογεννήτου υἱῷ Ῥωμανῷ· ἥτις καὶ ἀχθεῖσα μετὰ πλούτου πολλοῦ συνήφθη Ῥωμανῷ. Συνεβίωσε δὲ μετ' αὐτοῦ ἔτη ε' καὶ ἀπέθανε. Ἐγένετο δὲ καὶ βίαιος ἄνεμος μηνὶ Δεκεμβρίῳ· καὶ παταπεσόντες οἱ λεγόμενοι Δῆμοι (83) συνέτριψαν τὰ κάτωθεν αὐτῶν βάθρα καὶ τὰ λεγόμενα στήθεα.

Τῆς πόλεως δὲ Ἐδέσσης πολιορκουμένης παρὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων, στενοχωρηθέντες οἱ Ἐδεσσηνοὶ τοῖς ἐκ τῆς πολιορκίας δεινοῖς διεπρεσβεύσαντο πρὸς βασιλέα, αἰτούμενοι ἀπαναστῆναι νῆς προσεδρίας τὸν λαόν· καὶ ὑπισχνοῦντο ἀντίλυτρον δοῦναι τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον. Λυθείσης οὖν τῆς πολιορκίας ἐδόθη τὸ θεῖον ἐκτόπωμα καὶ εἰς τὴν βασιλίδα ἦχθη. ὑποδεζαμένου τοῦτο τοῦ βασιλέως μετὰ λαμπρᾶς καὶ πρεπούσης δορυφορίας, καθὼς ἔμπροσθεν εἴπομεν.

Κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας ἐξ Ἀρμενίας ἐφοίτησε τέρας ἐν τῇ βασιλευούσῃ, παῖδες ἄῤῥενες συμφυεῖς ἐκ μιᾶς προελθόντες γαστρός. Ἐξηλάθησαν δὲ τῆς πόλεως ὡς πονηρὸς οἰωνός. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου πάλιν εἰσῆλθον. Ἐπεὶ δὲ συνέβη τὸν ἕνα τελευτῆσαι, [632] ἐπειράθησαν οἱ ἐμπειρότεροι τῶν ἰατρῶν ἀποτεμεῖν τὸ νεκρωθὲν μέρος· οὗ τμηθέντος τὸ ζῶν ἐπιβεβιωκὸς μικρὸν ἐτελεύτησεν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς καὶ πάντας μὲν ἐτίμα τοὺς μοναχοὺς, διαφερόντως δὲ τὸν μοναχὸν Σέργιον τὸν ἀνεψιὸν Φωτίου τοῦ πατριάρχου, ἀρεταῖς ὄντα κττάκοσμον καὶ πᾶσι κοσμούμενον τοῖς καλοῖς, ὃς διὰ παντὸς παρῄνει τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι καὶ μὴ ἀπαιδεύτους τούτους ἐᾷν, μὴ πως καὶ αὐτὸς πάθῃ τὸ τοῦ Ἠλεί (84). Τῇ δὲ αὐτῇ ἰνδικτιῶνι κατήγαγον νὸν βασιλέα Ῥωμανὸν τοῦ παλατίου καὶ εἰς τὴν Πρώτην (85) ἀγάγοντες νῆσον ἐκείραν μοναχόν, Τίνες δὲ οἱ τοῦτον κατασπάσαντες τῆς ἀρχῆς, καὶ τίνα τρόπον, ἐν τοῖς ἐπαγομένοις λελέξεται.

Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν κομιδῇ νέᾳ τῇ ἡλικίᾳ ἀπορφανισθέντος, καὶ τῶν πραγμάτων ὑπό τε τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ζωῆς καὶ τῶν ἐπιτρόπων οὓς ἔμπροσθεν ἠριθμησάμεθα διοιλουμένων, ὁ παρακοιμώμενος Κωνσταντῖνος μεγάλα παρὰ τῇ βασιλίδι δυνάμενος, ἐπ' ἀδελφῇ τε γαμβρὸν ἔχων τὸν μάγιστρον Λέοντα τὸν Φωκᾶν δομέστικον ὄντα τῶν σχολῶν τῆς Ἀνατολῆς, καὶ παρὰ τοῦτο τὰς ἡνίας ἁπάσας τῆς βασιλείας ὅπη καὶ βούλοιτο περιφέρων,

A rogeniti filio Romano nepoti suo. Quæ et adducta est magnis cum opibus, et cum Romano exactis in conjugio annis quinque e vita migravit. Mense Decembri violentus ventus exstitit : et corruentes qui vocantur Demi contriverunt eorum qui infra erant pectora atque pedes.

Cum eo tempore Edessa a Romanis oppugnaretur, oppidani pressi oppugationis calamitatibus legatos ad imperatorem mittunt, orantes uti obsidionem solvat, ac polliciti pro ejus rei præmio Christi sacram in linteo expressam effigiem. Eamque impetrato quod volebant dederunt : et est in urbem allata, excipiente eam imperatore cum splendida pompa, sicut ante retulimus.

B

320 His ipsis diebus ex Armenia allatum est monstrum Cpolin, pueri masculi concreti, uterini; iique, ut infelix omen, urbe sunt ejecti. Redierunt sub Constantino ; et cum alter mortuus esset, peritiores medici cadaver a vivo resecuerunt : parum tamen diu alter supervixit.

Romanus imperator cum alios monachos in honore habuit, tum Sergium præcipue monachum, consobrinum Photii patriarchæ, florentem virtutibus et omnibus ornatum bonis rebus. Is Sergius identidem hortabatur imperatorem ut filios sub disciplina contineret, ne idem ipsi quod Eli eveniret. Eadem C indictione Romanus imperator palatio eductus est, et in Protam insulam relegato capillus rasus, monachique imposita conditio. A quibus et quo modo deturbatus imperio fuerit, jam nunc exponemus.

Constantinus imperator Leonis filius admodum puer amiserat patrem : et mater Zoe ac tutores, quos superius commemoravimus, omnium rerum administrationi præfuerant. Eo rerum statu Constantinus cubicularius magnæ apud Zoam potentiæ, cujus sororem in matrimonio habebat. Leo Phocas magister et scholarum domesticus orientalium, imperii habenas suo arbitratu torquens, dies noctesque cogitabat quo modo in Phocam sororis maritum Con-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(83) Id est pagi : sic enim Cicero convertit Atticos δήμους. Cæterum aut βάθρα pedes significant, aut στήθεα quoque aliud quam communiter. Xyl. — Δῆμοι. Prominentes tectorum tabulatorum petrarumque ex ædificiis facies, suggrundæ et coronæ parietis, sunt δῆμοι, ut qui populum prospiciant. Βάθρα diximus supra esse suggesta sedesque lapideas partibus imperatorem excepturis, ipsisque excipiendis, juxta palatium dispositas. Στήθεα columellæ sunt ordine dispositæ ac superposito longiori epistylio junctæ, circumjecti clathri, circumdata septa et repagula, sive cancelli humiliores, spatio suo interiore receptos a circumstante vel irruente turba propugnantes. Germanus in Mystagogia non longe ab exordio : Τὰ κιόνια ἤτοι τὰ στήθεα διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ, καὶ κάγκελλα. His tribus verbis expositis, plana est mens hujus sententiæ : *Violenti ventorum flatus exorti sunt, quorum impetu suggrundæ tecti et parietum decidentes et lapsæ suggesta sedesque sibi subjectas, nec non et repagula comminuerunt et contriverunt.* Xylander quasi e scena risum facturus : *Violentus ventus exstitit*, inquit; *et corruentes qui vocantur demi, contriverunt eorum qui infra erant pectora atque pedes.* Goar.

(84) Elis historia ex principio librorum sacrorum Samuelis est notissima. Et narratio de Edessena imagine est, quanquam secius atque hic, supra exposita. Xyl.

(85) Hellesponti ad CP. insulam. Goar.

stantino sublato imperium transferret. **321** Id cum sentiret Constantini pædanogus Theodorus quod et supra narravimus, operam dederat ut seniorem Lacapenum, rei tum navalis drungarium, in aulam introduceret, eumque imperatori patronum defensoremque conciliaret. At vero in aulam receptus Romanus, et paulatim eo progressus ut summam rerum in sua haberet potestate, non contentus permissis, violato etiam jurejurando (nam se ipsum diris devoverat, si unquam imperium esset affectaturus) se ipsum imperatorem creaverat, Constantino ultro quidem se animo invito, quod est apud Homerum, ei diadema imponente. Neque hoc modo, sed et paulo post filium suum Christiferum et paulo post Stephanum ac Constantinum filios ad eamdem evexerat designationem. Ipse imperator declaratus, nequaquam contentus secundo loco, pædagogum et alios quos sibi fore putabat impedimento submoverat : primo loco se salutari imperatorem fecerat, et ad se omnium rerum administrationem transtulerat. Proximi ab ipso filii, ultimo loco Constantinus Leonis filius imperator nuncupabatur, cui nihil præter habitum et nomen imperatoris erat relictum, omnes fructus rei adempti. Itaque Constantinus nunquam non paterni imperii recuperandi avidus et surreptitios elidere cupiens, tandem id se aliter conficere non posse animadvertit quam si filios contra patrem excitaret. **322** Jam in fata concesserat Christifer, et supererant Stephanus atque Constantinus. Quorum hunc ut animi firmiorem sollicitare non ausus, ut institutum conficeret, omnia sua consilia ac studia ad Stephanum corrumpendum confert, vaniorem scilicet et in quas quis vellet partes mutabiliorem. Eam ad rem socium capit atque administrum Basilium cognomento Volucrem, hominem prompti ingenii et machinandarum fallaciarum apprime callidum, tunc in cohortem sodalitatis allectum, et qui a puero Constantino fuerat notus atque familiaris. Per hunc sibi Stephanum quam primum amicum facere studet, blandis deceptum sermonibus et fraudibus a recta abductum ratione. Proinde Basilius, cum omni hoc confecisset conatu ut inter familiares haberetur Stephani, crebro ad eum ventitare, sermonibusque ac consiliis hominem titillantibus cœpit a sana mente paulatim dimovere, et in hanc fere compellare sententiam, cur tandem imperator juvenis ac robore et animi viribus præstans, munitusque prudentia, pateretur summam rerum a vetere et jam rupto filio (sic patrem Stephani notabat) pendere? cur non sese proferret, et patre suis generosissimis obsistente conatibus summoto ipse rempublicam capesseret? cum quidem non Romano tantum sed et compluribus **323** gubernandis imperiis sufficeret. Obtemperaret amico bene monenti, et ad res gerendas proderet. Pristinum florem rebus Romanis recuperaret, et hostes opprimeret, ostenderetque re ipsa divinitus non ad irritum in se tam præstantia animi corporisque dona esse collocata.

A νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐμελέτα εἰς τὸν ἑαυτοῦ γαμβρὸν τὴν βασιλείαν μετενεγκεῖν, τὸν Κωνσταντῖνον ἐκποδὼν ποιησάμενος. Ὅπερ συνεννοηκὼς ὁ τοῦ πορφυρογεννήτου παιδαγωγὸς Θεόδωρος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, σπουδὴν ἔθετο τὸν πρεσβύτερον Ῥωμανὸν δρουγγάριον τηνικαῦτα τῶν πλωΐμων ὑπάρχοντα οἰκειώσασθαι καὶ τοῖς ἀνακτόροις εἰσαγαγεῖν ὡς τάχα φύλακα καὶ πρόμαχοντοῦ βασιλέως ἐσόμενον. Οὗτοσὶ δ' ἀναχθεὶς καὶ ταῖς κατὰ μικρὸν ἀνόδοις τῆς πάσης δυναστείας γενόμενος ἐγκρατὴς οὐκ ἐνέμεινε τοῖς δοθεῖσιν, ἀλλὰ τοὺς δεδομένους ἀθετήσας ὅρκους (ἦν γὰρ φρικωδεστάταις ὁρκωμοσίαις ἑαυτὸν καταδεσμήσας μὴ ἄν ποτε βασιλείας ἔφεσιν ἐσχηκέναι) ἑαυτόν τε ἀνηγόρευσε βασιλέα, ἑκουσίως τοῦ πορφυρογεννήτου ἀέκοντί γε θυμῷ (τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικὸν) B περιθέντος αὐτῷ τὸ διάδημα, καὶ οὐ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλ' ἤδη μετὰ μικρὸν καὶ Χριστοφόρον τὸν υἱόν. Διαλιπὼν δ' ὀλίγον καὶ Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον ἀνηγόρευσε τοὺς υἱεῖς. Βασιλεὺς δὲ ἀναῤῥηθεὶς οὐκ ἠγάπησε τῇ ἀναῤῥήσει, οὐδὲ τὴν δευτέραν χώραν ἔχειν ἠσμένισεν, ἀλλ' ἐκ μέσου τὸν παιδαγωγὸν θέμενος καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς ὅσοι ἐδόκουν προίστασθαι, πρῶτός τε αὐτοκράτωρ ἀνευφημεῖτο καὶ τὴν πᾶσαν τῶν πραγμάτων διεκόσμει διοίκησιν. Μετ' αὐτὸν δὲ ἀνηγορεύοντο οἱ υἱεῖς, καὶ τελευταῖος πάντων ὁ Κωνσταντῖνος. Οὗτος τοίνυν ὁ Κωσταντῖνος σχῆμα μόνον καὶ ὄνομα τῆς βασιλείας ἔχων, τῶν δὲ ἡδέων ταύτης ἐστερημένος, [633] διὰ παντὸς ἐγλίχετο καὶ ἐπηύχετο τὴν πατρῴαν ἐπανασώσασθαι ἀρχὴν, σοὺς ἐπεισάκτους ἐκποδὼν θέμενος. Τοῦτο C δὲ οὐκ ἄλλως ᾤετο ἀγαγεῖν εἰς ἔργον, εἰ μὴ τοὺς υἱοὺς ἐκπολεμώσει τῷ πατρί. Ὁ μὲν οὖν Χριστοφόρος ἔφθασε τὸν βίον ἀπολιπεῖν, περιῆσαν δ' ἔτι Στέφανος καὶ Κωνσταντῖνος. Τούτων ἐγνώκει ἀποπειραθῆναι, μή πως δυνηθῇ ἐκπληρῶσαι τὸ σπουδαζόμενον. Καὶ τοῦ μὲν Κωνσταντίνου (ἦν γὰρ οὗτος στερεωτέρας φρενὸς) ἀποπειραθῆναι οὐκ ἐτόλμησε, τρέψαι δὲ τὴν πᾶσαν μηχανὴν καὶ ἀπύπειραν ἔκρινε πρὸς τὸν Στέφανον, κουφότερόν τε ὄντα τὸν λογισμὸν καὶ ῥᾳδίως μεταφερόμενον πρὸς ὅ τις καὶ βούλοιτο. Λαμβάνει πρὸς τοῦτο συλλήπτορα καὶ συνεργὸν εὐφυῆ τινα ἄνδρα καὶ δόλους πλέξαι καὶ μηχανορῥαφῆσαι δεινόν· Βασίλειος οὗτος ἐτύγχανεν, ὁ Πετεινὸς τὴν προσηγορίαν, ἐν τῷ τάγματι τῆς ἑταιρείας κατειλεγμένος, καὶ συνήθης καὶ φίλος ἐξέτι νέων ὑπάρχων τῷ Κωνσταντίνῳ. Τοῦτον κοινωνὸν προσειλήD φει τοῦ σκέμματος, καὶ δι' αὐτοῦ φίλον θέσθαι κατηπείχθη τὸν Στέφανον, λόγοις αἱμυλίοις ὁποκλαπέντα καὶ ἀπάταις καὶ μηχαναῖς παρενηνεγμένον τοῦ λογισμοῦ. Ἥντα γὰρ τρόπον σπουδάσας ὁ Πετεινὸς τῷ Στεφάνῳ φιλιωθῆναι, ἐπειδὴ πεφιλίωτο, προσῆει τε συνεχῶς, καὶ λόγους ἐκίνει καὶ προσῆγε συμβουλὰς ὑποκνιζούσας αὐτὸν καὶ κατὰ μικρὸν ἀπαγούσας τοῦ λογισμοῦ. « Ἵνα τί, λέγων, ὦ βασιλεῦ, νέος ὢν ἰσχύϊ τε ῥωμαλέος, καὶ ψυχῆς γενναιότητι ὑπερφέρων καὶ φρονήσει πεπυκνωμένος, τὰ πράγματα παρορᾷς ἀπὸ λεπτοῦ καὶ παλαιοῦ καὶ διεῤῥωγότος μίτου » (τὸν αὐτοῦ πατέρα ὑπαινιττόμενος) « ἐξαρτώμενα, καὶ οὐ διανίστασαι, καὶ τοῦτον μὲν ὡς ἐμ-

πόδιον ταῖς σαῖς γενναιοτάταις ὁρμαῖς ἐκποδὼν ποιεῖς, αὐτὸς δὲ τῶν πραγμάτων ἐντιλαμβάνῃ, δυνάμενος οὐχ ὅπως τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν μόνην, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ὁμοῦ κυβερνᾶν; Ἄγε δή, πείσθητί μοι τὰ λυσιτελῆ συμβουλεύοντι, καὶ διαναστὰς ἀντισχέσθαι θέλησον τῶν πραγμάτων, καὶ τὰ μὲν Ῥωμαίων ἀναθηλῆσαι παρασκεύασον, τὰ δὲ τῶν ἐχθῶν ταπείνωσον, καὶ δεῖξον ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐ διὰ κενῆς οὐδὲ μάτην ἡ ἐπανθοῦσά σοι ὥρα καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ψυχῆς ἐκ Θεοῦ σοι δεδώρηνται προτερήματα. Ἔξεις δὲ εἰς τοῦτο συναγωνιστὴν καὶ συλλήπτορα καὶ τὸν σὸν γαμβρὸν τὸν ποφυρογέννητον, λίαν θεοκλυτοῦντα καὶ ἱμειρόμενον τῆς τοῦ σοῦ πατρὸς ἐλευθερωθῆναι βαρύτητος καὶ παρὰ σοῦ κατόψεσθαι τὴν βασιλείαν κυβερνωμένην. » Τούτοις ὑποσυρεὶς τοῖς λόγοις ὁ Στέφανος κατεσχέθη τε τῇ τῆς αὐτοκρατορίας ἐπιθυμίᾳ καὶ ἄσχετον ὄρεξιν ἀνεδέξατο τοῦ καταγαγεῖν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τῆς βασιλείας. Μέλλων δὲ ἐγχειρεῖν τοῖς δοχθεῖσι καὶ λόγους αἰνιττομένους τὸ σπουδαζόμενον ἐποσπείρει τῷ ἀδελφῷ. Ἐπεὶ δ' οὗτος καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἀκοὴν ἀτεγκτος ἦν, καὶ παρῄνει μᾶλλον μὴ θαῤῥεῖν τῷ γαμβρῷ, ἀλλὰ τῆς πατρῴας ἐνουθέτει ἐξέχεσθαι πίστεως καὶ φιλίας, [P. 634] τοῦτον μὲν παρῆκεν ὡς ἐμπόδιον μᾶλλον, ἀλλ' οὐ συνεργὸν ἐσόμενον, αὐτὸς δ' ᾠήθη ὡς ἀνυστὸν ἐγχειρῆσαι τοῖς δεδογμένοις. Προσεταιρισάμενος οὖν σὺν τῷ ῥηθέντι Βασιλείῳ καὶ τὸν μοναχὸν Μαριανὸν τὸν υἱὸν Λέοντος τοῦ Ἀργυροῦ, ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ λίαν καὶ τιμώμενον καὶ πιστευόμενον, καί τινας ἄλλους σὺν αὐτοῖς, εὐκαιρήσας κατασπᾷ τὸν αὐτοῦ πατέρα τῆς ἀρχῆς, μηνὶ Δεκεμβρίῳ ις', ἰνδικτιῶνος γ', ἔτους ϛυνγ', κς' ἀνύοντα ἐν τῇ βασιλείᾳ ἐνιαυτὸν, καὶ τῇ νήσῳ Πρώτῃ περιορίζει, ἀποκείρας καὶ ἄκοντα τοῦτον μοναχόν. Κατενεχθέντος οὖν τοῦ Ῥωμανοῦ εὐθέως ὁ Στέφανος γενναιοτέρως ἥπτετο τῶν πραγμάτων. κοινοπραγμονοῦντα ἔχων τόν τε γαμβρὸν καὶ τὸν ἀδελφόν.

Ἐπεὶ δὲ μὴ ἐν πᾶσιν ὁμοίως ἠρέσκοντο, ἀλλ' ἔσθ' ὅπῃ καὶ διεφώνουν, ἀρχὴ προσκρουμάτων ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας ἐφύετο, καὶ ὑπώπτευον ἀλλήλους καὶ ὑφιῶντο, τὸν μὲν πορφυρογέννητον ὁ Στέφανος, ἐκεῖνος δὲ αὖθις ὁ πορφυρογέννητος, καὶ κατ' ἀλλήλων ἕκαστον ἐμελέτα. Καὶ σπουδὴν μὲν ὁ Στέφανος καὶ ἀγῶνα οὐ τὸν τυχόντα κατεβάλλετο εἰς τὸ κατεργάζεσθαι τὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν γαμβρὸν καὶ μόναρχος ὑπολειφθῆναι τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν ποιητὴν (86) εἰσὶ καὶ ἄλλα πυρὸς θερμότερα, ἔλαθε πεθὼν μᾶλλον ἢ δράσας, τοῦ Κωνσταντίνου, ἐπείπερ ἤσθετο ἐπιβουλευόμενος, ἀναβολὴν μὴ δεδωκότος τῇ ἐγχειρήσει, πολλὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἑλένης ἐρεθισάσης αὐτὸν πρὸς τὸ καταγαγεῖν τῆς βασιλείας τοὺς ἀδελφούς. Ἐκφήνας οὖν τὸ μυστήριον τῷ εἰρημένῳ Βασιλείῳ τῷ Ηετεινῷ, καὶ δι' αὐτοῦ προσκτησάμενος τὸν Μαριανὸν, ἔτι δὲ Νικηφόρον καὶ Λέοντα τοὺς υἱοὺς Βάρδα τοῦ Φωκᾶ, Νικόλαόν τε καὶ Λέοντα τοὺς Τορνικίους καὶ ἄλλους οὐκ ὀλίγους, μηδὲν ὀφορωμένους τὸν Στέφανον καὶ τὸν Κωνσταντῖνον, κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τοῦ ἀρίστου συναριστῶντας αὐτῷ, ἀναρπάστους τίθησι καὶ καταβιβάζει τῶν βασιλείων, τῇ κζ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς αὐτῆς γ' ἰνδικτιῶνος, καὶ πλοιαρίοις ἐνθέμενος ὑπερορίζει

A Usurum ad hæc adjutore et socio Constantino sororis marito, nihil aliud in votis habente quam ut soceri exoneratus morositate ab ipso videat gubernari imperium. His verdis illectus Stephanus cupiditate imperii totus occupatur, suique patris deponendi infrænem animo concipit libidinem. Rem itaque aggressurus fratri rem per ambages significat. Quem cum primo auditu prorsus ab hoc instituto alienum esse videret, hortarique ut in fide potius patris quam in sororis mariti amicitia acquiesceret, omisso eo, ut quem sibi impedimento potius quam auxilio fore judicaret, ipse quantum res omnino ferret, exsequi suam sententiam intendit. Ergo in societatem ascito, præter Basilium, monacho etiam Mariano, filio Leonis Argyri, a Romano imperatore quam maxime dilecto, et nonnullis aliis, nactus opportunitatem imperio patrem dejicit, die mensis Decembris 16, indictione 3, anno 6453, annum jam 26 imperantem : ac in **324** Protam insulam relegato vel invito caput radit et monachi vitam imponit. Exinde Stephanus majori studio rebus administrandis se dedit, collegis marito sororis et fratre.

C Quia vero non eadem omnibus probabantur, ex dissensionibus simultates inter eos atque offensæ exstiterunt; suspectusque porphyrogenitus Stephano esse atque hic illi cœperunt, alterque de altero submovendo cogitare. Sane haud mediocri cura atque conatu in id incubuit Stephanus, ut collegis imperio erepto solus summam rerum teneret. Sed quemadmodum poeta ait esse quædam alia igni calidiora, ita is quoque non tam intulit quam passus est damnum, Constantino, ubi insidias sibi strui sensit, spatium rei gerendæ non concedente, multis etiam Helena uxore hunc ad fratres dejiciendos instigante. Itaque arcano consilio communicato cum Basilio Peteino seu Volucri isto, et ejus opera ascito in societatem Mariano, itemque Nicephoro et Leone filiis Bardæ Phocæ, ac Nicolao et Leone D Torniciis aliisque haud paucis, Stephanum ejusque fratrem Constantinum secum prandentes sub ipso prandio corripi jubet palatioque extrahi, 27 die Januarii, indictione eadem, navibusque impositos relegat Stephanum in Panormum insulam, Constantinum **325** in Terebinthum ; ac opera Basilii Cæsareæ et Anastasii Heracleæ episcopi rasos clericos facit. Paulo post transfert Stephanum Proconnesum,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(86) Sensus est : sicut calor alius alio vehementior est, ita Stephani quoque astum et conatum majore Porphyrogeniti calliditate ac studio fuisse impeditum et irritum factum. Xyl.

inde Rhodum ac tandem Mitylenam, Constantinum in Samothraciam. Ac Stephanus quidem fortunam suam generose ac magno animo ferens annos 19 in Lesbo vitam egit. Constantinus autem animo parum constans et audacius quam par erat insurgens, sæpiusque fugam molitus, anno post amissum imperium secundo, custodem suum cum dolo necasset, a reliquis custodibus ipse quoque est interfectus.

A τὸν μὲν ἐν τῇ Πανόρμῳ νήσῳ (87), τὸν Κωνσταντίνον δὲ ἐν τῇ Τερεβίνθῳ (88). Καὶ διὰ Βασιλείου τοῦ Καισαρείας καὶ Ἀναστασίου τοῦ Ἡρακλείας καὶ ἄμφω κληρικοὺς ἀποκείρει, μεταστήσας οὐκ εἰς μακρὰν τὸν μὲν Στέφανον ἐν Προικοννήσῳ, εἶτα ἐν Ῥόδῳ καὶ τελευταῖον ἐν Μιτυλήνῃ, τὸν δὲ Κωνσταντῖνον ἐν Σαμοθρᾴκῃ. Ἀλλ' ὁ μὲν Στέφανος μεγαλοφυῶς καὶ μεγαλοψύχως τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ φέρων τύχας διετέλεσεν ἐπὶ ἔτη ιθ' βιοτεύων ἐν τῇ Λέσβῳ· ὁ Κωνσταντῖνος δὲ ὀλιγώρως διατεθεὶς καὶ θερμότερον τοῦ δέοντος κατεξανιστάμενος καὶ πολλάκις ἐπιχειρήσας φυγεῖν, μετὰ δεύτερον χρόνον τοῦ τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν τὸν φυλάττοντα τοῦτον δολοφονήσας ὑπὸ τῶν περιλοίπων καὶ αὐτὸς ἀποσφάττεται,

Mense Julio sextæ indictionis Romanus eorum pater debitum naturæ persolvit, et est in Myrelæo sepultus. Proinde Constantinus Porphyrogenitus omnibus quæ suspecta erant submotis, et solus jam imperans, festo Paschatis die Romano filio suo diadema imponit, vota faciente Theophylacto patriarcha. Equidem initio egregiam ostenderat indolem Constantinus; existimatumque fuerat eum, si solus rerum potiretur, præclare imperii res curaturum: sed fefellit expectationem, neque ea dignum se gessit. Quippe vino deditus laboriosis rebus relictis ignaviæ studebat, delicta autem aliorum durus sine ulla miseratione puniebat. In magistratibus quoque creandis non optimum quemque **326** deligebat, quod dignum fuisset magnifica potestate: sed promiscue et sine ullo examine exercitus ducendi aut urbis gurbernandæ munus proximo cuique committebat; quo factum est ut multi plebeii aut culpatæ vitæ homines summos in republica gererent honores. Ad quam rem multum conferebant Helena Augusta et Basilius cubicularium intimus, qui id agebant ut venales essent magistratus.

[P. 635] Μηνὶ δὲ Ἰουλίῳ τῆς ς' ἰνδικτιῶνος καὶ Ῥωμανὸς ὁ τούτων πατὴρ ἀπέτεισε τὸ χρεών, καὶ ἐν τῷ Μυρελαίῳ θάπτεται. Ὁ δὲ πορφυρογέννητος τὰ ὕποπτα περιελὼν ἐκ μέσου, καὶ μόνος τὴν αὐτοκράτορα περιζωσάμενος ἀρχήν, κατὰ τὸ θεῖον Πάσχα τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος καὶ τῷ υἱῷ Ῥωμανῷ περιτίθησι τὸ διάδημα, τελέσαντος δὴ τὰς εὐχὰς Θεοφυλάκτου τοῦ πατριάρχου. Δοκῶν δέ τις γενναῖος ἀναφανῆναι καὶ τῶν τῇ βασιλείᾳ διαφερόντων ἐπιμελέστερον ἀντιλήψεσθαι, εἰ μόνος κατάρξαι, μαλακώτερος ὤφθη τῆς ὑπολήψεως, μηδὲν ἄξιον τῆς εἰς αὐτὸν προσδοκίας ἐπιδειξάμενος. Οἴνου τε γὰρ ἥττητο, καὶ τῶν ἐπιπόνων τὰ βᾴστα προείκρινε, δυσπαραίτητός τε ἦν ἐν τοῖς πταίσμασι καὶ ἀσυμπαθὴς κολαστὴς, ἀδιάφορός τε πρὸς τὰς προβολὰς τῶν ἀρχηγῶν, οὐκ ἀριστίνδην ταύτας ἰθύνεσθαι καὶ κατ' ἐπιλογὴν ἐθέλων, ὅπερ ἔργον ἐστὶ μεγαλοπρεποῦς ἐξουσίας, ἀλλὰ τῷ παρατυχόντι ἀρχὴν ἐμπιστεύων, στρατηγίαν τυχὸν ἢ πολιταρχίαν, ἀδοκιμάστως, ὡς ἐκ τούτου συμβῆναι πάντα τινὰ χυδαῖον καὶ διαβεβλημένον εἰς τὰς μεγίστας τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν προχειρίζεσθαι, πολλὰ πρὸς τοῦτο συνεργούσης καὶ Ἑλένης τῆς αὐτοῦ γαμετῆς καὶ Βασιλείου τοῦ παρακοιμωμένου, ὠνίους τὰς ἀρχὰς ποιεῖν παρασκευαζόντων.

Neque tamen prorsus omnis præclari facinoris expers fuit Constantinus: unum enim referam dignum profecto admiratione, et quod multa ejus peccata obscurare possit. Scientias enim, arithmeticam, musicam, astronomiam, geometriam et omnium principem philosophiam, quæ jam longo tempore ob inuriem et inscitiam imperatorum perierunt, sua industria instauravit, conquisitis qui in quovis genere excellerent, ac constitutis doctoribus, studiosisque receptis et conductis. Quo factum est ut exigui temporis decursu barbarie profligata urbs litteris floruerit. Sedentarias etiam atque opificum artes curæ habuit, magnumque iis incrementum attulit. Pius erga Deum fuit ac liberalis, ut qui nunquam in processibus ad fana legibus ecclesiasticis factis sine fructu et munere in conspectum Dei venerit, sed donaria quovis tempore obtulerit magnifica et Christi amantem imperatorem decentia Gratiam quoque retulit **327** iis a quibus in deturbandis imperio uxoris fratribus adjutus fuerat.

Οὐ παντάπασι δὲ ἄμοιρος ἦν καὶ πράξεων ἀγαθῶν ὁ Κωνσταντῖνος. Ἡ γὰρ ῥηθῆναι μέλλουσα ἀξιάγαστος οὖσα καὶ θαυμαστὴ ἐπισκιάσαι ἴσχυσε καὶ ἀμαυρῶσαι πολλὰ τῶν αὐτοῦ ἐλαττωμάτων. Τὰς γὰρ ἐπιστήμας, ἀριθμητικὴν, μουσικὴν, ἀστρονομίαν, γεωμετρίαν, στερεομετρίαν, καὶ τὴν ἐν πάσοις ἔποχον φιλοσοφίαν, ἐκ μακροῦ χρόνου ἀμελείᾳ καὶ ἀμαθίᾳ τῶν κρατούντων ἀπολωλυίας οἰκείᾳ σπουδῇ ἀνεκτήσατο, τοὺς ἐφ' ἑκάστῃ τούτων ἀρίστους τε καὶ δοκίμους ἀναζητήσας καὶ εὑρὼν καὶ διδασκάλους ἐπιστήσας, καὶ τοὺς σπουδαίους ἀποδεχόμενός τε καὶ συγκροτῶν. Διὸ καὶ τὴν ἀλογίαν ἀπελάσας οὐκ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ ἐπὶ τὸ λογικώτερον μετερρύθμισε τὸ πολίτευμα. Ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῶν βαναύσων καὶ χειρωνάκτων τεχνῶν, καὶ εἰς ἐπίδοσιν μεγάλην καὶ ταύτας ἀνήνεγκεν. Ἦν δὲ καὶ τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβὴς καὶ φιλότιμος, μηδέποτε ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν τυπικαῖς τῶν θείων ναῶν προσελεύσεσι κενὸς καὶ ἄκαρπος ὀφθεὶς τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἀναθήμασι δωρούμενος μεγαλοπρεπέσι καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ πρέπουσιν.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(87) Hellesponti insula. Goar.

(88) In eadem Propontide. Goar.

Ἠμείψατο δὲ καὶ τοὺς συνεργήσαντας αὐτῷ πρὸς A τὴν τῶν γυναικαδέλφων καθαίρεσιν ταῖσδε ταῖς εὐεργεσίαις, Βάρδαν μὲν τὸν Φωκᾶν μάγιστρον τιμήσας καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν τῆς Ἀνατολῆς, Νικηφόρον δὲ καὶ Λέοντα τοὺς τούτου υἱοὺς, τὸν μὲν τῶν Ἀνατολικῶν στρατηγὸν τὸν Νικηφόρον, τὸν δὲ τῆς Καππαδοκίας τὸν Λέοντα προχειρισάμενος, καὶ Κωνσταντῖνον βάτερον νῶν υἱῶν τῆς Σελευκείας, Βασίλειον δὲ τὸν Ηετεινὸν ἔξαρχον τῆς μεγάλης ἑταιρείας. [P. 636] Μαριανὸν δὲ τὸν Ἀργυρὸν κόμητα τοῦ στάβλου καὶ τὸν Κουρτίκην Μανουὴλ τῆς βίγλας δρουγγάριον. Ἐξευνούχισε δὲ καὶ Ῥωμανὸν τοῦ Στεφάνου υἱὸν, τὸν μετέπειτα σεβαστοφόρον γενόμενον, ἔτι δὲ καὶ Βασίλειον τὸν ἐκ δούλης ἀποτεχθέντα Ρωμανῷ τῷ γέροντι· Μιχαὴλ δὲ τὸν υἱὸν Χριστοφόρου τοῦ βασιλέως ἀπέκειρε κληρικόν.

Ἀδαμαντίνοις, δι', ὡς ᾤετο, δεσμοῖς τὴν βασιλείαν ἀσφαλισάμενος, καὶ πᾶσαν ὑποψίαν ἀποσεισάμενος, καὶ δόξας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθεστάναι, μικροῦ δεῖν ἐκινδύνευσε δυσὶ μεγίσταις ἐπιβουλαῖς περιπεσών. B Θεοφάνης τε γὰρ ὁ παρακοιμώμενος ἐβουλήθη τὸν πρεσβύτην Ῥωμανὸν ἐκ τῆς νήσου Πρώτης εἰς τὸ παλάτιον ἀγαγεῖν, καὶ ἄλλους οὐκ ὀλίγους ἔχων συνίστορας· καί τινες δὲ ἕτεροι, ἤτοι Λέων ὁ Κλάδων, Γρηγόριος ὁ Μακεδὼν, καὶ Θευδόσιος ὁ πρῶτος τῶν τοῦ Στεφάνου ἱπποκόμων, καὶ Ἰωάννης ὁ βαίκτωρ, τὸν Στέφανον ἐβουλεύσαντο ἐκ Μιτυλήνης ἀγαγεῖν καὶ τῇ βασιλείᾳ ἐγκαθιδρῦσαι. Ἀλλ' ὑπό τινων συνωμοτῶν μηνυθέντων τῶν βουλευμάτων ὁ μὲν Θεοφάνης ἐξωρίσθη σὺν τοῖς αὐτοῦ συνεργοῖς, οἱ δὲ τοῦ Στεφάνου ἀντιποιούμενοι τυφθέντες καὶ δημευθέντες, καὶ τὰς ῥῖνας τμηθέντες ἐξωρίσθησαν.

Οὐ διέλιπον δὲ καὶ οἱ Τοῦρκοι εἰσβολὰς εἰς τὴν Ῥωμαίων ποιούμενοι καὶ ταύτην δηοῦντες, μέχρις οὗ Βουλοσουδὴς ὁ τούτων ἀρχηγὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν C πίστιν ἀσπάζεσθαι ὑποκριθεὶς κατειλήφει τὴν Κωνσταντίνου· καὶ βαπτισθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀναδέχεται Κωνσταντίνου, τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ τιμηθεὶς καὶ πλείστων χρημάτων ὑπάρξας κύριος, εἶτ' αὖθις οἴκαδε ὑποστρέψας. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Γυλᾶς, ἄρχων ὢν καὶ αὐτὸς τῶν Τούρκων, εἴσεισιν εἰς τὴν βασιλίδα καὶ βαπτίζεται, τῶν ἴσων ἀξιωθεὶς καὶ αὐτὸς εὐεργεσιῶν καὶ τιμῶν. Ἀνελάβετο δὲ μεθ' ἑαυτοῦ καί τινα μοναχὸν Ἱερόθεον τοὔνομα, δόξαν εὐλαβείας ἔχοντα, ἐπίσκοπον Τουρκίας παρὰ τοῦ Θεοφυλάκτου χειροτονηθέντα, ὃς ἐκεῖσε γενόμενος πολλοὺς ἀπὸ τῆς βαρβαρικῆς πλάνης εἰς τὸν Χριστιανισμὸν ἐπανήγαγεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Γυλᾶς ἐνέμεινε τῇ πίστει, μήτ' αὐτὸς ἔφοδόν ποτε κατὰ Ῥωμαίων πεποιηκὼς, μήτε τοὺς ἁλισκομένους Χριστιανοὺς ἀτημελήτους ἐῶν, ἀλλ' ἐξωνούμενος καὶ D ἐπιμελείας ἀξιῶν καὶ ἐλευθερῶν. Βουλοσουδὴς δὲ τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας ἠθετηκὼς πολλάκις σὺν παντὶ τῷ ἔθνει κατὰ Ῥωμαίων ἐξήλασε. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ κατὰ Φράγγων ποιῆσαι διανοηθεὶς καὶ ἁλοὺς ἀνεσκολοπίσθη ὑπὸ Ἰωάννου (89) τοῦ βασιλέως αὐτῶν.

Καὶ ἡ τοῦ ποτε κατὰ Ῥωμαίων ἐκπλεύσαντος ἄρχοντος τῶν Ῥὼς γαμετὴ. Ἕλγα τοὔνομα, τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀποθανόντος παρεγένετο ἐν Κωνσταντι-

Nam Bardam Phocam magistri honore dignatus domesticum scholarum Orientis constituit, Nicephorum et Leonem, ejus filios, hunc Cappadociæ, illum Orientalium ducem creavit, et Constantinum, tertium ejus filium, Seleuciæ præfecit, Basilium Volucrem magnæ sodalitati præposuit; Marianum Argyrum comitem stabuli, Manuelum Curticem vigiliæ designavit drungarium; Romanum Stephani filium castravit, cum qui postea Augustifer factus est, itemque Basilium, Romano seni e serva natum; et Michaelum, Christiferi Cæsaris filium, clericum fecit.

Cum autem videretur imperium adamantinis vinculis muniisse et omnia suspecta amolitus in tuto consistere, pene in summum venit discrimen, duplicibus petitus insidiis, nam et Theophanes cubicularius de Romano ex insula Prota in palatium reducendo consilia tractavit, multis etiam aliis consciis. Et alii quidam, nempe Leo Clado, Gregorius Macedo, Theodosius Stephani protostrator, et Joannes rector, Stephanum Mitylena revocare et imperium ei restituere moliti sunt. Quæ consilia cum essent a quibusdam conjurationum popularibus detecta, Theophanes **328** cum suis sociis est relegatus: qui vero Stephani negotium susceperant, verberati sunt, bona eorum publicata, et naribus præcisis in exsilium acti.

Cæterum Turci non ante finem fecerunt in Romanas ditiones grassandi, quam Bulosudes eorum princeps fidem se amplecti Christianam simulans Cpolin venit, baptizatusque ibi a Constantino est exceptus, ab eoque patricii dignitate et magnis donis ornatus ditatusque domum rediit. Non multo post Gylas, ipse quoque Turcicus princeps, eodem se ejusdem rei causa confert; baptizatusque et eodem quo prior modo tractatus monachum secum abduxit Hierotheum, pietatis fama celebrem, quem Turciæ episcopum Theophylactus patriarcha designavit. Isque ut in Turciam venit, multos a barbarica fraude ad Christianam religionem traduxit. Ac Gylas quidem in fide permansit; et neque ipse in Romanos impressiones fecit, et captivos Christianos emens curavit, libertatemque iis reddidit. Bolosudes autem pactis quæ cum Deo inierat rescissis, sæpe cum omnibus suis in Romanos expeditionem suscepit. Quod idem contra Francos tentans captus et ab eorum rege Joanne in palum suffixus est.

329 Porro Elga Rossorum principis uxor, qui classem in Romanos duxerat, marito defuncto Cpolin venit; et baptizata, cum magnum veræ pie-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(89) Ab Othone imperatore, scribit Curopalates, cui veritas historiæ subscribit. Goar.

tatis studium demonstrasset, dignis suo instituto honoribus affecta domum rediit.

Filia Hugonis, quæ Romano fuerat desponsata, mortua virgine, uti diximus, imperator filio aliam uxorem collocat, nequaquam illustri genere sed plebeio, ortam parentibus cauponibus, nomine Anastasiam. Sed ipse ei Theophanus nomen indidit.

Cum autem ameras Tarsi bello Romanos petens partem exercitus in pagum Herculis prædatum emisisset, presbyter quidam nomine Themelus tunc incruentum peragens sacrificium, cognito Saracenorum adventu, omisso sacrificio, ita ut erat vestes sacras indutus... templi corripuit eoque hostes irruentes defendit, eorumque multos vulneravit, complures interfecit, reliquos in fugam vertit. Exclusus deinde ab episcopo sacris, cum admissionem non impetraret, ad Agarenos se contulit ejuravitque Christianam religionem, cumque iis exiens non Cappadociam modo et vicinas regiones est populatus, sed et usque ad Minorem Asiam perrexit. **330** Et ne scribere quidem fas est quæ ejus fuerint ac quam dira facinora.

At Bardas Phocas domesticus scholarum creatus, uti indicatum supra est, nihil memoratu dignum egit. Etenim aliorum auspiciis rem gerens is dux videbatur qui laudem et admirationem mereretur : omni sibi imperio commisso nihil aut parum Romanæ proderat rei, quod avaritiæ laborans vitio sanis consiliis excutiebatur. Unde et quodam tempore in Chabdani exercitum de improviso incidens, ab omnibus suis, ut fertur, desertus in hostium potestatem vivus venisset, nisi eum cuneo acto ministri eripuissent. Vulnus quidem in fronte accepit magnum atque profundum, cujus crassam cicatricem usque ad mortem circumtulit.

Nicephorus autem et Leo, filii ejus, omni inhonesta captura superiores ac subditos instar liberonoupólei. Καὶ βαπτισθεῖσα καὶ προαίρεσιν εἰλικρινοῦς ἐνδειξαμένη πίστεως, ἀξίως τιμηθεῖσα τῆς προαιρέσεως ἐπ' οἴκου ἀνέδραμε.

[P. 637] Τῆς δὲ τῷ Ῥωμανῷ νυμφευθείσης κόρης τῆς Οὔγωνος παιδὸς ἀποθανούσης, ὡς εἴπομεν (90), παρθένου, νυμφεύεται αὐτῷ ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ ἑτέραν γυναῖκα, οὔ τινα τῶν ἐπιφανῶν, ἀλλ' ἐκ χυδαίων φυεῖσαν καὶ τὴν τέχνην καπήλων, Ἀναστασίαν καλουμένην, Θεοφανὼ δ' ὑπ' ἐκείνου μετονομασθεῖσαν.

Τοῦ ἀμηρᾶ δὲ τῆς Ταρσοῦ ἐκστρατείαν κατὰ Ῥωμαίων ποιησαμένου, ἐν τῇ κώμῃ δὲ τῇ Ἡρακλέος λαὸν πεπομφότος εἰς προνομήν, πρεσβύτερός τις Θέμελ ὀνομαζόμενος τὴν ἀναίμακτον ἐπιτελῶν λειτουργίαν, ὡς ἔγνω τὴν τῶν Σαρακηνῶν ἔφοδον, λιπὼν τὴν ἱερουργίαν καὶ ὡς εἶχε στολῆς ἐξελθών, λαβόμενός τε ταῖς χερσὶ τοῦ σημαντῆρος (91), τῆς ἐκκλησίας ἐν τούτῳ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο, καὶ πολλοὺς μὲν ἐτραυμάτισεν, ἀπέκτεινε δὲ καὶ ἱκανούς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐτρέψατο εἰς φυγήν. Ἀποκλεισθεὶς δὲ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἱερουργίας, ἐπεὶ μὴ ἔπειθε (92) συγχωρηθῆναι, τοῖς Ἀγαρηνοῖς προσερρύη καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἐξωμόσατο, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιὼν οὐ μόνον Καππαδοκίαν καὶ τὰ ἐγγίζοντα ταύτῃ ἐδήου θέματα, ἀλλὰ δὴ καὶ μέχρι τῆς μικρᾶς λεγομένης Ἀσίας ἔφθασεν. Ὅσα δὲ δεινὰ διεπράξατο, οὐδὲ γράφειν ἡμῖν θεμιτόν.

Ἤδη δέ, ὡς εἴπομεν, προχειρισθεὶς δομέστικος τῶν σχολῶν Βάρδας ὁ Φωκᾶς οὐδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον ἀπειργάσατο· ὁπότε μὲν γὰρ ὑφ' ἑτέρους ἐτάττετο, στρατηγὸς θαυμαστὸς ἀνεφαίνετο, ὁπηνίκα δὲ ἡ ἐξουσία τῶν στρατευμάτων ἁπάντων τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἐξήρτητο, ὀλίγα ἢ οὐδὲν ὤνησε τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. Νοσήσας γὰρ τὴν πλεονεξίαν ἐξέστη τῶν ἑαυτοῦ λογισμῶν. Ὅθεν καί ποτε τοῖς τοῦ Χαβδᾶν ἀπροσδοκήτως περιπεσὼν, πάντων, ὡς φασι, καταλελοιπότων αὐτὸν, μικροῦ δεῖν αἰχμάλωτος ἐγεγόνει, εἰ μὴ συνασπίσαντες οἱ θεράποντες τῆς αἰχμαλωσίας αὐτὸν ἐλυτρώσαντο. Ἐτρώθη δὲ κατὰ τὸ μέτωπον γενναίῳ καὶ βαθεῖ τῷ τραύματι, ὡς καὶ μέχρι τελευτῆς ἀδρὰν τὴν οὐλὴν περιφέρειν.

Νικηφόρος δὲ καὶ Λεων οἱ τούτου υἱεῖς, ἐφύπερθεν ὑοτες παντὸς αἴσχροῦ λήμματος καὶ τοὺς ὑπ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(90) Ait se id supra quoque dixisse. Sed in nostro codice, eo ipso loco quo eam quinque annos cum Romano vixisse dicitur, librarius quædam, puto, emiserat, quæ ab alio deinde sunt, ut et aliis locis, inserta. Certe hæc cum superioribus non congruunt, quod satis habui adnotare. Et quod hic paulo ante Joannes Francorum rex sive imperator dicitur, horum neutrum historiæ consentit, cum per id tempus Romanorum imperatores fuerint Henricus Anceps et Otto, cujus paulo post fit mentio, Saxones, in Gallia autem regnarint Ludovicus et ejus filius Lotharius. Xyl.

(91) Quale vel instrumenti vel armorum genus arripuerit, non possum divinare. Σημαντῆρα accepi pro custode, quem Homerus pro pastore ponit, Iliad. *o*, 325 : Σημάντορος οὐ παρεόντος, et μῆλα ἀσήμαντα, Iliad. κ, 485, quæ pastore sunt destituta. Παρὰ τὸ σημαίνειν, quod est ἐπιτάττειν, mandare. Quomodo et σημάντωρ accipi potest initio Odyss. ρ. Sed quid hic significet, obscurum relinquo. Xyl. — Nullam σημαντῆρος significationem agnovit Xylander, cum tamen signis clarissime personet. Est enim *crotalus*, lignum oblongius, quadrum, modice tenue, malleolo quatiendum, ut excitato sono a sacerdote fidelibus in ecclesiam veniendi signum detur. Est etiam σημαντὴρ ferrea lamina bacillo ferreo ad fores ecclesiæ in expositum finem verberanda, de qua, sicut et de signis e ligno, docte, ut sollet, Allatius libro de recentioribus Græcorum templis. Hoc itaque sive ligneo seu potius ferreo æreove *signo* ecclesiæ *manibus arrepto*, ἐν αὐτῇ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο, *ingressos in eam (ecclesiam) Saracenos invadebat, propulsabat, debellabat strenuus ille sacerdos.* Goar.

(92) Xylander, *cum admissionem non impetraret.* Verius, *cum ut sibi facinus condonaretur non persuasit*, id est, impetravit. Goar.

τκόους ως γνησίους υἱοὺς περιέποντες, μεγάλα τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὠφέλησαν. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Νικηφόρου προτερήματα, ἵνα μὴ τὸ τῆς ἱστορίας συνεχὲς διακόπτηται, ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου λελέξεται· ὁ δὲ Λέων Ἀπολασαὴρ ἐπίσημον ἄνδρα καὶ τοῦ Χαβδᾶν συγγενῆ, σὺν ἀπείρῳ πλήθει κατὰ Ῥωμαίων ἐξελθόντα τρεψάμενος καὶ κατασχὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπέστειλε, τοῦ ἄλλου πλήθους τὸ μὲν ἐν τῇ τοῦ πολέμου προσβέλῃ κτείνας, τὸ δὲ ζωγρήσας. Ὃν ἀχθέντα πρὸς τὴν βασιλίδα ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος θρίαμβον ποιήσας καὶ κατὰ τοῦ τραχήλου πατήσας τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς ἐφιλοφρονήσατο (93).

Κωνσταντῖνου δὲ τὸν λοιπὸν υἱὸν τοῦ Φωκᾶ ζωγρίαν λαβὼν ὁ Χαβδᾶν καὶ εἰς τὸ Χάλεπ (94) ἀγαγὼν, καὶ πολλὰ σπουδάσας εἰς [638] τὴν μτσαρὰν αὐτοῦ θρησκείαν τοῦτον μεταγαγεῖν, ὡς οὐκ ἔπεισε, φαρμάκοις αὐτὸν διέφθειρε. Τῇ ἀκοῇ δὲ ταύτῃ περιαλγὴς γενόμενος ὁ Βάρδας πάντας οὓς κατεῖχεν αἰχμαλώτους συγγενεῖς τοῦ Χαβδᾶν ξίφει κατέκοψε. Καὶ παρὰ τοῦτο ὁ τὸ ἀλλάγιον πεμφθεὶς πυιήσασθαι Παῦλος μάγιστρος ὁ Μονομάχος ἄπρακτος ὑπέστρεψεν. Ἀσχέτῳ δὲ περιωδυνίᾳ ληφθεὶς ὁ Χαβδᾶν διὰ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων, ἄγων μετ' αὐτοῦ καὶ τὸν παρὰ βασιλέως πεμφθέντα ὡς αὐτὸν πρεσβευτὴν περὶ εἰρήνης, Νικήταν πατρίκιον τὸν Χαλκούτζην, καὶ πολλοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τῶν ἀνδρειοτάτων καὶ γενναίων Ῥωμαίων ἐζώγρησε (95). Τοῦ δὲ Νικήτα λάθρα τῷ Φωκᾷ μηνύοντος πάντα τὰ βουλευόμενα τῷ Χαβδᾶν καὶ τὰς ὁδοὺς ὅθεν μέλλει ποιήσασθαι τὴν ὑποστροφὴν, λόχους ὁ Φωκᾶς ἐγκαθίζει παρά τινα τόπον εἴσοδον ἔχοντα στενὴν καὶ κρημνώδη, ἐν ᾧ γενόμενος ὁ Χαβδᾶν, ἐπεὶ κατὰ μέσην ἐγένετο τὴν στενοχωρίαν, κυκλοῦται παρὰ τῶν λόχων. Ἐξαναστάντες γὰρ τῆς ἐνέδρας οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι πέτρας τε ὑπερμεγέθεις κατ' αὐτῶν ἐκύλιον καὶ βέλη εἰς αὐτοὺς ἔπεμπον παντοδαπά. Καὶ ὁ μὲν Χαλκούτζης προευτρεπισάμενός καὶ δώροις ὑποποιησάμενός τινας τῶν Σαρακηνῶν τῆς φυγῆς ὑπηρέτας, ἔλαθεν ἀποδρὰς μετὰ πάντων αὐτοῦ τῶν οἰκείων, τῶν Ἀγαρηνῶν δὲ πέπτωκε πλῆθος ἀμυθητον. Ὁ δὲ Χαβδᾶν οὓς εἶχε δεσμίους ἀποσφάξας, σὺν ὀλίγοις ἄκλεῶς καὶ ἀτάκτως τὸν κίνδυνον ἴσχυσε διαφυγεῖν.

Ἔτει δὲ δωδεκάτῳ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας, τοῦ δὲ κόσμου ,ςυξδ', μηνὶ Φεβρουαρίῳ κζ', ἰνδικτιῶνος ιδ', κατέλυσε τὸν βίον Θεοφύλακτος ὁ πατριάρχης. ἀρχιερατεύσας ἐπ' ἔτη κγ', ἡμέρας κε', ἐξκαίδεκα μὲν ἐτῶν ὢν ὅτε ἀκανονίστως τοὺς τῆς Ἐκκλησίας παρείληφεν οἴακας, ὑπὸ παιδαγωγοὺς (φεῦ μοι!) ὁ ἀρχιερεὺς μέχρι τινὸς διατελέσας. Καὶ εἴθε γε διὰ παντὸς τοῦτο ἦν· ἐδόκει γὰρ εἶναι σεμνὸς καὶ μέτριος. Τῆς ἐντελεστέρας δὲ ἡλικίας ἀρξάμενος ἤδη καὶ καθ' ἑαυτὸν βιοῦν ἐαθεὶς οὐδὲν τῶν αἰσχίστων καὶ παντελῶς ἀπηγορευμένων πράττειν ἐνέλιπε.

A rum ex se natorum tractantes, plurimum reipublicæ Romanæ contulerunt utilitatis. Ac Nicephori quidem egregia facta, ne in præsentia narrationis continuam seriem interrumpamus, quo loco de ipso dicere jubebit ordo, exponemus. Leo autem Apolasærum, illustrem virum et Chabdani cognatum, ingenti cum multitudine Romanis bellum facientem fudit, captumque Cpolin misit, militibus ejus partim in prælio interfectis, partim captis. Eum imperator in triumpho **331** duxit, collumque ejus calcavit, ac honoribus et muneribus Leonem demeritus est.

Constantinum, tertium Phocæ filium, Chabdanus cepit et Chalepum abduxit, cumque multis tentatis rationibus non posset eum a vera religione abducere, veneno sustulit. Hoc auditum Bardæ tantum attulit dolorem, ut quotquot captivos Chabdani cognatos habebat, eos omnes gladio concideret. Qua re factum est ut Paulus magister, cognomento monomachus, missus ab imperatore ad pacem componendam re infecta redierit. Porro Chabdanus indomito ob necem cognatorum dolore correptus in Romanos duxit, secum ducens et Nicetam patricium Chalcutzam multosque alios præstantissimos ac fortissimos Romanos, quos ceperat. Ibi Niceta occulte Phocæ omnia barbari consilia indicat, et quibus itineribus domum is repetiturus esset. Phocas ergo loco quodam accessum habente artum atque præruptum insidias ponit. Quo cum pervenisset Chabdanus, circumventus est ab iis qui in insidiis latuerant: hi namque se propipientes in hostem ingentia saxa devolverunt et omnis generis tela conjecerunt. Chalcutzes cum ad id jam ante parasset quosdam Saracenos, et ad expediendam sibi fugam muneribus **332** corrupisset, cum omnibus suis fuga elapsus est. Agarenorum ineffabilis multitudo ibi periit; et Chabdanus interfectis quos in vinculis habebat, cum paucis turpiter et promiscua fuga periculo se eripuit.

Annum imperante Constantino 12, anno mundi 6464, die Februarii 27, indictione 14, Theophylactus patriarcha diem suum obiit, cum ei pontificatui præfuisset annos 23 dies 25. Cum eum iniret, id quod contra leges ecclesiasticas fiebat, annos erat natus 16, et patriarcha sub pædagogis (pro indignam rem!) aliquandiu egit. Quanquam utinam id perpetuum fuisset. Nam catenus visus est modeste ac cum gravitate aliqua vitam agere. Adultior, cum jam suo arbitrio vivere permitteretur, nihil eorum quæ turpissima et omnino legibus prohibita

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(93) In textu est perinde scriptum ac si ad triumphatum Apolasærum referretur, munera ei et honores ab imperatore obtigisse; quod absurdum puto, et ad eum retuli, cujus opera hostis captus et triumpho exhibitus esset. Neque enim solebat triumphatis post pedibus pressas eorum cervices imperator gratiam ullam facere; et si novo hoc exemplo factum fuisset, vel maxime adnotanda erat insolentia. Chabdanus autem Chalepi ameras fuit, ut in Romano tertio noster docet. Xyl.

(94) Τὸ Χάλεπ, Berrœa Syriæ, hodie *Alep*. Goar.

(95) Locus videtur decurtatus, et hos ante hanc expeditionem captos fuisse apparet. Xyl.

sunt facere omisit, gradus ecclesiasticos et episcoporum electiones venumdans, aliaque agens aliena veri patriarchæ officio, insano equorum studio et venationum perditus, multaque alia indecenter committens ; quæ singulatim enarrare et inconveniens et nefas est. Unum par est commemorari, argumentum ipsius male instituti animi. Equorum parandorum amore infræni tenebatur, ferturque habuisse ultra duo equorum millia. Iis alendis perpetuo erat intentus. Neque vero iis fœnum et hordeum proponebat edendum, sed metarum fructus, thasia et pistacia ac palmulas, uvas passas, caricas, eaque omnia lectissima, vino fragrantissimo temperata **333** admistis etiam croco, cinnamomo, balsamo aliisque aromatibus. Memoriæ traditum est ei aliquando sacrificanti magnæ cœnæ Dominicæ quinta feria, et jam preces mysteriorum recitanti, supervenisse eum cui equorum cura ab ipso demandata fuerat, lætumque attulisse nuntium, quod nobilissima equarum peperisset, addito etiam equæ nomine. Patriarcham præ nimio gaudio, re sacra utcunque absoluta, ad Cosmidium accurrisse, visoque pullo recens edito, et satiatum spectaculo bruti in magnum templum rediisse, ut de Servatoris nostri pro nobis tolerato supplicio hymnorum recitationem ad finem perduceret. Quin et hunc morem introduxit, qui hodieque obtinet, quod in splendidis atque solemnibus festivitatibus Deo et sanctorum recordationi fit contumelia per fœdas cantilenas ac risus et insanos clamores, quibus adhibitis sancti hymni cantantur, quos a nobis oportebat corda compunctis atque contritis pro nostra salute Deo offerri. At ille cœtu flagitiosorum hominum coacto, iisque præfecto Euthymio quodam, quem cognomine Casnen appellabant, et ab ipso est domesticus templi constitutus, diabolicas istas saltationes, obscuras vociferationes, cantilenasque e triviis et lupanaribus petitas tunc adhiberi instituit. Hac vitæ usus ratione interiit ex inepta equitatione ad murum quemdam maritimum afflictus. Ex quo casu **334** cum sanguinem vomuisset ac biennium morbo conflictatus esset, aqua intercute exstinctus est.

πεν, ὠνίους προτιθεὶς τοὺς τῆς Ἐκκλησίας βαθμοὺς καὶ τὰς προβολὰς τῶν ἀρχιερέων, καὶ ἄλλα πράττων ὅσα τοῖς ἀληθινοῖς ἀρχιερεῦσιν ἀπεοικότα ἐτύγχανεν, ἱπποµανῶν καὶ κυνηγεσίοις ἐνασχολούµενος καὶ λοιπὰς ἀπρεπεῖς διαπραττόµενος πράξεις, ἃς κατὰ µέρος διεξιέναι σὺν τῷ ἀπρεπεῖ καὶ ἀθέµιτον. Μιᾶς δὲ δίκαιον ἐπεµνησθῆναι εἰς ἔνδειξιν τῆς ἀπαιδεύτου γνώµης αὐτοῦ. Ἔρως αὐτὸν κατεῖχεν ἄσχετος τῆς τῶν ἵππων κτήσεως, καὶ λέγεται ὑπὲρ δισχιλίους πορίσασθαι, ὧν τῆς κοµιδῆς διὰ παντὸς ἐφρόντιζεν, οὐ χόρτον αὐτοῖς παρατιθεὶς καὶ κριθάς, κώνων δὲ καρποὺς (96) καὶ θάσια (97) καὶ [639] πιστάκια, ἔτι δὲ φοινίκων καὶ σταφίδων καὶ ἰσχάδων τὰ λιπαρώτερα, εὐωδεστάτῳ οἴνῳ µιγνὺς, καὶ κρόκον καὶ κινναµωµον καὶ βάλσαµον καὶ ἕτερα ἀρώµατα τοῖς ῥηθεῖσι συµφόρων, ἑκαστῳ τῶν ἵππων παρετίθει βρῶσιν. Φασὶ δ' ὅτι λειτουργοῦντί ποτε αὐτῷ κατὰ τὴν µεγάλην τοῦ θείου δείπνου πέµπτην ἡµέραν, καὶ τὰς εὐχὰς ἤδη τῶν µυστηρίων ἀναγινώσκοντι, ὁ τὴν ἐπιµέλειαν των ἵππων ἐπιτετραµµένος διάκονος ἐπιστὰς εὐαγγέλιον τούτῳ κεκόµικεν, ὡς ἄρα τετοκυῖα εἴη ἡ ἐπισηµοτάτη φορβὰς, προσθεὶς καὶ τὸ ὄνοµα, Ὁ δ' ὑπὸ περιχαρείας τὸ τῆς θείας λειτουργίας ὑπόλοιπον ὡς ἔτυχεν ἐκπληρώσας δροµαῖος ἀφικνεῖται πρὸς τὸ Κοσµίδιον, καὶ τὸν τεχθέντα πῶλον ἐωρακὼς καὶ τοῦ ἀλόγου θεάµατος ἐµφορηθεὶς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν, τὴν τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ Σωτῆρος ἡµῶν καὶ Θεοῦ ἐκτελέσων ὕµνῳδίαν. Ἔργον ἐκείνου καὶ τὸ νῦν κρατοῦν ἔθος, ἐν ταῖς λαµπραῖς καὶ δηµοτελέσιν ἑορταῖς ὑβρίζεσθαι τὸν Θεὸν καὶ τὰς τῶν ἁγίων µνήµας διὰ λυγισµάτων ἀπρεπῶν καὶ γελώτων καὶ παραφόρων κραυγῶν τελουµένων τῶν θείων ὕµνων, οὓς ἔδει µετὰ κατανύξεως καὶ συντριµµοῦ καρδίας ὑπὲρ τῆς ἐκυτῶν ἡµᾶς σωτηρίας προσφέρειν τῷ Θεῷ. Ἰλῆθος γὰρ συστησάµενος ἐπιῤῥήτων ἀνδρῶν καὶ ἔξαρχον αὐτοῖς ἐπιστήσας Εὐθύµιόν τινα Κασνῆν λεγόµενον, ἀν αὐτὸς δοµέστικον τῆς Ἐκκλησίας (98) προὐβάλετο, καὶ τὰς σατανικὰς ἀρχήσεις καὶ τὰς ἀσήµους κραυγὰς καὶ τὰ ἐκ τριόδων καὶ χαµαιτυπείων ἠρανισµένα ᾄσµατα τελεῖσθαι ἐδίδαξεν. Οὕτως δὲ βιοτεύων καταστρέφει τὸν βίον ἐν τῷ ἀτάκτως ἱππάζεσθαι, ἔν τινι τείχει τῶν παραθαλασσίων θραυσθεὶς καὶ αἷµα ἀναγαγὼν διὰ τοῦ στόµατος. Ἐπὶ δύο δ' ἔτη νοσηλευόµενος καὶ ὑδέρῳ περιπεσὼν ἐτελεύτησε.

Eadem indictione, tertia Aprilis die, in ejus locum sufficitur Polyeuctus monachus, Cpoli natus atque educatus, castratus a parentibus, longoque tempore monastica vita cum laude functus, imperatore eum ob gravitatem morum et insignem sapientiam atque paupertatis causa eo provehente. Huic non Heracleæ, ut mos ferebat, sed Basilius

Καὶ χειροτονεῖται κατὰ τὴν τρίτην τοῦ Ἀπριλλίου µηνὸς, τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος, ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Πολύευκτος µοναχὸς, τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ θρέµµα τυγχάνων καὶ παίδευµα, ὑπὸ τῶν γονέων µὲν εὐνουχισθεὶς, ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον τῇ µοναδικῇ πολιτείᾳ ἐκδιαπρέψας· ὃν ὁ βασιλεὺς διὰ τὸ τοῦ ἤθους σεµνὸν καὶ τὸ τῆς σοφίας ὑπερβάλλον καὶ τὴν

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(96) Vidit in Lexico Xylander κῶνον, *areæ metam* et *pinorum fructum* significare ; palearum *metam* sibi elegit, pinorum vero fructus permisit inscius Theophylacti equis. Goar.

(97) Alias λεπτοκαρύα, nuces Ponticæ seu avellanæ. Goar.

(98) Præterit hunc officialem catalogus Codini, geminum domesticum noster exhibet τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ εὐωνύµου χοροῦ, *primarium* videlicet *dextri sinistrique chori cantorem*, quibus alius τῶν ψαλτῶν δοµέστικος præponitur, omnibus πρωτοψάλτης. Euchologium. Goar.

ἀτιμοσύνην χειροτονεῖ πατριάρχην, οὐ τοῦ Ἡρακλείας, ὡς ἔθος, ἀλλὰ τοῦ Καισαρείας Βασιλείου τὴν χειροθεσίαν πεπληρωκότος. Νικηφόρος γὰρ, ὁ τῆς Ἡρακλείας πρόεδρος, τῷ βασιλεῖ κατά τι προσκεκρουκὼς οὐ συνεχωρήθη τὴν χειροθεσίαν ποιήσασθαι. Ὅθεν καὶ ψόγος οὐχ ὁ τυχὼν προσετρίβη οὐ τῷ προτρέψαντι μόνον καὶ τῷ χειροθετήσαντι, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ χειροτονηθέντι ὡς καταδεξαμένῳ τὴν ἀκανόνιστον ταύτην χειροθεσίαν. Χειροτονηθεὶς δ' ὅμως καὶ παῤῥησιασάμενος τὴν ἀλήθειαν πολλὴν καταδρομὴν ἐποιεῖτο τῆς πλεονεξίας τῶν συγγενῶν τοῦ πρεσβύτου Ῥωμανοῦ, [P. 640] κἀν τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ τὸν βασιλέα εἰς τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν ἐλθόντα ἐνῆγε πρὸς τὴν τῶν πραχθέντων ἐκδίκησιν. Ὅπερ οὐχ ἡδέως οὗτος ἐδέξατο. Ἀλλὰ καὶ Βασίλειος ὁ μετὰ ταῦτα παρακοιμώμενος, ὁ ἀπὸ δούλης τεχθεὶς τῷ πρεσβύτῃ Ῥωμανῷ. Ἐλένην τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν καὶ δέσποιναν ὑποποιησάμενος, οὕτω παρεσκεύασε καὶ διέθηκε τὸν Κωνσταντῖνον, μὴ μεταγινώσκειν μόνον ἐπὶ τῇ τοῦ πατριάρχου προβολῇ, ἀλλὰ καὶ ζητεῖν ἀφορμὴν πῶς ἂν αὐτὸν καταγάγοι τοῦ θρόνου, πολλὰ καὶ Θεοδώρου τοῦ Κυζίκου κατ' αὐτοῦ διερεθίζοντος τοῦτον.

A Cæsareæ episcopus manus imposuit, quod Nicephorus (hoc enim nomen Heracleæ præsuli erat), quia in quadam re animum imperatoris offendisset, non sinebatur manus imponere. Quæ res vituperationem haud vulgarem paravit, non imperatori modo et Basilio, sed et ipsi Polyeucto, quod contra sacros canones se ordinari passus esset. Hic tamen ita designatus, veritatem libere professus, multis invectus est in avaritiam cognatorum Romani senis. Et in magno Sabbato imperatorem in magnum templum venientem ad judicium eorum quæ fuerant acta exercendum hortatus est. Non gratum hoc imperatori fuit. Sed et Basilius, qui deinde intimus cubicularius factus est, senis Romani ex serva filius, per sororem suam Helenam Augustam ita Constantini animum affecit, ut non **335** modo cum B ad patriarchatum Polyeuctum promovisse pœniteret, sed et de eo per occasionem dejiciendo cogitaret. Et ad eam rem suffundebat, quod aiunt, frigidam Theodorus Cyzici episcopus.

Ὥσπερ δὲ τοῦ χρόνου φιλοτιμησαμένου κατὰ ταυτὸν ὁμογνώμονας ἐπιδείξασθαι πατριάρχας, καὶ τὴν τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων (99) Ἐκκλησίαν ἰθόνειν ἔλαχεν Ἰωάννης ὁ τοῦ Ἀλβερίχου υἱὸς (1), πρὸς πᾶσαν ἀσέλγειαν καὶ κακίαν ὑπάρχων ἐπιῤῥεπής· ὃν Ὄττως ὁ τῶν Φράγγων βασιλεὺς ἀπελάσας ἕτερον ἀντεισήγαγε τῇ Ἐκκλησίᾳ ποιμένα.

Ceterum quasi si tempus in eo laboraret ut summi pontifices ejusdem sententiæ crearentur, Romanæ ecclesiæ eodem tempore præfectus fuit Joannes Alberici filius, homo ad omnem lasciviam ac malitiam propensus; quem Otto Francorum imperator expulit, aliumque ecclesiæ pastorem constituit.

Ὁ δὲ Πολύευκτος τῷ πρώτῳ τῆς ἱερατείας αὐτοῦ χρόνῳ τοῖς ἱεροῖς ἐνέταξε διπτύχοις Εὐθυμίου τοῦ πατριάρχου τὸ ὄνομα, τοῦ τὸν βασιλέα Λέοντα δεξαμένου εἰς κοινωνίαν, ὁπηνίκα τὴν τετάρτην ἠγάγετο γυναῖκα (2). Ἠρὸς τοῦτό τινες τῶν ἀρχιερέων πρὸς ὀλίγον ἀντέστησαν τῷ Πολυεύκτῳ μὴ κοινωνεῖν. Ἀλλὰ κατ' ὀλίγον τῷ τοῦ κρατοῦντος ἀκολουθήσαντες βελήματι γέλωτα παρέσχον τοῖς διακρινομένοις. C

Polyeuctus primo sui patriarchatus anno Eutychii patriarchæ nomen in sacras tabulas retulit, ejus qui imperatorem Leonem ad sacrorum communicationem admiserat, cum is quartam uxorem duxisset. Eam ob rem quidam summorum pontificum aliquandiu noluerunt res sacras cum Polyeucto communes habere : mox imperatoris voluntati obsequentes ridendos se disceptantibus controversiam exhibuerunt.

Ἦχθη δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ἡ τιμία χεὶρ τοῦ Προδρόμου εἰς τὴν βασιλίδα ἐξ Ἀντιοχείας, ἀποκλαπεῖσα παρά τινος διακόνου Ἰὼβ τοὔνομα· ἣν καταλαβοῦσαν τὴν Χαλκηδόνα ὁ βασιλεὺς τὴν βασιλικὴν ἐκπέμψας τριήρη. καὶ τῆς συγκλήτου ὅσον ἐπίσημον ἐξελθόντος καὶ τοῦ πατριάρχου Πολυεύκτου σὺν παντὶ τῷ κλήρῳ μετὰ κηρῶν καὶ λαμπάδων καὶ θυμιαμάτων, εἰς τὰ βασίλεια ἤγαγεν.

Sub idem tempus veneranda præcursoris manus Antiochia Cpolin allata est, surrepta ab Jobo quodam diacono. Ea cum appulisset Chalcedonem. Imperator suam emisit triremem : et illustriores senatores præcedentes obviam cum patriarcha et universo clero cum cereis facibus et suffitibus eam in palatium deduxerunt.

Ὁ δὲ τῶν σχολῶν δομέστικος βάρδας κατὰ τῶν ἑῴων Ἀγαρηνῶν ἐκστρατεύσας τὸ ἐν ποσὶν ἅπαντα κατεστρέψατο, ἑλὼν καὶ φρούρια ἱκανὰ, ἐκπολιορκήσας καὶ τὴν περιβόητον Ἄδαπαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς βουλόμενος καὶ τοὺς ἐν τῇ Κρήτῃ Σαρακηνοὺς συνεχῶς ἐκστρατεύοντας καὶ τὰ παράλια τῆς Ῥωμαϊκῆς

336 Interim Bardas scholarum domesticus D expeditione in orientales Agarenos facta obvia quæque vastavit, permulta castella cepit, ipsamque adeo nobilem urbem Adapam expugnavit. Imperator autem Cretenses Saracenos, qui crebro maritimas Romanorum ditiones in-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(99) **Græci, Romani imperii successores.** Ῥωμαίους *Romanos* se usque in hodiernum diem jactitaverunt. Veros autem *Romanos*, id est Latinos, Cedreni voce ἑσπερίους Ῥωμαίους appellant. Goar.

(1) **Is est Joannes XII papa. Alberici consulis Romani filius, de quo vide historicos. Ottonem magnum Romanorum imperatorem regem Francorum vocat**; de qua re supra monui. Cur autem hunc Polyeucto similem dicat, non video. Xyl.

(2) De quarum nuptiarum jure vid. Arcudius l. VII Concordiæ. Goar.

cursionibus vexabant, cupiens deterrere eorumque immodicos impetus reprimere, maximum contrahit exercitum classemque nequaquam contemnendam, eamque in Cretam emittit, præfecto toti rei Constantino patricio Gongyla, effeminato homine et in umbra educato bellique ignaro, uno de palatinis cubicullariis. Is in Cretam trajecta classe nihil duce dignum egit; nam neque castra muniit, neque speculatores aut exploratores collocavit, a quibus de Barbarorum adventu moneretur, quæ eum incuria in summum adduxit periculum. Nam insulares socordia et imperitia Romani ducis deprehensa, opportuno capto tempore Romanos subito adorti, nullo negotio fuderunt; multique horum alii capti, alii ferro interempti, et reliquis fugientibus castra quoque summo cum nostrorum dedecore capta sunt. Ipse etiam Gongylius in hostium potestatem venisset, nisi a cuneo famulorum ereptus et in navim prætoriam fuisset impositus.

A γῆς δηοῦντας καὶ κατατρέχοντας ἐκφοβῆσαι καὶ τῆς ἀσχέτου ἀνακόψαι ὁρμῆς, στρατὸν ὅτι πλεῖστον συλλέξας καὶ στόλον εὐτρεπίσας οὐκ ἀγεννῆ ἐκπέμπει κατὰ τῆς νήσου, στρατηγὸν ἐπιστήσας τοῖς πᾶσι Κωνσταντῖνον πατρίκιον τὸν Γογγύλην, θηλυδρίαν ἄνθρωπον καὶ σκιατραφῆ καὶ ἀπειροπόλεμον καὶ ἕτα τῶν ἐν τῷ παλατίῳ θαλαμηπόλων· ὃς εἰς τὴν νῆσον περαιωθεὶς καὶ μηδὲν ἄξιον διαπραξάμενος στρατηγοῦ, μήτο στρατοπεδείαν πηξάμενος ἀσφαλῆ, μήτε σκοποὺς ἐπιστήσας καὶ κατοπτῆρας, [P. 641] καὶ δι' αὐτῶν τὰς βαρβαρικὰς φυλαξάμενος ἐφόδους, κινδύνῳ μεγίστῳ περιπίπτει. Οἱ γὰρ νησιῶται τὴν ἀπειρίαν καὶ τὴν ἀμέλειαν κατανοηκότες τοῦ στρατηγοῦ, καιρὸν ἐπιζητήσαντες ἐπιτήδειον ἐξαίφνης ἐπιτίθενται τῷ στρατεύματι, καὶ τρέπονται μὲν τοῦτο ῥᾳδίως, ὡς πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων αἰχμαλωσίᾳ καὶ B σιήρῳ διαμεριοθῆναι, κατέσχον δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτό, τῶν Ῥωμαίων αἰσχίστως ἀποφυγόντων. Μικροῦ δ' ἂν ἑάλω καὶ ὁ Γογγύλιος, εἰ μὴ συνασπίσαντες οἱ θεράποντες ἐξερύσαντο αὐτὸν τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ εἰς τὴν ναυαρχίδα ἐμβιβάσαντες διεσώσαντο.

Jam Romanus imperatoris filius adultior ferre non poterat a patre **337** res gubernari, ideoque eum veneno tollere statuit, conscia etiam uxore sua cauponis filia. Eapropter cum vellet Constantinus medicamentum purgans bibere, lethale venenum ei parant; persuadentque Nicetæ mensæ administro ut id infundat. Imperator cum jam id esset hausturus, positum ante sacras imagines, sive fortuito sive dedita opera lapsus, poculi ejus majorem partem effudit. Reliquum epotum ob C paucitatem visum est carere efficacitate, et nihilominus tamen Constantinus gravi morbo lateribus tentatis a veneno ægre evasit.

Ῥωμανὸς δὲ ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου υἱὸς τελεωτέρας ἤδη ἁψάμενος ἡλικίας, καὶ μὴ φέρων ὁρᾷν τὰ πράγματα ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διοικούμενα, φαρμάκῳ τοῦτον ἐκποδὼν ποιήσασθαι ἐβουλεύσατο, εἰδήσει καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς τῆς καπηλίδος. Μέλλοντος γὰρ τοῦ Κωνσταντίνου καθαρτήριον πόμα λαβεῖν, λαθόντες οὗτοι δηλητήριον τούτῳ ἐκέρασαν, καὶ Νικήταν τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης παρέπεισαν ἐγχέαι τοῦτο τῷ βασιλεῖ. Μέλκων δὲ ἐκεῖνος αὐτὸ λαβεῖν κείμενον ἔμπροσθεν τῶν σεπτῶν εἰκόνων, εἴτε τύχῃ τινὶ εἴτε καὶ ἑκουσίως ὀλισθήσας τὸ πλέον ἐξέχεε. Τὸ δὲ λοιπὸν ποθὲν ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίνου ἀργὸν ἐφάνη καὶ ἄπρακτον, διὰ τὴν ὀλιγότητα τὴν οἰκείαν ἀποβαλὸν ἐνέργειαν. Πλὴν καὶ οὕτως ὁ Κωνσταντῖνος μόλις περιγενέσθαι ἴσχυσεν, ἐπισκήψαντος δὴ τοῦ δηλητηρίου ἐν τῇ πλευρᾷ αὐτοῦ καὶ κακῶς διαθεμένου αὐτόν.

Anno imperii Constantini 15, mensi Septembri, indictione 3, anno mundi 6468, profectus est imperator ad Olympum montem, in speciem, ut patrum qui ibi vivebant comprecationibus armatus in Syriam contra Saracenos proficisceretur, re autem ipsa, ut cum Theodoro Cyzici episcopo, qui tum ibi degebat, de Polyeucto dejiciendo consilia iniret. Inde sive corporis vitio, sive rursus a filio petitus veneno, doloribus correptus discessit, et sub finem D Octobris in lectica Cpolin reportatus est, ac consiliis suis exitum nullum consecutis mortuus, nona die Novembris, vixit annos quinquaginta quatuor et menses duo, imperavit, **338** collegis patre, Alexandro patruo et matre sua, annos tredecim, rursus cum Romano injuste imperium adepto annos viginti sex, et illo submoto annos quindecim. Sepultus est juxta patrem suum. Ad extremum usque spiritum succensuit Polyeucto, et ejus depositionem animo agitavit. Aliquot antequam moreretur diebus, post vesperam lapides de sublimi confertim in ipsius domum vehementi cum impetu conjecti ingentem ediderunt fragorem. Quos Constantinus putans a cœnaculis Magnauræ

ιε'. δὲ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, κατὰ τὸ Σεπτέμβριον μῆνα τῆς γ' ἰνδικτιῶνος, ἐν ἔτει κοσμικῷ ,ϛυξη', ἐξεισι Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ τοῦ Ὀλύμπου ὄρει, τῷ μὲν δοκεῖν ταῖς τῶν ἐκεῖσε Πατέρων εὐχαῖς θωρακισθῆναι καὶ μετ' αὐτῶν κατὰ Σαρακηνῶν ἐκ Συρίᾳ ἐκστρατεῦσαι, ἀληθεῖ δὲ λόγῳ ἐνωθῆναι Θεοδώρῳ τῷ τῆς Κυζίκου προεδρεύοντι, ἐκεῖσε τότε τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ μετ' αὐ, τοῦ περὶ τῆς καθαιρέσεως τοῦ Πολυεύκτου βουλεύσασθαι. Ἐκεῖσε γοῦν γενόμενος, εἴτε σωματικῇ πλημμελείᾳ εἴτε πάλιν ὑπὸ τοῦ παιδὸς φαρμαχθεὶς, ὀδυνώμενος ἀνεχώρησε, κλινοπετής τε κατὰ τὸ τέλος τοῦ Ὀκτωβρίου τὴν βασιλίδα κατέλαβε, καὶ τῇ θ' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς τελευτᾷ, ἅπρακτα τὰ βεβουλευμένα λιπών, ζήσας ἅπαντα τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ἔτη νδ' καὶ μῆνας β', συμβασιλεύσας μὲν τῷ πατρὶ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ θείῳ καὶ τῇ αὐτοῦ μητρὶ ἔτη ιγ', αὖθις δὲ τῷ Ῥωμανῷ τυραννήσαντι ἔτη κϛ', καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τῆς βασιλείας ἔκπτωσιν μονοκρατήσας ἔτη ιε'. Θάπτεται δὲ θανὼν σὺν τῷ οἰκείῳ πατρὶ, μέχρι τελευταίας ἀναπνοῆς ἐγκοτῶν τῷ Πολυεύκτῳ καὶ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν φανταζό-

μενος Πρὸ δὲ τινων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἐπί τινα χρόνον συχνὸν, ἐσπέρας καταλαμβανούσης λίθοι ἄνωθεν ἐκπεμπόμενοι καὶ ἐντὸς τῶν αὐτοῦ διαιτημάτων σὺν πολλῷ βοΐζῳ πίπτοντες ἐξαισίους ἀπετέλουν κτύπους. [P. 642] Δοξαζ δ' ἀπὸ τῶν τῆς Μαγναύρας ὑπερφώων τούτους φέρεσθαι φύλακας ἐπὶ πολλαῖς νυξὶν ἀφώρισεν, εἴ πού τινα λάβῃ τῶν τοῦτο τολμώντων. Ἀλλ' ἔλαθε ματην πονῶν· ἦν γὰρ τὸ γινόμενον οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἀλλ' ἐξ ὑπερτέρας τελούμενον δυνάμεως.

A deferri, per aliquot noctes custodes collocavit, si quem eorum opera deprehendere posset ista ausum. Sed ignorabat frustra se laborare, cum id non ab hominibus, sed sublimiore aliqua profectum fuerit potestate.

Μεταστάντος δὲ τοῦ Κωνσταντίνου καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν διαβαντος κατάστασιν, Ῥωμανὸς ὁ τούτου υἱὸς ἐγκρατὴς γίνεται τῆς ἀρχῆς. Καὶ ἄρχοντας προβαλλόμενος εὐνοϊκοὺς αὐτῷ καὶ θυμήρεις, καὶ τὴν βασιλείαν ὡς ἐνῆν κρατυνόμενος. κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα τῆς αὐτῆς γ' ἰνδικτιῶνος στέφει καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ βασιλέα, διὰ τῶν χειρῶν Πολυεύκτου τοῦ πατριάρχου, ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει τίκτεται πάλιν αὐτῷ ἕτερος υἱὸς ἐν τοῖς τῶν Πηγῶν παλατίοις, ὃν ἐπὶ τῷ πατρὶ Κωνσταντῖνον ὠνόμασε. Νέος δ' ὢν καὶ εὐπαθείαις ἑαυτὸν ἐπιδεδωκὼς τὰς τῶν ὅλων φροντίδας Ἰωσὴφ ἐνεχείρισε τῷ πραιποσίτῳ καὶ παρακοιμωμένῳ, ᾧ βρίγγας ἡ ἐπωνυμία. Αὐτός δὲ οὐδὲν ἄλλο διὰ φροντίδος εἶχεν ἢ τὸ μεθ' ἡταιρηκότων καὶ βεδήλων ἀνδραρίων, καὶ μαγλάδων, καὶ μίμων, καὶ γελωτοποιῶν τὰς ἐκδεδιητημένας μεταδιώκειν τῶν πράξεων. Τοίνυν καὶ κληρικόν τινα Ἰωάννην ἐκτομίαν ὄντα, διά τινας ἀσέμνους πράξεις ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἀπειληθέντα, καὶ μοναχικὸν ἀμφιασάμενον σχῆμα. καὶ μέχρι τῆς ἐκείνου κρυπτόμενον τελευτῆς, ὡς ἤδη ἐπελάβετο τῆς ἀρχῆς, τοῦ τῶν μοναχῶν ἀποδύσας σχήματος καὶ τὰ τῶν κληρικῶν μεταμφιάσας τοῖς ἑαυτοῦ θαλαμηπόλοις κατέταξε. Ζήλου δὲ πλησθεὶς ὁ Πολύευκτος πολὺς ἦν ἐγκείμενος καὶ τῷ βασιλεῖ παρενοχλῶν τῆς ἑαυτοῦ θεραπείας τοῦτον ἀπώσασθαι ὡς ἐξομοσάμενον τὸ τῶν μοναζόντων ἐπάγγελμα. Ἐκείνου δὲ παραιτουμένου, καὶ μὴ ταῖς ἀληθείαις φάσκοντος ἐνδεδύσθαι τοῦτον τὸ σχῆμα ἢ εὐχὴν παρά τινος τῶν ἱερέων λαβεῖν (3), ἀλλὰ μόνον ὑποκρίνασθαι τὸν μονάδα βίον διὰ τὸν τοῦ βασιλέως φόβον, ἐξαπατηθεὶς ὁ Πολύευκτος ἀφῆκε τοῦτον πολλὰ καὶ τοῦ Ἰωσὴφ σπουδάσαντος. Καὶ διῆγε μεχρι τῆς τελευτῆς Ῥωμανοῦ κοσμικῶς ζῶν καὶ νεωτερικῶς· ἐκείνου δὲ τελευτήσαντος τὸ μὲν σχῆμα τῶν μοναστῶν ἀμφιέννυται αὖθις, τὴν δέ γε γνώμην αὐτοῦ οὐκ ἠλλοίωσε.

Postquam ex hac vita migravit Constantinus, filius ejus Romanus imperium capessit. Is magistratibus sibi benevolis atque acceptis constitutis, confirmato ut res ferebat imperio, eadem tertia indictione, festo Paschatis die, filio suo coronam imperatoriam opera Polyeucti patriarchæ imponit in Magno Templo. Insequenti anno rursum ei filius in Fontano **339** palatio nascitur, quem a patre Constantinum nominavit. Cæterum imperator juvenis voluptatibus deditus, curam reipublicæ Josepho primario suo cubiculario cognomento Bringæ commisit: ipse in aliam nullam rem incubuit quam ut cum exoletis ac impuris homuncionibus, scortis, mimis atque scurris, vitam transigeret infamem. Eapropter Joannem quemdam clericum spadonem, quem ob turpia quædam facinora Constantinus imperator proturbaret et monachum fecerat, et qui usque ad ejus mortem abditus latuerat, imperio potitus monachi habitu exuit, clericique reddito amictu inter suos recepit cubicularios. At Polyeuctus, justa indignatione concitus, vehementer imperatorem urgebat, ut sua familia ejiceret hominem qui votum monasticum ejurasset. Tamen imperatore excusante, quod negaret eum revera monachi conditiones amplexum aut illi generi vitæ ab ullo sacerdote votis consecratum fuisse, sed tantum ista metu imperatoris simulasse, deceptus eum missum fecit, Josepho etiam diligentem in hac re navante operam. Ita Joannes ille usque ad mortem Romani profanam novo instituto vitam exegit: mortuo eo, rursus monastico velatus habitu, animum tamen non mutavit.

B

C

Τούτῳ τῷ ἔτει Νικηφόρον μάγιστρον τὸν Φωκᾶν, δομέστικον ἤδη προβεβλημένον τῶν σχολῶν τῆς Ἀνατολῆς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, καὶ πολλὰ τρόπαια στήσαντα κατὰ τῶν ἑῴων Σαρακηνῶν, καὶ τὸν τε τῆς Ταρσοῦ ἀμηρᾶν Καραμόνην καὶ Χαβδᾶν τὸν τοῦ Χάλεπ καὶ τὸν Τριπολεῶς Ἰζὴθ ὁλοσχερῶς ταπεινώσαντα, πέμπει κατὰ τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ Σαρακηνῶν, πλῆθος ἐπικλέτων στρατιωτῶν ἐπιδοὺς αὐτῷ καὶ στόλον κατηρτισμένον καλῶς. [P. 643] Ἐν τῇ νήσῳ δ' οὗτος περαιωθεὶς, καὶ κατὰ τὴν πρώτην ἀποβασιν παροῦσι καὶ κωλύουσι συμπλακεὶς τοῖς Ἀγαρηνοῖς καὶ τούτους τρεψάμενος,

340 Hoc anno Nicephorum Phocam magistrum et scholarum Orientalium domesticum a Constantino imperatore creatum, qui de orientalibus Saracenis multa statuerat tropæa, et Tarsi Caramonem, Chabdanem Chalepi, Izethum Tripolis ameras prorsus compescuerat, imperator cum delecto militum exercitu et probe adornata classe contra Cretenses Saracenos emittit. Phocas, classe in Cretam trajecta, cum primum navibus suos educeret Agarenos prohibere aggressos prœlio fundit; et cum ipse tuto insulam egreditur, tum suos absque periculo in eam exportat. Inde castris positis, iisque

D

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(3) **Manu sacerdotis longa precum serie præmissa consecrantur apud Græcos monachi, de quibus** Euchologium. Preces iliæ solemnem reddunt monachorum professionem. Balsamon. Goar.

jussus decedere ita est ut non liceret ei Cpolin inde redire : sed mandatum est ut cum omni exercitu in Orientem transiret. Nam ab accepta clade se recolligens Chabdanus jam sese erigebat, coactoque ad pugnam idoneo exercitu jamjam in Romanos moturus. Eum Phocas, in Syriam ut venit, prælio superavit ac fudit, et in Syriam interiorem compulit ; urbem Berrhœam excepta arce evastavit magnasque ibi opes, prædam locupletem et multos captivos abduxit, liberatis etiam et domum dimissis Christianis qui ibi captivi detenti fuerant.

A προσταχθεὶς ἐκ Κρήτης ἐπανελθεῖν οὐ συνεχωρήθη εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἀλλ' ἐν τῇ Ἀνατολῇ ἐκελεύσθη παραγενέσθαι μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ. Ἀναλαμβάνων γὰρ ἑαυτὸν ἐκ τῆς προτέρας ἥττης ὁ Χαβδᾶν ἀναφέρειν ἤρξατο πάλιν, καὶ στρατὸν ἀξιόμαχον ἠθροικὼς, προσδόκιμος ἦν ἐπιθήσεσθαι τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσί τε καὶ πράγμασιν. Ἀλλ' ἐν Συρίᾳ γενόμενος ὁ Φωκᾶς, καὶ σταδαίᾳ μάχῃ τοῦτον τρεψάμενος, καὶ κατὰ κράτος ἡττήσας, καὶ εἰς τὰ ἐνδότερα τῆς Συρίας ἀπελάσας, τὴν πόλιν Βέρροιαν ἐξεπόρθησε δίχα τῆς ἀκροπόλεως, καὶ πολὺν πλοῦτον λείαν καὶ αἰχμαλώτους ἔλαβεν, ἐλευθερώσας καὶ τοὺς ἐκεῖσε δεσμίους κατεχομένους Χριστιανοὺς καὶ ἐπ' οἴκου ἐκπέμψας.

Anno mundi 6471 mortuus est Romanus imperator, 15 die Martii **345** mensis, indictione 6,annos natus 24. Imperavit annos 3 menses 4 dies 5. Mortis causam alii fuisse tradunt, quod luxuriosa et voluptatibus dedita vita corpusculum attrivisset : alii veneno exstinctum putant. Imperium ejus morte ad Basilium et Constantinum ipsius filios et eorum matrem Theophanonem rediit ; quæ biduo ante mortem mariti filiam quoque peperit, cui Annæ nomen fecerunt. Statura fuit Romanus magna, quanquam patre minor, ingenio placido ac mansueto, et mediocriter animatus ; et quamvis erat juvenis, satis illi tamen fuisset ingenii ac perspicaciæ ad rempublicam gubernandam, si ei id per famulos licuisset, qui cum juvenilibus cupiditatibus ac studiis deditum esse voluerunt,ut ipsi rempublicam tractantes ingentes corraderent opes ; atque hac ratione eum ignavum et inertem redegerunt.

Eadem 6 indictione, mense Aprili,jussu Augustæ Nicephorus Phocas Cpolin venit, Josepho, ut et ante, ne hoc fieret obstante. Duxit triumphum in Circo,inferens in eo Cretensia et Berrhœensia spolia Attulit et partem quamdam vestis Joannis Baptistæ, quam Berrhœæ repositam invenerat. Metuebat hunc Bringas et suspectum habebat : sed Nicephorus eum callide elusit hoc commento.Phocas, **346** assumpto uno suorum stipatorum, sub horam prandii ad domum Josephi sese confert : pulsatis foribus,janitori mandat ut se adesse domino indicet.Admissus Joseph o seorsim abducto indusium ex pilis contextum ostendit, juramentoque confirmat se vitæ monasticæ cupidum jampridem fuisse: eam hujus sæculi curis repudiatis initurum, nisi fuisset studio et fide in Constantinum et Romanum sua impeditus.Sed se paulo post desiderium suum impleturum.Submisse contendere ab ipso ne frustra de se alienum aliquid suspicetur. Hoc viso Bringas statim Phocæ ad pedes accidit et veniam flagitavit pollicitus nemini se quidquam de eo deferenti crediturum. Metuebat etiam Stephanum Romani filium

ιε' δὲ Μαρτίου μηνὸς, τῆς ς' Ἰνδικτιῶνος, ἐν ἔτει ,ςυοα', ἐτελεύτησε Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς, ἐτῶν ὑπάρχων κδ', βασιλεύσας ἔτη ιγ' (6) μῆνας δ' καὶ ἡμέρας ε', ὡς μέν τινες, τὸ ἑαυτοῦ σαρκίον προκαταναλώσας ταῖς αἰσχίσταις καὶ φιληδόνοις πράξεσιν, ὡς δ' ἕτερος ἔχει λόγος, φαρμάκοις ἀναιρεθείς. Διαδέχονται δὲ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος οἱ παῖδες αὐτοῦ σὺν Θεοφανοῖ τῇ μητρὶ τεχθείσης αὐτῷ καὶ θυγατρὸς πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἣν Ἄνναν ὠνόμασαν. Ἦν δὲ ὁ Ῥωμανὸς, μέγας τὴν ἡλικίαν, εἰ καὶ ἐλάττων ἦν τοῦ πατρὸς, τὸ ἦθος ἥμερον ἔχων καὶ πρᾶον, καὶ τὸ φρόνημα μέτριον. Καίπερ δὲ νέος ὢν, ἀγχίνους ἦν, καὶ ὀξὺς, καὶ τὰ πολιτικὰ κυβερνᾷν ἱκανώτατος, εἴπερ ἄρα συνεχωρεῖτο παρὰ τῶν θεραπόντων. Ἀλλὰ τοῦτων οἱ οἰκειότατοι ταῖς τῆς νεότητος ἐκδεδωκότες ὁρμαῖς, ἵν' ἐκεῖνοι τὰ κοινὰ μετιόντες πλοῦτον ἄφατον ἀποθησαυρίσωσιν, ἀνενέργητον καὶ ἀνεπιτήδειον ἀπεφήναντο.

Ἀπριλλίῳ δὲ μηνὶ, τῆς αὐτῆς ς' Ἰνδικτιῶνος, εἴσεισιν ὁ Φωκᾶς Νικηφόρος τῇ τῆς δεσποίνης κελεύσει, τοῦ Ἰωσὴφ καθάπερ καὶ πάλαι κωλύοντος, ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς Κρήτης λαφύρων καὶ τῆς Βερροίας ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ κομίσας καὶ μέρος τι τοῦ ἱματίου τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὅπερ εὗρεν ἐν τῇ Βερροίᾳ ἐναποκείμενον. [P. 646] Τοῦτον δὲ ἐδεδίει καὶ δι' ὑποψίας εἶχεν ὁ Βρίγγας· ἀλλ' ὑπούλως οὗτος ὑποκρενάμενος ἐξαπατῆσαι τοῦτον ἴσχυσε τρόπῳ τοιῷδε. Ἕνα τινὰ τῶν ὑπασπιστῶν εἰληφὼς ὁ Φωκᾶς περὶ ὥραν ἀρίστου εἰς τὸν οἶκον ἀπεισι τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ κόψας τὴν θύραν ὅστις εἴη μηνύειν ἐκέλευσε τῷ θυρωρῷ. Μηνύσαντος δὲ κελευσθεὶς ἐπείσεισι, καὶ κατ' ἰδίαν παραλσθὼν τὸν Ἰωσὴφ δείκνυσιν αὐτῷ τρίχινον ἔνδυμα, ὅπερ ἔνδοθεν τῶν ἱματίων ἠμφίεστο, καὶ μεθ' ὅρκων ἐπληροφόρησεν ὡς τὴν τῶν μοναχῶν ἀσπαζόμενος πολιτείαν πάλαι ἂν περιεβάλετο τὸ σχῆμα καὶ τῶν βιωτικῶν ὑπεξήγαγεν ἑαυτὸν φροντίδων, εἰ μὴ ἐπίσχεν αὐτὸν ἡ τῶν βασιλέων προσπάθεια Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ, καὶ μέλλειν ὅσον οὔπω τὸν οἰκεῖον ἐκπληρῶσαι σκοπόν· καὶ μὴ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(6) Falsam esse hanc numeralem notam, non Zonaras modo,sed multo certius numerorum ratio docet. Confer enim hunc annum cum anno qui ad mortem Constantini patris ejus est adnotatus, invenies intervallum annorum non amplius trium. Xyl.

μάτην ὁποπτεύεσθαι καθικέτευσε. Τοῦτο θεασάμενος ὁ Ἰωσὴφ πίπτει οὐθέως πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, μετάνοιαν ἐκζητῶν, καὶ ὡς οὐ πιστεύσει τινὶ πληροφορῶν λέγοντί ποτε κατ' αὐτοῦ. Ὑφεωρᾶτο δὲ ὁ Βρίγγας καὶ Στέφανον τὸν βασιλέα, τοῖς ζῶσι μέχρι τότε συναριθμούμενον καὶ ἐξόριστον ἐν Μηθύμνῃ (7) τυγχάνοντα, καὶ διὰ παντὸς ἐφρόντιζεν ὑπὸ ἀκριβεστέραν αὐτὸν εἶναι φυλακήν. Ἀλλ' ἐκεῖνος κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ μεγάλου Σαββάτου τῶν θείων μετεσχηκὼς μυστηρίων αἰφνιδίως εὐθὺς τέθνηκε, μηδεμιᾶς προηγησαμένης αἰτίας, ἀλλὰ τῆς Θεοφανοὺς, εἰ καὶ πόρρωθεν κατῴκιστο. κατεργασαμένης αὐτόν.

A Josephus, viventem etiamnum et Methymnæ exsulantem; semperque cogitabat quomodo arctiori eum custodia constringeret. Verum Stephanus in festivitate magni Sabbati divinis impertitus mysteriis subito vitam cum morte commutavit, nulla antegressa causa. Sed nimirum Theophano eum, quanquam procul remotum, sustulit.

Πέτρος δὲ ὁ τῶν Βουλγάρων βασιλεὺς τὴν εἰρήνην τάχα ἀνανεούμενος ἀποθανούσης τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, σπονδὰς πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἔθετο, ὁμήρους δοὺς καὶ τοὺς οἰκείους δύο υἱοὺς Βορίσην καὶ Ῥωμανόν· καὶ μετὰ μικρὸν ἀπεδίω. Οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν Βουλγαρίᾳ ἐπέμφθησαν μετὰ ταῦτα ἐφ' ᾧ τῆς πατρῴας ἀντισχέσθαι βασιλείας, καὶ τοὺς κομητοπούλους (8) ἀπείρξουσι τῆς πρόσω φορᾶς. Δαβὶδ γὰρ, καὶ Μωϋσῆς, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Σαμουὴλ, ἑνὸς ὄντες παῖδες τῶν μέγα δυνηθέντων ἐν Βουλγαρίᾳ κομήτων, πρὸς ἀποστασίαν ἀπαῖδον καὶ τὰ Βουλγάρων ἀνέσειον. Καὶ τοῦτα μὲν συνηνέχθη ὧδε.

B Per idem tempus Petrus Bulgarorum princeps, mortua sua uxore, renovandæ pacis causa fœdus cum imperatoribus icit, obsidesque dat **347** filios suos Borisen et Romanum; ac paulo post moritur. Filii ejus in Bulgariam remittuntur, ut paternum imperium occupent et cometopulorum impetum reprimant. Nam Davidus, Moses, Aaron et Samuelus, filii cujusdam in Bulgaria largiter potentis comitis, res novas moliebantur et Bulgaros concitabant. Atque ita tunc res acta.

Ὁ δὲ Βρίγγας ὃν εἴπομεν τρόπον ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Νικηφόρου, καὶ τοῦτον ἐάσας οἴκαδε ἀπελθεῖν, μετεμέλετο, καὶ ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο ὅτιπερ ἐντὸς ἀρκύων ἔχωδ τὸ θήραμα ἔλαθε τοῦτο φρενοβλαβῶς προηκάμενος. Ἐμερίμνα γοῦν πῶς καὶ ποίᾳ μηχανῇ τῆς ἀπὸ τούτων ἀπολυθείη φροντίδος. Καὶ ἔδοξεν αὐτῷ λυσιτελέστατον εἶναι πρὸς Ἰωάννην μάγιστρον γράψαι τὸν Τζιμισκῆν, ἄνδρα θυμοειδῆ καὶ δραστήριον ὄντα καὶ μετὰ τὸν Φωκᾶν ἐν τοῖς Ῥωμαίων ἐπισημότατον στρατηγοῖς, στρατηγὸν τηνικαῦτα τῶν Ἀνατολικῶν ὑπάρχοννα, ἔτι δὲ πρὸς τὸν μάγιστρον Ῥωμανὸν τὸν Κουρκούαν [647] φανερώτατον καὶ ἐπίσημον κἀὶ αὐτὸν στρατηλάτην ὄντα τῆς Ἀνατολῆς, γράμματα πέμψαι, καὶ φιλοτιμιῶν ὑποσχέσεσι καὶ δωρεῶν καὶ τιμῶν διεγεῖραι τούτους πρὸς καθαίρεσιν τοῦ Φωκᾶ. Ἐγένοντο τὰ γράμματα, καὶ ὁ νοῦς τῶν γεγραμμένων ὑπῆρχεν οὗτος· Εἰ διαναστάντες καθαιρήσουσι τὸν Φωκᾶν καὶ μοναχὸν ἀποκείρουσιν ἢ τροπον ἄλλον ἐκ μέσου ποιήσουσι, τὴν μὲν τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν τῆς Ἀνατολῆς μεγίστην ἀρχὴν λήψεναι ὁ Ἰωάννης, τὴν δὲ τοῦ δομεστίκου τῆς Δύσεως ὁ Ῥωμανός. Κομισθέντων οὖν τῶν γραμμάτων τοῖς δηλωθεῖσιν ἀνδράσιν. ἐπείπερ σχετικῶς ἐκεῖνοι εἶχον πρὸς τὸν Φωκᾶν, ὑπανααινώσκουσί τε αὐτῷ οὐθέως τὰ γράμματα, καὶ διαναλτῆναι πρὸς ἑλκὴν τὸν Φωκᾶν καὶ γενναῖόν τι καὶ νεανικὸν ἐννοήσασθαι παρεκάλουν, Ὀκνοῦντα δὲ καὶ ἀναδυόμενον καὶ αὐτοχείρως ἠπείλουν διαχειρίσασθαι. Διὸ καὶ πρὸς τὸν τοῦ θανάτου ἀποδειλιάσας κίνδυνον τῇ πρόκλησιν ὑπεδέξατο. Καὶ δευτέρᾳ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, τῆς αὐτῆς ς' Ἰνδικτιῶνος, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Ἑῴᾳ στρατευμάτων ἁπάντων παρακεκινημένων ὑπὸ τοῦ Τζιμισκῆ Ῥωμαίων ἀνάγορεύεται βασιλεύς.

C Interim Bringas, a Nicephoro, ut exposuimus, deceptus, eumque domum suam abire passus, pœnitentia duci, et inique ferre quod petitam prædam stulte ex ipsis cassibus dimisisset, solliciteque meditari qua arte quave machina metu, quem de eo conceperat, se liberaret. Tandem maxime e re fore visum magistrum Joannem Tzimiscem, virum animosum ac strenuum et secundum Phocam inter Romanos duces præcipuum, eo tempore Orientalium præfectum, itemque magistrum Romanum Curcuam, illustrem et ipsum Orientis ducem, per litteras adversus Nicephorum Phocam excitare magnificis donorum et honorum pollicitationibus. Sententia litterarum hæc erat: Si Phocam opprimerent, et vel monachum facerent vel quocunque modo e medio tollerent, Joannem **348** fore domesticum scholarum Orientis, Romanum Occidentis. Ii cum litteras accepissent. Phocæ eas, cui honeste cupiebant, recitant; hortanturque ut animum erigat ac fortiter rem magnam aggrediatur: tergiversantem suis se manibus, ni pareret, interfecturos minantur. Ita demum Phocas, periculo mortis territus, assentit; et secunda die Julii mensis, eadem indictione sexta, ab orientalibus exercitibus omnibus a Tzimisca concitatis imperator Romanorum salutatur.

D

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(7) Supra Mitylenæ fertur fuisse in exsilio, sive is error est librarii, sive interea Mitylena Methymnam translatus Stephanus. Utraque urbs est in Lesbo insula. Xyl.

(8) Cometopoli sunt dicti quasi pulli (id est filii) comitis. Xyl.— Dictio πολῶς, vernacule ποῦλος, alteri adjecta *filium* simul et diminutivum quid sonat. Sic ἀρχοντόπουλον *filium nobilis*, βασιλόπουλον *regis filium*, *regulum*, et tandem κομητοπούλους *comitis filios* vocat auctor; et ut subdit παῖδες τῶν μέγα δυδηθέντων ἐν Βουλγαρίᾳ κομήτων. Infra p. 694: Κόμηνος ὄντες παῖδες καὶ διὰ τοῦτο κομητοπῶλοι κατονομαζόμενοι. Goar.

[P. 718] Ἀνεκαίνισε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν ἀγωγὸν Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν ἔχοιεν οἱ ἀστοὶ ἀφθονίαν ὕδατος. Γεωργίου δὲ τοῦ ἄρχοντος Ἀβασγίας (67) τὰς πρὸς Ῥωμαίους ἀθετήσαντος συνθήκας καὶ τὰ ὅμορα κατατρέχοντος, ἔξεισι κατ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς πανστρατεί, κατόπιν λιπὼν Νικηφόρον πατρίκιον (68) τὸν Ξιφίαν καὶ Νικηφόρον πατρίκιον τὸν υἱὸν Βάρδα τοῦ Φωκᾶ. Οἱ δὲ διὰ τὸ τῆς στρατείας ἀπολελεῖφθαι δεινοπαθήσαντες οὐ μικρῶς, λαὸν ὡς ἔτυχεν ἠθροικότες ἀπό τε Καππαδοκίας καὶ Ῥοδάντου καὶ τῶν πέριξ χωρίων, ἀποστασίαν κινοῦσιν. Οὗπερ ἀγγελθέντος τῷ βασιλεῖ ταραχὴ κατεῖχε τὴν παρεμβολὴν καὶ ἀγωνία, δεδοικυῖαν μή πως ἐν μέσῳ Ἀβασγῶν τε καὶ τῶν ἀποστατῶν συνειλημμένοι (διεδέδοτο γὰρ καὶ λόγος ὡς οἱ περὶ τὸν Ξιφία διεκηρυκεύσαντο περὶ τούτου πρὸς τὸν ἄρχοντα Ἀβασγίας) ἀνήκεστόν τι πάθωσιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς γράμματα γράψας πρός τε τὸν Ξιφίαν καὶ τὸν Φωκᾶν ἐξέπεμψε, παραγγείλας τῷ λαβόντι σπουδάσαι πάντα τρόπον λαθεῖν καὶ ἑκάστῳ ἀσυγγνώστως δεδωκέναι τὸ γράμμα. Τοῦ δὲ ὡς ἐκελεύσθη ποιήσαντος καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐγχειρίσαντος λεληθότως, ὁ μὲν Φωκᾶς εὐθὺς ἐπανέγνω γὴν ἑαυτοῦ τῷ Ξιφίᾳ, ἐκεῖνος δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀποκρύψας καὶ γράμμα δέξασθαι ὅλως ἀπαρνησάμενος ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν καλεῖ τοῦτον ἐπὶ κοινολογίαν, καὶ ἐλθόντα, λόχους ἔχων προευτρεπισμένους, ἀποκτίννυσι. Καὶ ἡ ἐπισύστασις τῶν ἀποστατῶν εὐθὺς διεσκεδάσθη. Τοῦ δὲ θανάτου τοῦ Φωκᾶ γνωσθέντος τῷ βασιλεῖ πέμπεται Θεοφυλάκτος ὁ Δαμιανοῦ τοῦ Δαλασσηνοῦ υἱός, καὶ τὸν Ξιφίαν συλλαβὼν ἐκπέμπει δέσμιον πρὸς τὴν βασιλίδα πρὸς Ἰωάννην τὸν πρωτονοτάριον (69), ὃς ἐν τῇ νήσῳ τοῦ Ἀντιγόνου (70) μοναχὸν αὐτὸν ἀποκείρει. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ τῶν ἀποστατῶν ἀπολυθεὶς δέους συμπάλλει τοῖς Ἀβασγοῖς, καὶ πολλοὶ πιπτουσι τῶν Ῥωμαίων. Ὅμως διελύθησαν ἄμφω τὰ στρατεύμα-

B **477** Aquæductum quoque Valentiniani imperatoris refecit Basilius, civibusque aquæ abundantiam paravit. Porro cum Georgius Abasgiæ dux violato quod ei cum Romanis erat fœdere vicina incursionibus vexaret, exercitum contra eum educit Basilius, domi relictis Nicephoro patricio, filio Bardæ Phocæ. At ii indignissime ferentes non se quoque una ad id bellum jussos ire, contracto e Cappadocia Rodanto et aliis vicinis regionibus utcunque exercitu rebellionem concitant. Ejus rei nuntius imperatori allatus exercitui magnam incussit sollicitudinem. Metuebant enim ne in medio inter Abasgos et perduelles (quippe ferebatur ea de re Xiphias cum principe Abasgorum per internuntios egisse) inclusi extrema pati cogerentur. Imperator ergo litteras et ad Xiphiam et ad Phocam C mittit, ei qui perferebat mandans ut quam maxime alteri, altero ignorante, eas reddere curaret. Quod cum is effecisset, Phocas statim Xiphiæ ad se scriptas recitavit, Xiphias autem omnino ad se quicquam scriptum negans Phocam die quadam ad colloquium vocat, venientemque præparatis ad hoc insidiis necat. Hoc modo statim dissipata ea conjuratio. Et imperator de morte Phocæ factus certior Theophylactum Damiani Dalasseni filium mittit, qui captum Xiphiam Cpolin in vinculis **478** Byzantium ad Joannem ablegat protonotarium. Is eum rasum in Antigoni insula monachum facit. Imperator proinde metu rebellium liberatus cum Abasgis pugnam committit; et quamvis multi Romani occubuere, tamen incerta victoria discessum D est. Alterum deinde prælium initum die Septembris undecima, indictione sexta, anno ab origine mundi 6531. In eo cadit Liparites, Georgii copiarum dux primarius, et cum eo validissima Abasgici exercitus pars. Georgius in montes Iberiæ interiores fuga

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(67) Provinciæ Scythicæ Asiaticæ, vicinæ Iberibus. Goar.

(68) Deest aliquid, nempe Xiphiæ mentio, qui se socium perduellionis Phocæ dedit; quod sequentia docent. Alioquin οἱ δέ et cætera pluralia ad unum Phocam referri non possunt. Xyl.

(69) Quem Notitia imperii *primicerium notariorum* vocat; de cujus officio, insignibus et privilegiis Pancirollus in Comm. Goar.

(70) Juxta Cpolim inter Proten et Platen sita. Goar.

elapsus paulo post missis legatis cum imperatore pacem componit, cedens ei sua, quantum ejus hoc imperator volebat, ditione, filiumque suum Pancratium dans obsidem. Quem imperator magistrum creavit, ac domum rediit. Qui se Xiphiæ ac Phocæ seditionis socios præbuerant, eos bonis suis multatos in carcerem abdidit: solum patricium Phersam interfecit, qui et primus omnium se perduellibus adjunxerat, et quatuor curatores vicinorum principum necaverat, suaque manu spadoni cuidam imperatorio caput amputaverat. Est et cubicularius quidam imperatoris leonibus objectus, convictus quod imperatorem in Xiphiæ gratiam conatus esset veneno tollere.

A τα, καὶ ἡ νίκη ἀμφίβολος ἦν. Μεσὰ δὲ ταῦτα δευτέρας συμπλοκῆς γενομένης, τῇ ια' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ς', κατὰ τὸ, ςφλα' ἔτος, πίπτει μὲν ὁ Ὑπαρίτης (οὗτος γὰρ ἦν ἀρχιστράτηγος τῷ Γεωργίῳ) καὶ σὺν αὐτῷ πᾶν τὸ κρατιστεῦον ἐν Ἀβασγοῖς, φεύγει δὲ καὶ ὁ Γεώργιος εἰς τὰ ἐνδότερα ὄρη τῆς Ἰβηρίας. Μετ' ὀλίγον δὲ διαπρεσβευσάμενος, καὶ τῷ βασιλεῖ ἐκστὰς χώρας ὁπόσης ἐβούλετο, σπένδεται, ὅμηρον δοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Παγκράτιον· ὃν μάγιστρον ποιήσας ὁ βασιλεὺς ὑπέστρεψε. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους τῶν τῷ Ξιφίᾳ συναραμένων καὶ τῷ Φωκᾷ τῶν ὑπαρχόντων γυμνώσας καθεῖρξε, μόνον δὲ τὸν πατρίκιον Φέρσην ἀπέκτεινε, πρὸ πάντων τε προσρυέντα τοῖς ἀποστάταις, καὶ τέσσαρας ἀρχόντων τινὰ βασιλικὸν αὐτοχείρως [719] κατατομήσαντα· γειτόνων κουράτωρας ἀποκτείναντα, καὶ ἐκτομίαν ἐδόθη δὲ καὶ λέουσι βασιλικοῖς τις θαλαμηπόλος Βρῶμα, ἐλεγχθεὶς φαρμάκοις ἐπιβουλεύων τῷ βασιλεῖ διὰ τὸν Ξιφίαν.

Mortua Anna imperatoris sorore in Rossia, defuncto jam ante Bladimero marito, Chrysochir quidam Bladimeri cognatus 800 viros adscivit, iisque in naves impositis Cpolin venit, stipendia se facere velle 479 simulans. Cum autem imperator eum positis armis petere si quid vellet juberet, non obtemperans Propontidem trajecit; cumque ad Abydum venisset, conserta navali pugna cum eo qui oram maritimam tuebatur, nullo negotio vicit ac Lemnum pervenit. Ibi Rossi a classe Cibyrræotarum et Davido Achridensi Sami præfecto ac Nicephoro Cabasila duce Thessalonicæ per fraudem omnes sunt interfecti.

B Καὶ Ἄννης δὲ τῆς τοῦ βασιλέως ἀδελφῆς ἐν Ῥωσίᾳ ἀποθανούτης, καὶ πρὸ αὐτῆς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Βλαδιμηροῦ, Χρυσόχειρ συγγενὴς τις ὢν τοῦ τελευτήσαντος, ἄνδρας ὀκτακοσίους προσεταιρισάμενος καὶ πλοίοις ἐμβιβάσας, ἦλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν ὡς τάχα μισθοφορήσων. Τοῦ δὲ βασιλέως καταθεῖναι τὰ ὅπλα κελεύοντος καὶ οὕτω πειθήσασθαι τὴν ἐντυχίαν. μὴ θελήσας διῆλθε τὴν Προποντίδα. Ἐν Ἀβύδῳ δὲ γενόμενος καὶ τῷ στρατηγοῦντι ταύτης συρράξας λπερμαχοῦντι τῶν παραλίων, καί τοῦτον ῥᾳδίως καταστρεψάμενος, κατῆλθεν εἰς Λῆμνον. Ἐκεῖσε δὲ παρὰ τοῦ στόλου τοῦ Κιβυρραιωτῶν, καὶ Δαβὶδ τοῦ ἀπὸ Ἀχριδῶν στρατηγοῦντος Σάμου, καὶ Νικηφόρου τοῦ Καβάσιλα δουκὸς ὄντος Θεσσαλονίκης (71) παρασπονδηθέντες ἅπαντες κατεσφάγησαν.

Post hæc in Siciliam molitus expeditionem Basilius Orestam quemdam de fidissimis suis eunuchis præmittit cum magnis copiis. Ipse fato interceptus subsequi non valuit. Nam mense Decembri, indictione nona, anno 6534, subito correptus morbo decessit. Paucis ante mortem ejus diebus obit Eustathius patriarcha; in cujus locum imperator substituit Alexium monachum, Studiani collegii magistrum, qui ad ipsum invisendi 480 causa venerat, afferens secum caput Joannis baptistæ. Eum ergo cum per Joannem protonotarium, cujus opera in administrandis publicis negotiis utebatur, in solio patriarchæ callocasset, vespere exspiravit. Vixit annos 70, quos omnes regnavit. Solus autem summum imperium gessit annos 50. Fratrem imperii successorem instituit, eique mandavit ut se in Joannis evangelistæ ac theologi fano sepeliret, apud Hebdomum. Idque is est exsecutus.

C Βουλόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκστρατεῦσαι κατὰ τῆς Σικελίας Ὀρέστην προέπεμψε μετὰ δυνάμεως ἀδρᾶς, ἕνα ὄντα τῶν πιστοτάτων εὐνούχων, αὐτὸς δὲ ἐκωλύθη φθάσαντος τοῦ χρεών. Δεκεμλρίῳ γὰρ μηνὶ ιε', ἰνδικτιῶνος θ', ἔτους. ςφλδ', αἰφνιδίῳ νόσῳ ληφθεὶς ἀπεβίω, πρό τινων ἡμερῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς καὶ Εὐσταθίου τοῦ πατριάρχου ἀποθανόντος, οὗ διάδοχον ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο Ἀλέξιον μοναχὸν καὶ καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ πεφοιτηκότα μετὰ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου. Ὃν καὶ πέμψας ἐνθρονίζει διὰ τοῦ πρωτονοταρίου Ἰωάννου, ᾧ συνεργῷ ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν. Καὶ τῇ ἐσπέρᾳ ἐτελεύτησε, ζήσας μὲν ἔτη ο', καὶ τὰ πάντα βασιλεύσας, ἐπὶ χρόνους δὲ ν' τὴν αὐτοκράτορα διεθύνας ἀρχήν. Ταφῆναι δὲ παρεκάλεσε τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε τῆς ἀρχῆς, ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἑβδομον ναῷ τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ θεολόγου· ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

D

Constantinus imperio potitus, nactusque licentiam agendi quæ vellet, multa reipublicæ mala dedit. Quippe homo pravis studiis deditus, nihil eorum quæ officii erant vel agebat vel cogitabat, ludis autem equestribus et mimis ac scurris deleo-

Ἀναζωσάμενος δὲ τὴν ἅπασαν δυναστείαν ὁ Κωνσταντῖνος, καὶ πράττειν ὅ τι καὶ βούλεται ἐξουσίαν λαβὼν, καὶ ταῖς ἐκδεδιητημέναις χαίρων τῶν πράξεων, πολλῶν κακῶν αἴτιος ὑπῆρξε τῷ πολιτεύματι, αὐτὸς μὲν πράττων οὐδὲν ἢ βουλευόμενος τῶν δεόν-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(71) His temporibus ducem habuit Thessalonica, et decrescente imperio augebantur dignitates. Goar.

των, ἱπποδρομίαις δὲ χαίρων καὶ μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ κύβοις καὶ κοττάβοις ἐννυκτερεύων, ἄρχοντας καθιστὰς ἔν τε πολιταρχίαις καὶ στρατηγίαις οὐ τοὺς ἔργῳ καὶ λόγῳ τὸ δόκιμον ἑαυτῶν παρεχομένους, ἀλλ' οἰνόληπτα ἐκτετμημένα ἀνδράποδα καὶ πάσης μιαρίας καὶ βδελυρίας ἐμπεπλησμένα, ἀνάγων αὐτοὺς εἰς τὰς τῶν ἀξιωμάτων ὑψηλοτάτας περιωπὰς, τοὺς δὲ γένει καὶ ἀρετῇ καὶ πείρᾳ προέχοντας παρατρέχων. Νικόλαον γὰρ τὸν πρῶτον τῶν αὐτοῦ θαλαμηπόλων δομέστικον προεβάλετο τῶν σχολῶν καὶ παρακοιμώμενον, [P. 720] Νικηφόρον δὲ τὸν μετ' ἐκεῖνον τὰ δευτερεῖα φέροντα πρωτοβεστιάριον, Συμεὼν δὲ τὸν κατὰ τὴν τάξιν τρίτον δρουγγάριον τῆς βίγλας, προέδρους τοὺς πάντας τιμήσας, Εὐστάθιόν τε τὸν πολλοστὸν μετ' ἐκείνους μέγαν ἑταιρειάρχην. Προεβάλετο δὲ καὶ δοῦκα Ἀντιοχείας εὐνοῦχόν τινα Σπονδύλην λεγόμενον, καὶ Ἰβηρίας Νικήταν τὸν ἐκ Πισσιδίας, καὶ ἄμφω ἐπιβρήτους ἀνθρώπους καὶ πονηρούς· οἵτινες ταραχῆς καὶ συγχύσεως τὰ πάντα πληρώσαντες μικροῦ τὴν βασιλείαν ἀνέτρεψαν ἤδη καλῶς ἀγομένην ἀπό τε τῆς αὐτοκρατορίας Ῥωμανοῦ τοῦ τοῖν βασιλέοιν πατρὸς. Νικηφόρου δὲ καὶ Ἰωάννου καὶ Βασιλείου τῶν κατὰ διαδοχὰς δεξαμένων τὰ σκῆπτρα καὶ φοβερὰν καθισταμένην τοῖς πλησιάζουσιν ἔθνεσι. Καὶ οὐ μόνον ἀδιάφορον εἶχε τὴν γνώμην ἐν ταῖς τῶν ἀρχῶν προβολαῖς, ὡς ἔτυχεν αὐτὰς καθιστὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀξιολογωτέρους καὶ δοκιμωτέρους ἐδίωκε διὰ παντὸς, τοῖς εὐδοκίμοις ἐπιβουλεύων. Ἀπετύφλωσε μὲν γὰρ καὶ Κωνσταντῖνον πατρίκιον τὸν υἱὸν Μιχαὴλ μαγίστρου τοῦ Βούρτζη, πρὸ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ προσκρούοντα καὶ τὰς ἀκολάστους αὐτῷ πράξεις Βασιλείῳ τῷ βασιλεῖ μηνύοντα, καὶ ἄλλους οὐκ ὀλίγους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἠφάνισεν, ὡς προϊὼν ἐξείπῃ ὁ λόγος. Καὶ τὰ μὲν προοίμια τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ ταῦτα καὶ τοιαῦτα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ποῖα ἂν καὶ κατ' ἀξίαν παραστήσειεν ἱστορία; Μόνων γὰρ, ὡς ἐῤῥέθη, ἐξεχόμενος γελωτοποιῶν καὶ μίμων, καὶ περὶ τὰς ἱπποδρομίας εἴ περ τις ἄλλος κεχηνὼς, ἔργον μόνον ἀναγκαῖον ταύτας ἡγεῖτο, τὰ λοιπὰ μηδενὸς ἀξιῶν λόγου, ἀλλὰ δεύτερα λογιζόμενος τῶν αὐτοῦ ἀκολάστων ἔργων. Νικηφόρον γὰρ τὸν Κομνηνὸν, ἄνδρα συνετὸν καὶ ἐπ' ἀρετῇ καὶ ἀνδρίᾳ βεβοημένον, Μηδίας ἄρχοντα τῆς καὶ Ἀσπρακανίας, τὸν καὶ τὰ πρόσχωρα ὑποτάξαντα ἔθνη, δι' αἰτίαν μὲν εὔλογον οὐδεμίαν, τῆς δὲ ἀρετῆς φθονήσας ἀπετύφλωσεν. ἔγκλημα τούτῳ καθοσιώσεως ἐπενεγκών. Οὗτος γὰρ πολλάκις συμπλεκόμενος τοῖς γείτοσιν ἐν Μηδίᾳ Σαρακηνοῖς, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας μαλακιζομένους ὁρῶν καὶ τὰ νῶτα στέφοντας ἀκόσμως καὶ φεύγοντας, καὶ τὰ μὲν ὀνειδίζων, τὰ δὲ καὶ παρακαλῶν μὴ οὕτω φεύγειν αἰσχρῶς, ἀλλ' ἵστασθαι κατὰ τῶν ἀντιπάλων γενναίως, ἔπεισε συγκαταθέσθαι. Ὡς δὲ καὶ ἐνωμότως τὴν κατάθεσιν βεβαιῶσαι οὗτος ἀπῄτει, ὅτι σὺν αὐτῷ θανοῦνται μαχόμενοι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἔγγραφον ἐκδεδώκασι γραμματεῖον, καλαμναιοτάταις ἀραῖς καὶ φρικωδεστάτοις ὅρκοις ἐμπεδωσάμενοι στῆναι ῥωμαλίως ἐν τῇ παρατάξει

tabatur, potandoque noctes trahebat. Civiles ac bellicos magistratus non iis qui facto aut dicto virtutem suam testatam fecissent mandavit: sed præteritis iis qui genere, virtute usuque rerum pollebant, ad summas dignitates extulit mancipia ebriosa atque evirata omnibusque polluta flagitiis. Etenim Nicolaum, famulorum cubiculi principem, scholarum domesticum et accubitorem creavit, Nicephorum, ab eo proximum, protovestiarium, Simeonem, tertio loco habitum, drungarium vigiliæ; iisque omnibus honorem præsidis tribuit. **481** Eustathium, qui longo istos subsequebatur intervallo, magnæ soliditatis ducem constituit. Antiochiæ ducem fecit Spondylen quemdam eunuchum, et Iberiæ Nicetam e Pisidia oriundum, utrumque malitiæ infamis. Hi tumultibus omnis et confusione implentes everterunt propemodum imperium, quod jam inde a Romano hujus patre, sceptrum ordine gerentibus Nicephoro, Tzimisca et Basilio, floruerat ac terrori vicinis gentibus fuerat. Et vero Constantinus non modo absque indicio et temere magistratus legebat, sed et præstantissimum quemque vexabat ac non cessabat illustribus viris insidiari. Hoc modo Constantinum patricium, magistri Michaeli Burtzæ filium, oculis privavit, offensus ab eo ante initum imperium, fratri Basilio turpia ipsius facta indicante. Et alios haud paucos præstantes viros e medio sustulit, ut suo loco dicetur. Talia ergo fuerunt imperii hujus initia. Quæ subsecuta sunt, quænam possit digne explicare narratio? Solis, uti monui, deditus scurris ac mimis et ludis, ut nemo unquam magis, equestribus captus, hos unice sibi curandos arbitrabatur, reliquorum, quod ea suis ineptiis ac libinibus posteriora ducebat, nullam habens rationem. Nicephorum Comnenum, virum prudentem **482** ac virtute et fortitudine inclytum, qui Aspracaniæ præfectus finitima subegerat, nullam ob justam causam, sed virtuti hominis invidens, majestatis reum fecit ac luminibus orbavit. Is enim Nicephorus sæpe cum vicinis in Media Saracenis congressus, cum videret suos milites hosti turpiter terga objicere, exprobrando eis mollitiem, hortandoque ne fuga turpi, sed fortiter pugnando se tuerentur, ad fortitudinem excitavit. Cumque ab iis etiam jurejurando sibi promitti posceret cum ipso ad mortem usque se in hostem pugnaturos, scripto libello ad hoc se obligavere, in quo dirissimis sese devovebant imprecationibus, nisi fortiter in pugna starent et ad mortem usque cum duce perseverarent. Hoc ubi rescivit Constantinus, illico magistratum Comneno abrogat, reductumque Cpolin in judicio conspirationis contra imperatorem accusat, damnatoque criminis oculos eruit. Bardæ etiam patricio, Barda magistro Phoca prognato, infensus ac nonnullis aliis, opera cujusdam domesticorum suorum calumniatorum dolum nectit, accusatosque insidiarum imperatori structarum statim oculis multat. Sub id tempus Naupacto præerat Georgius, quem ob animi inconstantiam

Merogeorgium, id est fatuum Georgium, appellabant. Is cum oppidanos vexaret eosque ex **483** actionibus commentitiis ac continentibus attereret, seditione adversus ipsum coorta interfectus est, et bona ejus direpta. Imperator non auctores modo cædis crudeliter puniit, sed et ipsi summo pontifici ejus urbis oculos effodit. Romani Duri filio, patricio Basilio, adversus Prusianum Bulgarorum magistrum ac bucellariorum præfectum incidit contentio, ventumque est etiam ad pugnam. Qua eos discordia in imperii majestatem impudenter deliquisse judicans, alterum in Oxeiam, id est acutam, insulam, alterum in Platam relegavit. Et paulo post Basilium delatum quod fugam esset meditatus, excæcavit. Prusianum, cum is quoque in periculum de oculis suis venisset, missum fecit. Oculos eruit præterea Romano Curcuæ, qui sororem Prusiani in matrimonio habebat, Bogdano, Glabæ et Gudeli. Linguam etiam præcidit Zachariæ Bestæ Theudati cognato, commentus eos sibi insidias struxisse.

A καὶ ἀποθανεῖν σὺν τῷ στρατηγῷ. Τοῦτο ὡς ἦλθεν εἰς ὦτα τοῦ Κωνσταντίνου, παραλύεται μὲν εὐθὺς τῆς ἀρχῆς ὁ Νικηφόρος καὶ εἰς τὴν βασιλίδα εἰσάγεται, κριτήριόν τε καὶ βῆμα ἦρτο, καὶ καταδικάζεται ὡς συνομοσάμενος κατὰ τῆς βασιλείας, καὶ τὰς ὄψεις πηροῦται. [P. 721] Ἐγκοτῶν δὲ καὶ Βάρδᾳ πατρικίῳ τῷ ἐκγόνῳ τοῦ μαγίστρου Βάρδα τοῦ Φωκᾶ καί τισιν ἄλλοις, ῥάπτει διά τινος τῶν παρατρεφομένων συκοφαντῶν τυραννίδος ἐπίθεσιν κατ' αὐτοῦ. καὶ εὐθὺς ἀποτυφλοῖ τοῦτον καὶ τοὺς συνδιαβληθέντας αὐτῷ. Καὶ στάσεως δὲ γενομένης ἐν τῇ Ναυπάκτῳ κατὰ Γεωργίου τοῦ στρατηγοῦντος αὐτῆς, ὃν καὶ Μωρογεώργιον ἐκάλουν διὰ τὸ ἄστατον τῆς γνώμης, ἀναιρεῖται μὲν ὁ στρατηγὸς, διαρπάζουσι δὲ καὶ τὰ προσόντα πάντα αὐτῷ, κακῶς διατιθέμενος περὶ τοὺς ἐγχωρίους καὶ εἰσπράξεσι σεποφισμέναις καὶ συνεχέσι τούτους συντρίβων. Ὁ βασιλεὺς δὲ οὐ μόνον τοὺς αἰτίους ἀπηνῶς ἐκόλασε τοῦ φόνου, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀρχιερέα τῆς Ναυπάκτου ἐτύφλωσεν. Ὁ δὲ τοῦ Σκληροῦ Ῥωμανοῦ υἱὸς Βασίλειος πατρίκιος, προσκρούων τῷ μαγίστρῳ Ηρουσιανῷ τῷ Βουλγάρῳ στρατηγοῦντι βουκελλαρίων (72), ἐς τοσοῦτον προήχθη τόλμης ὡς καὶ διὰ μάχης τούτῳ ἐλθεῖν. Τούτων τὴν διένεξιν Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς ἀναισχυντίαν κρίνων κατὰ τῆς βασιλείας καὶ ἄμφω ὑπερορίζει, τὸν μὲν ἐν τῇ Ὀξείᾳ νήσῳ (73), τὸν δὲ ἐν τῇ Πλάτῃ. Μετὰ μικρὸν δὲ τὸν μὲν Βασίλειον, κατηγορηθέντα ὡς εἴη ἀπόδρασιν μελετῶν, ἀπετύφλωσε, τὸν δὲ Ηρουσιανὸν μικροῦ δεῖν τοῦτο αὐτὸ πείσεσθαι κινδυνεύοντα ἠλευθέρωσεν. Ἐτύφλωσε δὲ καὶ Ῥωμανὸν τὸν Κουρκούαν, ἐπ' ἀδελφῇ ὄντα γαμβρὸν τοῦ Ηρουσιανοῦ καὶ τὸν Βογδάνον καὶ τὸν Γλαβᾶν καὶ τὸν Γουδέλην. Ἐγλωσσοτόμησε δὲ καὶ τὸν μοναχὸν Ζαχαρίαν (74) τὸν συγγενῆ τοῦ Βέστου Θευδάτου, συσκευάσασθαι τούτους πλασάμενος κατ' αὐτοῦ.

Hoc anno Patzinacæ irruperunt in Bulgariam, et plurimos homines, duces ac cohortes occiderunt ac ceperunt. Itaque Constantinus Sirmii Diogenem præfectum Bulgariæ ducem creat; qui sæpe cum iis palantibus commissa pugna eos fudit, coegitque trajecto Istro quiescere. Tota **484** etiam imperii ejus tempore maxima fuit siccitas, exarueruntque etiam fontes perennes et flumina. Pauperibus parcens Basilius publicum tributum solitus erat non ad diem dictum exigere, sed dilationem aliquam concedere; quo factum ut eo moriente duorum annorum tributum deberetur. Non id modo, sed et trium insequentium (tot enim imperavit) annorum tributum exegit Constantinus; qua re non egeni tantum sed et opulenti attriti sunt, triennio quinque annorum pendere coacti tributum. Ea tempestate classis Agarenorum Cyclades insulas invasit. Eam Sami prætor Georgius Theodorocanus ac Periboes Chii præfectus adorti profligarunt, captis duodecim navibus cum ipsis vectoribus, ac reliquis dissipatis.

Τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Ηατζινάκαι εἰσβολὴν ἐποιήσαντο κατὰ Βουλγαρίας, καὶ πλεῖστον λαὸν καὶ στρατηγοὺς καὶ ταγματάρχας ἔσφαξαν καὶ ἐζώγρησαν· διὸ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὸν Διογένην ἄρχοντα Σιρμίου ὑπάρχοντα καὶ δοῦκα τῆς Βουλγαρίας ἐποίησεν, ὃς συμπλακεὶς πολλάκις αὐτοῖς διεσπαρμένοις ἐτρέψατο καὶ ἠνάγκασε περαιωθέντας τὸν Ἴστρον ἡσυχίαν ἄγειν. Ἐγένετο δὲ καὶ ἐφ' ὅλους τοὺς τῆς βασιλείας αὐτοῦ χρόνους μέγιστος αὐχμὸς, ὡς ἀποξηρανθῆναι τὰς ἀεννάους πηγὰς καὶ τοὺς ποταμούς· Τοῦ βασιλέως δὲ Βασιλείου φειδοῖ τῶν πενήτων μὴ ἐγκαίρως τὰς δημοσίας εἰσπραττομένου συντελείας, ἀλλ' ἀνακωχὴν καὶ ὑπερημερίαν διδόντος ταῖς ἀπαιτήσεσιν, ἐκείνου τελευτήσαντος συνέβη δύο ἐνιαυτῶν φόρους ἔτι ἠρτῆσθαι· οὓς ὁ Κωνσταντῖνον εὐθὺς εἰσεπράξατο. Εἰσεπράξατο δὲ καὶ τῶν ἑτέρων τριῶν ἐνιαυτῶν (ἐς τοσοῦτον γὰρ χρόνον ἡ ἀρχὴ αὐτῷ ἐξετάθη), καὶ συνετρίβησαν οὐχ οἱ πένητες μόνον καὶ ἄποροι, ἀλλὰ καὶ οἱ εὐπόρως ἔχοντες, ἐν τρισὶ χρόνοις πέντε παρασχόντες δασμοφορίας. Ἐξῆλθεν οὖν καὶ στόλος Ἀγαρηνῶν κατὰ τῶν Κυκλάδων νήσων· οἷς συμπλακεὶς ὁ στρατηγὸς Σάμου Γεώργιος ὁ Θεοδωροκάνος, [P. 722] ἅμα Βεριβόῃ τῷ στρατηγοῦντι τῆς Χίου, ἐτρέψατο, καὶ δώδεκα μὲν αὐτανδρα εἷλε, τὰ δὲ λοιπὰ διεσκέδασεν.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(72) *Bucellariorum* esse provinciam contendit Pancirollus in Not. imp. c. 47. Negat Rigaltius in Tact. Lexico, et *Bucellarum*, annonæ clarius dicam, œconomos, provisores portitoresque facit. Illi lubentius assentior: nam Galatas ac Gallogræcos soliti fuerunt exercituum duces huic officio mancipare; unde factum ut annonæ ministri, Bucellarii Galatæ, videantur officii sui nomen patriæ tribuisse. Goar.

(75) Parva Propontidis insula. Plate vero tertia est a CP. meridiem versus in eadem Propontide. Goar.

(74) Ante vocem Ζαχαρίαν est α scriptum, et superne quippiam litteræ χ non absimile, cum gravi accentu. Fortassis ἄρχοντα voluit exprimere librarius ea nota, mihi sane non intellecta, ut sit *Zachariæ præfecto*. Ego omisi in vertendo. Xyl.

Ἐννάτῃ δὲ Νοεμβρίου μηνὸς, τῆς ιβ' ἐπινεμήσεως, ἐν ἔτει ,ϛφλζ', αἴφνιδίῳ νόσῳ ληθεὶς ὁ Κωνσταντῖνος καὶ παρὰ τῶν ἰατρῶν ἀπαγορευθεὶς ἐσκέπτετο τίνα ἂν καταλίποι διάδοχον τῆς βασιλείας. Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ τὸν πατρίκιον Κωνσταντῖνον τὸν Δαλασσηνὸν μεταστείλασθαι, κατὰ τὸν Ἀρμενιακὸν (75) ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ σχολάζοντα, γαμβρόν τε ποιήσασθαι ἐπὶ μιᾷ τῶν θυγατέρων καὶ ἀναγορεῦσαι βασιλέα. Καὶ δὴ πέμπεται ἄξων αὐτὸν εὐνοῦχός τις τῶν πιστικωτάτων, ὁ λεγόμενος Ἐργοδότης. Σπουδῇ δὲ τοῦ Συμεὼν φιλίως διακειμένου πρὸς τὸν πατρίκιον Ῥωμανὸν τὸν Ἀργυρὸν αὕτη μὲν παρωράθη ἡ γνώμη, καὶ στέλλεταί τις τάχα ἐκ βασιλέως ἐν τὸν Δαλασσηνὸν, ἐκεῖσε προσμένειν κελεύοντος αὐτόν ὅπη ἂν ἡ γραφὴ καταλήψηται, ἄγεται δὲ ὁ Ῥωμανὸς πρὸς τὰ βασίλεια· Ἀχθέντι δὲ δύο προτίθενται γνῶμαι, ἢ διαζυγῆναι τῆς νομίμου γυναικὸς τῇ βασιλέως τε θυγατρὶ συναφθῆναι καὶ βασιλέα ἀναγορευθῆναι, ἢ πηρωθῆναι τοὺς ἀφθαλμούς. Τοῦ δὲ ἱλιγγιῶντος καὶ ἀναδυομένου πρὸς αὐτῶν ἑκάτερον, ἡ σύνοικος δείσασα περὶ τοῦ ἀνδρὸς, μή τι καὶ πάθῃ φλαῦρον, τὴν κοσμικὴν ἑκουσίως ἀπέθετο τρίχα, καὶ τῷ συζύγῳ πρὸς τῇ ὄψει ἐχαρίσατο καὶ τὴν βασιλείαν. Οὐσῶν δὲ τῷ Κωνσταντίνῳ θυγατέρων τριῶν ἐκ τῆς θυγατρὸς τοῦ πατρικίου Ἀλυπίου, ἣν ἔτι ζῶντος τοῦ Βασιλείου ἡρμόσατο, ἡ μὲν καθ' ἡλικίαν πρωτεύουσα Εὐδοκία ἀπεκείρατο, ἡ τρίτη δὲ Θεοδώρα ἀπηνήνατο συζυγῆναι τῷ Ῥωμανῷ, ἢ διὰ τὸ συγγενὲς, ὥς φασιν, ἢ διὰ τὸ ἔτι τὴν ἐκείνου σύζυγον ζῆν. Ἡ δὲ τῷ χρόνῳ δευτέρα Ζωὴ τὸν περὶ τῆς συνοικίας λόγον συνενεσθέντα ἀσπασίως ἐδέξατο. Λόγου δὲ περὶ τῆς συγγενείας κινηθέντος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας σὺν τῷ πατριάρχῃ λυσάντων τὸ ὁμφίβολον, ἱερολογεῖται (76) ὁ Ῥωμανὸς τῇ Ζωῇ καὶ αὐτοκράτωρ ἀναγορεύεται βασιλεύς. Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας Κωνσταντῖνος ἀπέθανε, ζήσας μὲν τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ο' ἔτη, ἐπὶ τρεῖς δὲ ἐνὸς δέοντος μηνὸς βεβασιλευκώς (77).

A Nona Novembris die, indictione 13, anno mundi 6537, subito morbo correptus Constantinus et a medicis desperatus de instituendo imperii successore cogitavit. Placuitque accersere patricium Constantinum Dalassenum, qui tum domi suæ in Armeniaco degebat, eique filiarum suarum unam nuptum dare, ac Cæsarem designare. Mittitur ergo ad eum adducendum Ergodotes, eunuchorum fidissimus. Sed opera Simeonis, qui Romano Argyro patricio favebat, id consilii repudiatum fuit, moxque **485** ab imperatore missus qui Dalassenum eo loco ubi litteras accepisset subsistere juberet. Romanus in palatium adducitur, daturque ei optio, ut vel oculos sibi erui patiatur. vel dimissa sua legitima uxore filiam imperatoris ducat ac Cæsar designetur. Hæsitante eo, uxor marito metuens, ultro comam posuit ac sæculo renuntiavit, viroque et oculos servavit et imperium paravit. Erant Constantino ex filia patricii tres filiæ; quarum natu maxima Eudocia monachatum fuit amplexa, minima Theodora conjugium Romani aversata est, sive ob propinquitatem, ut ferebatur, generis, sive quod uxorem ejus sciret adhuc vivere. Media Zoe facile eum sibi dari maritum passa est. Disputatione autem de cognatione mota, res a patriarcha et ecclesiasticis discussa, et Romanus Zoæ copulatus est, imperatorque declaratus. Triduo post Constantinus vivendi finem fecit, cum vixisset annos 70, triennium mense minus imperasset.

B

Οὕτω δὲ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν τὸν τῆς πηρώσεως κίνδυνον διαδρὰς ὁ Ῥωμανὸς τὸ τῆς βασιλείας περιζώννυται κράτος, καὶ βασιλεὺς αὐτοκράτωρ ἅμα Ζωῇ τῇ τοῦ Κωνσταντίνου ἀναγορεύεται θυγατρί. Ἅμα τε οὖν ἐπὶ τὸν βασίλειον ἐκάθισε θρόνον, καὶ ἅμα προοιμίοις ἀγαθοῖς καὶ ἐπιστατηρίοις ἐπαινετοῖς ἐδεξιοῦτο τοὺς ὑπὸ χεῖρα, ἀπὸ τῆς εὐσεβείας πρότερον ἀρξάμενος ἀγαθοεργεῖν. Ἐνδέουσαν γὰρ τὴν πρόσοδον τῆς Μεγάλης εἰδὼς Ἐκκλησίας, ἅτε οἰκονόμος ταύτης γενόμενος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσαις ὑπηρετεῖσθαι ἔθος παρὰ τοῦ ταύτης κλήρου, ὀγδοήκοντα χρυσίου λίτρας ἀνὰ πὰν ἔτος χορηγεῖσθαι τούτοις τετύπωκεν ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ ταμιείου εἰς προσθήκην. Ἐξέκοψε δὲ καὶ τέλεον ἀπερρίζωσε τὸ ἀλληλέγγυον, [P. 723] ὅπερ ἐμελέτα μὲν ὁ Κωνσταντῖνος ποιῆσαι, οὐκ ἔφθασε δέ. Ἐκένωσε δὲ καὶ τὰς φυλακὰς τῶν ἐγκαθειργμένων διά τινας εὐθύνας, τὰ μὲν δημόσια χρέα χαριζόμενος, ἀποτεινὺς δὲ τὰ ἰδιωτικά. Ἀπελυτρώσατο δὲ καὶ

C Romanus præter omnem spem atque exspectationem oculorum amittendorum periculo evitato, imperator cum Zoe Augusta factus, initio imperii bonis ac laudabilibus orsis subditos demeritus est. Principium fecit beneficia in religionem. Cum enim sciret Magnæ Ecclesiæ reditus **486** non sufficere, ut qui superioribus temporibus dispensator fuisset ejus, et aliarum quibus hujus clerus de more inserviebat, 80 auri libras quotannis ex ærario imperatorio ei pendi jussit, decreto ea de re condito. Abolevit etiam Allelengyum, quod Constantinus erat sublaturus, nisi mors eum antevertisset. Carceres quoque captivis ob certa crimina evacuavit; publica debita dimisit, privata persolvit. Redemit captivos ex Patzinacia. Fecit etiam tres syncellos metropolitas, Cyriacum Ephesi, utpote

D consanguinem patriarchæ, Demetrium Cyzici, quem etiam antequam fieret imperator admodum dilexerat, et Michaelum Euchaitarum, ut genere

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(75) Zonaras ἐν τῷ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματι,, in provincia Armeniaca, id est, in Armenia, quæ Romanis parebat. Atque sic etiam infra Ἀρμενιακόν pro Armenia provincia ponitur, de peste, in Romano Argyro. Xyl.

(76) *Sacra nuptiali benedictione consociatur*. Goar.

(77) De morte Constantini librarius non absurde ascripsit, Εὖ ἐποίησας, Κωνσταντῖνε, τάχιστα ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος· nam qui sic vivunt, nonnisi summa dant reipublicæ mala. Xyl.

huic propinquum, quod a Radenis stirpem ducebat. Joannem, qui Basilii imperatoris fuerat protonotarius jamque religionis causa caput raserat, evocavit syncellumque fecit, et conjugis suæ sororis Theodoræ custodiæ præfecit. Multos porro Dei famulos ad extremam redactos pauperiem sublevavit, et alioquin adversis rebus pressos refocillavit. Pro salute animæ soceri sui immensam pecuniæ vim impendit. **487** Et quos ille male tractaverat, alios honoribus alios opibus aut pecunia consolatus est. Romanum Sclerum, cui a Constantino erutos oculos demonstravimus, sororis suæ maritum, ad splendorem magisterii extulit. Et a diuturno exsilio revocavit Nicephorum Xiphiam, qui sponte sua in Studiano collegio est monachus factus.

κρεῖττον ὑπὲρ σωτηρίας ψυχῆς τοῦ ἑαυτοῦ πενθεροῦ· θον ὑπ' αὐτοῦ. τοὺς μὲν εἰς ἀξιώματα προβιβάσας, μυθησάμενος. Ανήγαγε δὲ καὶ εἰς τὸ λαμπρὸν τῶν Ῥωμανὸν τὸν Σκληρὸν, ὃν ὁ Κωνσταντῖνος. ὡς εἴπομεν, ὑπερορίας Νικηφόρον τὸν Ξιφίαν, ὃς ἐθελοντὴς ἐν τῇ σχῆμα.

Eo tempore pluvias commodas dedit Deus, fructusque large provenerunt, maxime oleæ. Die Pentecostæ sacro tumultuatum est ob sessionem in sacro officio, metropolitis non ferentibus superiore loco ipsis sedere syncellos.

Eo tempore Prusianus Bulgarus magister delatus ut qui conspiratione cum Theodora Augustæ sorore inita imperium affectaret, in Manueli monasterium in custodiam datur; et ingravescente crimine oculis privatur, et mater ejus zoste urbe ejicitur. Et Constantinus Diogenes, cujus uxor fratre imperatoris nata erat, Sirmii præfectus, inde transfertur ac Thessalonicæ dux constituitur; accusatusque ab Oresta, qui Basilii imperatoris fuerat minister, quod defectionem moliretur, prætor ad Thracenses mittitur ac comperto crimine vinctus in urbem adducitur, inque turrim conjicitur. Socii conjurationis, Joannes syncellus, Eustathius patricius, ac dux Daphnomelus, Michaelus Theognostus et **488** Samuelus, magistri Michaeli Burtzæ filii, Georgiusque et Barasbatze, qui in monte Atho Iberorum monasterium condidit, patrueles patricii Theudati, graviter verberati et per viam publicam producti deportantur. Theodora etiam pulsa palatio in Petrium relegatur.

τοὺς κατεχομένους αἰχμαλώτους ἐν Πατζιναικίᾳ. Ἐτίμησε δὲ καὶ συγκέλλους μητροπολίτας τρεῖς, τὸν Ἐφέσου Κυριακὸν ὡς τοῦ πατριάρχου ὁμαίμονα (78), Δημήτριον τὸν Κυζίκου ὡς λίαν αὐτῷ καὶ πρὸ τῆς βασιλείας πεφιλημένον, καὶ Μιχαὴλ τὸν τῶν Εὐχαϊτῶν καθ' αἷμα τούτῳ ἐγγίζοντα διὰ τὸ ἀναφέρειν τὸ γένος εἰς τοὺς λεγομένους Ῥαδηνούς. Ἰωάννην δὲ τὸν τοῦ Βασιλείου τοῦ βασιλέως πρωτονοτάριον, ἤδη τὴν κοσμικὴν κειράμενον τρίχα, μεταπεμψάμενος καὶ σύγκελλον τιμήσας τῇ τῆς ἑαυτοῦ συζύγου ἀδελφῇ Θεοδώρᾳ φρουρὸν κατέστησε. Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν λειτουργῶν τοῦ Θεοῦ ἐκ τῶν ὁλληλεγγύων εἰς ἰσχάτην ἐλθόντας πενίαν ἀνεκτήσατο, καὶ τοὺς ἄλλους δυσφοροῦντας καὶ πιεζομένους ἀπορίαις παραμυθίας ἠξίωσε. Παρέσχε δὲ καὶ χρημάτων πλῆθος ἀριθμοῦ Ἠξίωσε δὲ παραπλησίως καὶ τοὺς ὅσοι κακῶς ἔπατοὺς δὲ ἐν κτήμασι καὶ ἄλλους ἐν Χρήμασι παραμαγίστρων ἀξίωμα τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ ἀπετύφλωσεν. Ἀνεκαλέσατο δὲ καὶ τῆς Χρονίας μονῆ τῶν Στουδίου τὸ τῶν μοναχῶν ἡμφιέσατο

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὗσεν ὁ Θεὸς ὑετὸν σύμμετρον, καὶ εὐφορία γέγονε τῶν καρπῶν, κατ' ἐξαίρετον δὲ τῆς ἐλαίας. Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Ηεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι αὐτῶν τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ (79).

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον διαβληθεὶς ὁ μάγιστρος Προυσιανὸς ὁ Βούλγαρος κοινοπραγεῖν Θεοδώρᾳ τῇ τῆς βασιλίδος ἀδελφῇ καὶ τῆς βασιλείας σὺν αὐτῇ ἀντιποιεῖσθαι εἰς τὸ τοῦ Μανουὴλ μοναστήριοο φρουρεῖται. Ἐπικρατησάσης δὲ τῆς κατηγορίας αὐτὸς μὲν ἀποτυφλοῦται, ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ἡ ζωστὴ τῆς πόλεως ἐκβάλλεται. Καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Διογένης, γαμβρὸς ὢν τοῦ βασιλέως ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ Σιρμίου μετατεθεὶς εἰς Θεσσαλονίκην γίνεται δούξ, κατηγορηθεὶς δὲ παρὰ Ὀρέστου τοῦ θεράποντος τοῦ Βασιλείου τοῦ βασιλέως, ὡς μελετῶν ἀποστασίαν, στρατηγὸς εἰς Θρᾳκησίους στέλλεται. Φανερᾶς δὲ τῆς κατηγορίας γενομένης ἄγεται δέσμιος ἐν τῇ βασιλίδι καὶ ἐν πύργῳ βάλλεται. Οἱ δὲ τούοου συνωμόται, ὁ πρωτονοτάριος Ἰωάννης καὶ σύγκελλος, ὁ πατρίκιος Εὐστάθιος καὶ στρατηγὸς ὁ Δαφνομήλης, [724] Μιχαὴλ Θεόγνωστος καὶ Σαμουὴλ οἱ τοῦ μαγίστρου Μιχαὴλ τοῦ Βούρτζη ἔκγονοι, Γεώργιός τε καὶ Βαρασβατζὲ ὁ ἐν τῷ ὄρει τῷ Ἄθῳ (80) τὴν τῶν Ἰβήρων μονὴν συστησάμενος, οἱ τοῦ πατρικίου Θευ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(78) Solet poni hoc vocabulum ab his scriptoribus pro fratre, quomodo et Virgilius dixit : *Et consanguineus leti sopor*, cum sit apud Homerum ἑνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Pro ἐκαίνησε autem legi ἐκίνησε, sententiam secutus. Zostica an proprium sit nomen, an vero (quod puto) Zostæ officium notet, ambiguum est XYL.

(79) Σύνθρονος sedes est ad murum in gyrum altaris, et si velis, sedilium in choro series, qua cum presbyteris episcopus vel cum pontificibus patriarcha considet; unde Euchologium *consessum* vocat et *throni ejusdem consortium*. In eo syncelli (velut et quidam ἔκκριτοι diaconi, Ecclesiæ Magnæ clerici sive officiales, de quibus abunde Jus Græcoromanum) non consessum modo, sed et præcessum (ut Romanos cardinales episcopis, quoad hoc honoris προνόμιον, prælatos imitarentur) votis omnibus, vi, gratia præ reliquis sacerdotibus ac pontificibus occupare sunt conati. Videatur memoratum Juris Græc. volumen. De chartophylace, et in Alexii Comneni Novellis. GOAR.

(80) Ex monachorum et monasteriorum stupendo numero ἁγίου ὄρους posterioribus sæculis nomen adepto. GOAR.

δάτου ἀνεψιοὶ, δεινῶς τυφθέντες καὶ διὰ μέσης τῆς λεωφόρου παραπεμφθέντες ἐξορίᾳ παρεπέμφθησαν. Κατηνέχθη δὲ καὶ Θεοδώρα τῶν ἀνακτόρων, καὶ εἰς τὸ λεγόμενον περιωρίσθη Πετρίον (81).

Ὀκτωβρίου δὲ μηνὸς λα' χύσις ἀστέρος, ἐγένετο, ἐκ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὴν τὴν πορείαν ποιοῦντος. Καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν πτῶσις οὐ μικρὰ γέγονε τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ ἐν Συρίᾳ στρατηγοῦντος τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας Μιχαὴλ τοῦ Σπονδύλη. Ἐγένετο δὲ καὶ ὄμβρων ἐπίκλυσις, ἐπικρατήσασα ἕως τοῦ Μαρτίου μηνὸς, τῶν ποταμῶν ὑπερχυθέντων καὶ τῶν κοίλων πελαγισάντων, ὡς ἀποπνιγῆναι σχεδὸν πάντα τὰ ζῶα καὶ τοὺς καταβληθέντας καρποὺς τῇ γῇ, καὶ διὰ τοῦτο λιμὸν κατὰ τὸν ἐπιόντα χρόνον ἐπακολουθῆσαι δεινόν. Βουλόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ γεγονὸς ἐν Συρίᾳ ἀτύχημα ἐξιάσασθαι, ὥρμητο κατὰ τῆς Βερροίας ἐκστρατεῦσαι. Ἐκπέμπει γοῦν μετ' εὐζώνου δυνάμεως Κωνσταντῖνον πατρίκιον τὸν Καραντηνὸν νὸν ἐπ' ἀδελφῇ τούτου γαμβρὸν, ἀπελθεῖν ἐπισκήψας καὶ κατασκοπῆσαι τὰς εἰσόδους καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν πημαίνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς, παρατάξεως δὲ καθολικῆς ἀπέχεσθαι μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ στρατὸς αὐτῷ συνηθροίζετο, ὁ μὲν τῆς Ἀβασγίας ἄρχων Γεώργιος νόσῳ τελευτᾷ, ἡ δὲ τούτου σύνοικος πρίσβεις εἰς βασιλέα στείλασα μετὰ δώρων σπονδάς τε εἰρηνικὰς ἐζήτει καὶ τῷ ταύτης υἱῷ Παγκρατίῳ τὴν συνοικήσουσαν. Ἧς τὴν πρεσβείαν ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς τάς τε σπονδὰς ἐκύρωσε, καὶ Ἑλένην τὴν ἑαυτοῦ ἀνεψιὰν, τὴν θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ βασιλείου, νύμφην εἰς Ἀβασγίαν ἀπέστειλε, τὸν νυμφίον Παγκράτιον ἐς τῶν κουροπαλάτων ἀναδιβάσας τὸ ὕψος.

Ultima Octobris die stella ab occasu versus ortum trajicere visa est. Eademque die classis Romana haud exiguam est passa cladem, Antiochiæ prætore Michaelo Spondila. Imbres quoque ingentes usque ad Martium mensem obtinuerunt, et amnium ac lacuum exundatione fere omnia animalia necta sunt, ac semina terræ commissa perierunt; ideoque insequenti anno gravi est laboratum penuria. Cæterum imperator ut acceptam in Syria cladem exsarciret, expeditionem ad Berrœam instituit; mittitque sororis suæ maritum Constantinum patricium Carantenum, cum levis armaturæ exercitu, speculari eum aditus et quantum fieri posset hostes infestare, prælio tamen usque ad suum adventum abstinere jubens. Dum autem milites coegit, interim Abasgiæ princeps Georgius ex morbo decedit. Uxor ejus legatis ad imperatorem donisque **489** missis fœderis renovationem et filio suo Pancratio conjugem petit. Cui assensus imperator fœdus firmat, Helenamque sui fratris filiam in Abasgiam nuptum mittit, et Pancratium curopalatæ honore insignit.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον γέγονέ τι τεράστιον ἐν τῷ θέματι τῶν Θρᾳκησίων παραδοξον, περὶ τὰς ὑπωρείας τοῦ ὄρους τοῦ Κουζηνᾶ, ἐν ᾧ πηγή ἐστι καλλίστου καὶ διειδοῦς ὕδατος. Φωνή τις ἐξηκούετο οἰκτρὰ μετὰ ὀδυρμοῦ καὶ οὐαὶ καὶ θρήνων παρεμφερὴς ὀλοφυρμῷ γυναικός. Καὶ οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς τοῦτο. ἀλλ' ἀπὸ Μαρτίου μηνὸς ἄχρις Ἰουνίου αὐτοῦ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτα. Ἀπιόντων δέ τινων ἐπὶ τῷ κατασκοπῆσαι τὸν τόπον ἔνθα ἡ φωνὴ ἐξηχεῖτο, ἀλλαχοῦ μετέπιπτεν ἡ ὀλολυγή. Τοῦτο δὲ, ὡς ἔοικε, προεμήνυε τὴν φθάσασαν ῥηθῆναι ἀτυχίαν τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ. Τοῦ γὰρ βασιλέως Νικηφόρου τὰς πλείστας Συρίας καὶ Φοινίκης πόλεις παραστησαμένου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν Ἰωάννου τὰ ἁλωκότα κρατυναμένου καὶ μέχρι Δαμασκοῦ τὴν ἐπικράτειαν παρατείναντος, ἐπείπερ ὁ μετ' αὐτοὺς Βασίλειος πρότερον μὲν ὑπὸ τῶν ἐμφυλίων ἀσχολούμενος πολέμων, ὕστερον δὲ καὶ τοῖς κατὰ τοῦ Σαμουὴλ ἔργοις προσλιπαρῶν [P. 725] οὐκ ἔσχεν εὐκαιρίαν καλῶς καὶ ὡς ἐνεδέχετο τὰ ἐν τῇ Ἑῳ κατασφαλίσασθαι, ἀλλ' ὅσον ἐν φαντασίᾳ γενόμενος ἐκεῖσε, καὶ ὡς ὁ καιρὸς ἀπῄτει ταῦτα καταστησάμενος, εἶθ' ὑποστρέψας καὶ ἀσχολίαν ἔμμονον ἔχων καὶ φροντίδα τὸ τῶν Βουλγάρων ὑποτάξαι γένος, ἀφορμὴ γέγονε τοῦ τὸν ζυγὸν ἀπορρῖψαι τὰς δυνατωτέρας τῶν πόλεων καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀναζητῆσαι ἐλευθερίαν. Ἀλλ' ἕως μὲν οὗτος περιῆν, ἐμελετᾶτο μὲν ἡ ἀπόστασις, κρύβδην δὲ καὶ οὐ φανερῶς. Τούτου δὲ τὸ χρεὼν ἀποτίσαντος, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου ἀμελῶς βασιλεύον-

Hoc tempore in Thracensi provincia prodigiosum quippiam accidit, apud radices montis Cuzenæ, ubi fons est aquæ limpidissimæ. Vox enim ibi quædam exaudita est miserabilis, ejulatibus et lamentis permixta, quasi gemebundæ mulieris; neque hoc semel aut iterum, sed noctes diesque continuo a mense Martio usque ad Junium. Cumque nonnulli accessissent speculatum locum unde vox edebatur, alio ejulatus isti transiverunt. Præmonstrabat autem, opinor, hoc portentum cladem Romanorum in Cœlesyria acceptam. Etenim Nicephorus imperator urbes Syriæ ac Phœniciæ plerasque ceperat et ab eo parta Tzimiscas successor confirmarat, imperiumque ad Damascum usque protulerat. Basilius autem, qui post hos imperavit, civilibus primum bellis occupatus, deinde totus bello Samuelico intentus, non habuerat opportunitatem Orientis res constituendi, sed quasi per imaginationem eo interdum animum trajecerat, et utcunque **490** curatis iis totum se Bulgaricæ genti subigendæ dederat. Ea fuit occasio urbibus potentioribus Orientis jugum Romanum excutiendi suamque recuperandi libertatem. Sed eæ cum vivente adhuc Basilio defectionem occulte tantum molirentur, eo sublato et Constantino fratre imperium negligenter gerente, iisque modo quas ostendimus rebus dedito omnium aliorum secure repudiata cura, Saraceni licentiam adepti præsidia urbium expugnaverunt atque interfecerunt. Præ reliquis rem gessit Chalepi (ea est Berrhœa) præ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(81) **Monasterium.** Goar.

fectus, qui continentibus incursionibus Antiochiam ac vicina Romanis subdita vexabat. Adversus hunc Spondyles Antiochiæ dux vivente adhuc Constantino expeditionem fecit, præclarum nimirum aliquod editurus facinus; pugnaque commissa, magna cum suorum clade superatus, turpiter Antiochiam perfugit. Decepit arte hunc Spondylam etiam Arabs quidam Musaraphus nomine, in bello a Potho Argyro captus ac Antiochiæ in vinculis detentus. Is Spondylam ei urbi præfectum animadvertens hominem esse mobilem, se magnifice commodaturum pollicitus est Romanis, si vinculis liberaretur, omniaque eorum consilia expediturum, et Arabibus plurimum damni daturum. **491** Locum quoque monstravit, in quo si castellum exstrueretur sibique committeretur, rem Romanam haud leviter esset adjuturus. Spondyles ejus fallacia non intellecta vinculis hominem solvit, castellumque uti suaserat condidit, et mille Romanis præsidii loco impositis Musaraphum ei præfecit. Musaraphus consecutus quod volebat, occulte cum amera Tripolis et Tusbero summo Ægyptii principis duce re composita, missum ab iis exercitum in castellum admisit, Romanoque præsidio cæso ipsis tradidit. Exinde semper Saracenorum res potior Romana fuit, neque ullam fecere in Syriacam Romanorum ditionem grassandi intercapedinem.

A τος καὶ ῥᾳθυμῶς, καὶ ἐπ' ἐκείνοις ἔχοντος τὸν σκοπὸν ἅπερ ὁ λόγος φθάσας ἐστηλογράφησε, τῶν δ' ἄλλων ἀλιγωρίαν κατασκεδάσαντος οὐ τὴν τυχοῦσαν. ἀδείας οἱ Σαρακηνοὶ λαβόμενοι τάς τε ἐν ταῖς πόλεσι φρουρὰς ἐξεπόρθησαν, ἀνελόντες καὶ τοὺς φρουροὺς, κατ' ἐξαίρετον δὲ ὁ τῆς Βερρόίας ἀρχηγὸς, ἣν καὶ Χάλεπ καλοῦσιν· ἐκδρομάς τε γὰρ ἐποίει συνεχεῖς, καὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἐνάκου καὶ τὰ ὁμοροῦντα ἔθνη καὶ πρόσοικα τὰ τοῖς Ῥωμαίοις ὑπήκοα. Πρὸς ὃν ὁ Σπονδύλης τῆς Ἀντιοχείας, ὡς εἴρηται, κατάρχων ἐκστρατεύει ἔτι περιόντος τοῦ Κωνσταντίνου, βουλόμενος τάχα νεανικόν τι καὶ γενναῖον ἐνδείξασθαι. Καὶ συμβαλὼν τῷ τῆς Βερρόίας ἐξηγουμένῳ ἡττᾶται, καὶ πολὺς μὲν γίνεται τῶν σὺν αὐτῷ φθόρος, αὐτὸς δὲ αἴσχιστα εἰς Ἀντιόχειαν διασώζεται. Κατεστρατ-

B ήγησε δ' αὐτὸν καί τις Ἄραψ, Μουσάραφ τὴν προσηγορίαν, τρόπῳ τοιῷδε. Οὗτος γὰρ ὁ Μουσάραφ δορυάλωτος κατεχόμενος ἐν' Ἀντιοχείᾳ (ἦν γὰρ κατασχεθεὶς ὑπὸ Πόθου τοῦ Ἀργυροῦ), ἐπείπερ αἱ τῆς ἡγεμονίας ἦνίαι εἰς τὸν Σπονδύλην μετέπεσον, κατανενοηκὼς τὸν ἄνθρωπον εὐρίπιστον, ὑπέσχεσο μεγάλα χρησιμεῦσαι Ῥωμαίοις, εἰ ἀνεθείη τῶν δεσμῶν, καὶ πάντα ἐπιτελέσειν τὰ κατὰ σκοπόν· τά τε γὰρ ὁμόφαλα κακῶσαι κατεπηγγέλλετο, καὶ τόπον ἐπιδεικνὺς, εἰ φρούριον ἐν αὐτῷ δομηθείη καὶ αὐτῷ παραδοθείη, οὐ μικρὸν ὄφελος ἔσεσθαι Ῥωμαίοις. Οὗ τὰς ῥᾳδιουργίας μὴ συνεὶς ὁ Σπονδύλης τῶν τε κλοιῶν ἀφῆκεν αὐτὸν, καὶ τὸ φρούριον ὡς ἐκέλευσεν ἐδομήσατο, καὶ αὐτῷ τὴν φυλακὴν ἐπετρέψατο, χιλίους φρουροὺς ἐγκαταστήσας ἐν τούτῳ Ῥωμαίους. Ὁ δὲ Μουσάραφ τυχὼν οὗπερ ηὔχετο καιροῦ, λάθρα τῷ Τριπόλεως ἀμηρᾷ καὶ Τούσβερ τῷ ἀρχιστρατήγῳ τοῦ Αἰγυπτίου προσδιαλεχθεὶς λαὸν ὑπ' αὐτῶν πεμφθέντα δεξάμενος τούς τε χιλίους ἀναιρεῖ καὶ τὸ φρούριον αὐτοῖς παραδίδωσι. Καὶ οὐ διέλιπον ἐξ ἐκείνου ἐξ ὑπερδεξίων φερόμενοι οἱ Σαρακηνοὶ διαφθείρειν τὰ ἐν Συρίᾳ Ῥωμαίοις ὑπήκοα καὶ λυμαίνεσθαι.

Romanus ergo Spondyle loco moto successorem mittit Constantinum Carantenum, sororis suæ maritum; et ipse eum sequitur, adque bellum Saracenis inferendum sese comparat. Jam ad Philomilium pervenerat Romanus, cum legati a Berrhœa occurrunt cum muneribus, veniam petentes, et se pristinam servitutem servituros ac annuum tributum cum bona gratia persoluturos promittentes. Erant in exercitu Romani multi bello clari viri, interque hos Joannes Chaldas patricius, qui imperatori suadebant ut conditionem acciperet, neve æstate in Syriam duceret, quo tempore iis in locis aqua deficit et Arabes subsisti nequeunt, quippe **492** assueti earum regionum calorem æstumque et ardorem solis tolerare, Romanis, utpote gravi armatura utentibus, intolerabilem. Sed Romanus nihil eorum consilia moratus, priorum imperatorum memoria recolens res præclare gestas, cupiensque ipse etiam forte aliquod edere facinus, in Syriam abiit; ac castra posuit ad Azazium castellum, bidui itinere a Berrhœa dissitum. Exinde rei gerendæ intentus, Leonem Chœrosphactam patricium, excubitorum ducem, cum sua cohorte mittit speculatum, numnam Arabes accederent, et quorsum transferre castra conduceret. Verum is insidiis Arabum interjectas planities custodientium atque ipsum capto tempore subito adorientium

C Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁ Ῥωμανὸς μεθίστησι τῆς ἀρχῆς, διάδοχον αὐτῷ πέμψας τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον τὸν Καραντηνὸν ὑτρεπίζετο δὲ καὶ αὐτὸς κατόπιν ἀπελθεῖν τῶν Σαρακηνῶν. [P. 726] Ἤδη δὲ τὸ Φιλομίλιον καταλαβόντος αὐτοῦ ἦλθον πρέσβεις ἐκ Βερρόίας μετὰ δώρων ὅτι πολλῶν, παρακαλοῦντες συμπαθείας τυχεῖν καὶ τὴν πρὶν δουλείαν ἐπαναδέξασθαι καὶ τοὺς ἐτησίους εὐγνωμόνως προσφέρειν φόρους. Πολλῶν δὲ κἀγαθῶν στρατιωτῶν συστρατευομένων αὐτῷ παρακαλούντων τὴν πρόκλησιν δέξασθαι, ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ πατρίκιος Ἰωάννης ὁ Χάλδας, καὶ μὴ ἐκστρατεῦσαι κατὰ Συρίας ἐν καιρῷ θέρους, ὁπότε τό τε ὕδωρ ἐν αὐτῇ σπανίζει καὶ τὸ μὲν Ἀράβων ἔθνος ἀνυπόστατόν ἐστιν οἷα ἐνειθισμένον φέρειν γενναίως τὰ ἐγχώρια θάλπη καὶ τοὺς φλογμοὺς καὶ τοὺς καύσωνας, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πανοπλῖται

D τυγχάνοντες οὐ τληπαθῶς ἔχουσι πρὸς τὴν ὥραν, μηδενὸς ἐπιστροφὴν ποιησάμενος, ἀλλ' ἐξ ὑπογύου τὰ τῶν πρὸ ἑαυτοῦ βασιλέων ἔχων ἀνδραγαθήματα. καὶ σπεύδων καὶ αὐτὸς ἀνδρῶσί τινα ἐπιδείξασθαι, ἄπεισιν ἐν Συρίᾳ. Καὶ στρατοπεδείαν πηξάμενος ἔν τινι φρουρίῳ δύο ἡμερῶν ὁδὸν Βερρόίας ἀπέχοντι (Ἀζάζιον ὄνομα τῷ φρουρίῳ) ἐσκόπει τὸ μέλλον. Ἐν ᾧ κατεσκηνωμένος τὸν τῶ. ἐξκουβίτων ἄρχοντα τὸν πατρίκιον Λέοντα τὸν Χοιροσφάκτην μετὰ τοῦ οἰκείου τάγματος ἐπὶ κατασκοπῇ στέλλει, εἴ τινές τε ἐπίοιεν κατοψόμενον. Ἄρηβες, καὶ ὃση δὴ λυσιτελὲς

μεταθεῖναι τὴν στρατοπεδείαν. Ἀλλὰ τοῦτον οἱ ἐνεδρεύοντες καὶ τὰ ἐν τῷ μεταξὺ πεδία φυλάσσοντες Ἄραβες καιροσκοπήσαντες καὶ αἰφνίδιον ἐπιθέμενοι κατέσχον, τὸν δὲ μετ' αὐτοῦ λαὸν διεσκέδασαν. Ἐς τοσοῦτον δὲ προῆλθον τόλμης καὶ ἀναιδείας ὡς ἀναφανδὸν ἐπικόπτειν Ῥωμαίοις τὴν χορτολογίαν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἀναγκαίων συλλογήν. Πλέον δ' αὐτοὺς ἐκάκουν ἐν τοῖς ὕδασι· πιεζόμενοι γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ τούτων ἵπποι καὶ τὰ ὑποζύγια, ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τοῦ δίψους εἰς προφανῆ ἑαυτοὺς συνώθουν τὸν κίνδυνον, καὶ οἱ ἁλισκόμενοι προσαπώλοντο. Τότε δὴ καὶ Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Δαλασσηνὸς ἐκπεμφθεὶς ἀνακόψαι τοὺς ἐπεμβαίνοντας Ἄραβας καὶ ἀνδρικόν τι καὶ γενναῖον διαπράξασθαι, καὶ τούτοις συμπλακεὶς καὶ ἀκόσμως φυγὼν, μεγάλης ταραχῆς καὶ συγχύσεως τὰ Ῥωμαίων ἐνέπλησε καὶ τὸν βασιλέα αὐτόν· ἐπανελθόντος γὰρ αὐτοῦ τεθορυβημένου καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν ταραχῆς ἐμφορήσαντος καὶ ἀκοσμίας, οὐκέτι τοῦ λοιποῦ μάχης λόγος ἐτύγχανεν, ἀλλ' ἕκαστος, ὡς πη δυνατὸν ἦν, τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ἐπραγματεύετο. Βουλῆς οὖν προτεθείσης ἔδοξεν ἑωθεν διαλύσαντας τὴν τάφρον ἐπαναζευγνύειν εἰς Ἀντιόχειαν. Καὶ δὴ κατὰ τὴν δεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ιγ', ἔτους ,ςφλη', κατὰ τὰ βεβουλευμένα τὰς τῆς στρατοπεδείας ἀνοίξαντες πύλας ἁπανταχῇ τῆς ἐπ' Ἀντιόχειαν εἶχοντο, οἱ πλείους μὲν κοιλιακῷ κατειργασμένοι νοσήματι, οἱ πλείους δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τοῦ δίψους κατειργασμένοι. Οἷς ἐξελθοῦσι τῆς παρεμβολῆς μετὰ βύμης οἱ Ἄραβες ἐπιτίθενται. [P. 727] Τῶν δὲ μηδ' ὅλως ὑποστάντων τὴν ὁρμὴν γίνεται τροπὴ φρικωδεστάτη, καὶ οἱ μὲν ὑπ' ἀλλήλων ἐπατοῦντο καὶ διεφθείροντο, οἱ δὲ ζωγρίαι ἡλίσκοντο. Ἔνθα τι καὶ συνέβη χάριεν γενέσθαι· τῶν γὰρ στρατηγῶν, οἷς ἐπ' ἀνδρίᾳ μέγα ὄνομα ἦν, καὶ τῶν στρατιωτῶν μηδενὸς ὑποστῆναι τολμώντων τὸν κίνδυνον, ἀλλ' ἀγεννῶς ἀποδιδρασκόντων, εὐνοῦχός τις τῶν βασιλικῶν θαλαμηπόλων τὴν ἑαυτοῦ φερομένην ἰδὼν ἀποσκευὴν καὶ τοὺς ὑπηρέτας, καὶ μὴ ἐνεγκὼν μετρίως τὸ πάθος, τὸν ἵππον τῇδὲ κἀκεῖσε συνταράξας ἔπεισι μετὰ σφοδρᾶς ὁρμῆς κατὰ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ τόξον ἐντείνας βάλλει μὲν ἕνα, τρέπει δὲ τοὺς ἄλλους, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ἑλὼν ὑπέστρεψε γεγηθώς. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐγγὺς ἐλθὼν τοῦ ἁλῶναι περισώζεται εἰς Ἀντιόχειαν, ἐκθύμως ἀγωνισαμένων τῶν βασιλικῶν ἑταίρων καὶ διασωσάντων ἑαυτούς τε καὶ τὸν βασιλέα.

A interceptus, cohorsque ejus dissipata est. Quin eo etiam audaciæ atque petulantiæ progressi sunt Arabes, ut palam pabulationibus Romanos arcerent aliarumque rerum necessariarum comportatione; ac maxime eos aquatum egredientes infestabant. Nam siti vexati Romani et equi eorum ac jumenta aquæ parandæ causa se in apertum dabant periculum, deprehensique interficiebantur. Quo tempore etiam Constantinus patricius Dalassenus missus ad reprimendum ingruentes Arabes ac fortiter rem gerendam, commissa pugna turpiter fugiens et cum trepidatione in castra reversus, tantum tumultum **493** ac confusionem excitavit, ut jam nulla pugnæ mentio fieret, sed quivis de salute sibi quocunque modo paranda cogitaret. Et concilio advocato placuit postridie castra movere atque Antiochiam B abire. Ergo decima die Augusti, indictione decima tertia, anno mundi 6538, sicuti fuerat decretum, omnibus portis castrorum apertis Romani iter Antiochiam versus ingrediuntur, plerique cœliaco morbo vexati, pluresque siti confecti. In eos castris egressos Arabes impetum faciunt; quem nemo sustinuit, sed fugam facere periculosissimam, aliis captis, aliis a se invicem obtritis atque conculcatis. Accidit ibi quippiam non indignum relatu. Etenim ducibus, qui fortitudinis fama magnum habebant nomen, militibusque subsistere non audentibus, sed turpiter diffugientibus, eunuchus quidam de regis cubiculi ministris impedimenta servosque suos diripi videns, idque non ferens mediocriter, equo hac illac circumacto magno cum impetu in C hostes fertur, arcumque tendens unum eorum dejicit, reliquos in fugam, vertit, receptisque suis rebus lætus revertitur. Imperator ægre Antiocham pervenit; fuissetque ab hoste captus, nisi imperatorii sodales strenue pugnando se ipsumque eripuissent.

Τότε δὴ Γεωργίου τοῦ Μανιάκη τοῦ θέματος στρατηγοῦντος Τελοὺχ, Ἄραβες ὀκτακόσιοι μετὰ γαύρου τοῦ φρονήματος ὑποστρέψαντες ἀπὸ τῆς τροπῆς καὶ D πρὸς αὐτὸν παραγενόμενοι εἶχειν τὴν ταχίστην ἐκέλευον καὶ τὴν πόλιν καταλιπεῖν τοῦ βασιλέως ἁλωκότος καὶ παντὸς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος ἄρδην ἀπολωλότος, καὶ μὴ ἑαυτὸν προφανεῖ κινδύνῳ ἐκδεδωκέναι· ἡμέρας γὰρ διαλαμπούσης οἰκτρῶς αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀπολοῦνται περιστοιχισθέντες. Ὁ δὲ δέχεσθαι τάχα τὴν παραίνεσιν δόξας καὶ ποιήσειν τὸ κελευόμενον ὑποπτευθεὶς, σῖτά τε καὶ ποτὰ τούτοις ἀποχρώντως ἐκπέμψας διαναπαύειν ἐκέλευεν ἑαυτοὺς, ὡς ἅμ' ἡμέρᾳ αὐτὸς μὲν σὺν τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ ἀπαλλαγήσεται, αὐτοὺς δὲ κυρίους καταστήσει τῆς πόλεως Τελοὺχ (82) καὶ πάντων τῶν

494 Sub id tempus provinciæ Teluchæ præerat Georgius Maniaces. Ad eum Arabes octingenti fugatis Romanis revertentes accesserunt, superbe ferocientes; jusseruntque eum, quando captus imperator et deletæ Romanorum jam essent copiæ, statim urbe abire neque se in certissimum discrimen dare: alioqui eum prima luce circumdatum cum suis misere occisum iri. Georgius obtemperare se eis simulans, ut opinionem eam in barbarorum animis confirmaret, cibi potusque abunde eis ex urbe misit, quiete se eos jubens reficere, et significans mane se cum suis discessurum, ipsisque urbem Telucham et omnia Romanorum bona traditurum. Eis verbis ac facto Arabes decepti potationi se et ebrietati dederunt, noctemque eam

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(82) Regio et urbs circa Taurum montem. Ortelius ex Curopalate. GOAR.

securi absque omni cura exegerunt, certo sibi persuadentes postridie se omnibus potituros. Media nocte ebrios barbaros et secure dormientes adoritur Manacies et internecione delet; camelis etiam potitur 280, onustis omnis generis opum Romanarum; naresque et aures occisorum amputans ad imperatorem adfert, qui jam a fuga in Cappadocia Phocæ domum venerat ibique morabatur. Ejus facinoris causa imperator Georgium inferioris Mediæ ducem fecit.

A Ῥωμαϊκῶν χρημάτων. Οἱ δὲ τοῖς τε λόγοις καὶ τοῖς ἔργοις φενακισθέντες, καὶ ὡς αὔριον τάχα ἀπολήψεσθαι τὰ πάντα ὑπειληφότες, πρὸς πότους καὶ μέθας ἐτράπησαν καὶ ἐν πάσῃ ἀδείᾳ καὶ ἀμεριμνίᾳ διενυκτέρευον. Ὁ δὲ περὶ μέσας νύκτας οἰνωμένοις αὐτοῖς καὶ ἀφροντίστως κοιμωμένοις ἐπιτίθεται, καὶ τούτους μὲν πάντας ἀπέσφαξεν, ὑφείλετο δὲ καὶ διακοσίας ὀγδοήκοντα καμήλους πεφορτωμένας καὶ πλήρεις ἀγαθῶν παντοίων Ῥωμαϊκῶν. Τὰς δὲ ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα τῶν πεσόντων ἀποτεμὼν διεκόμισεν ἐν Καππαδοκίᾳ τῷ βασιλεῖ, ἤδη ἀπὸ τῆς φυγῆς κατειληφότι τὸν τοῦ Φωκᾶ οἶκον καὶ ἐν αὐτῷ διατρίβοντι. Ὃν ὁ βασιλεὺς τοῦ ἔργου ἀποδεξάμενος κατεπάνω τῆς κάτω Μηδίας ἀποδείκνυσιν.

A γείτονας τῆς ἐκ τῶν μοναχῶν κακότητος καὶ πλεονεξίας ἐλευθεροῦν. Ὃ καὶ εἴθε εἰς τέλος αὐτῷ κατώρθωτο, οὐκ ἐπὶ τοῖς σεμνείοις μόνοις, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πᾶσιν ἁπλῶς. Οὕτως μὲν οὖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ ᾠκονόμηται, καὶ ἡ βασιλὶς τοῦτον εἶχε τῶν πόλεων. Ὁ δὲ πατριάρχης τῇ τοῦ βασιλέως ἁπλήστῳ εὐνοίᾳ θαῤῥήσας ἐφρονηματίσατο κατ' αὐτοῦ, οὐκ αἰτήσεσι καὶ παραινέσεσι χρώμενος, εἴ ποτέ τινος δέοιτο καὶ ὑπέρ τινος, ἀλλὰ πολλάκις ἀποτυγχάνων διὰ τὸ τῶν αἰτήσεων συνεχὲς καὶ φορτικὸν ἀπειλαῖς ἐχρῆτο καὶ ἐπιτιμίοις ἀτόποις, καὶ εἴγε μὴ πείθοιτο, καὶ τῆς βασιλείας ἔκπτωσιν ἀπειλούμενος, τὸ δημῶδες τοῦτο καὶ καθημαξευμένον ἐπιλέγων, « Ἐῶ σε ἔκτισα (2), φοῦρνε · ἐῶ ἵνα σε χαλάσω. » Ἐπεβάλετο δὲ καὶ κοκκοβαφῆ περιβαλεῖν πέδιλα, τῆς παλαιᾶς ἱερωσύνης φάσκων B εἶναι τὸ τοιοῦτον ἔθος, καὶ δεῖν τούτοις κἂν τῇ νέᾳ κεχρῆσθαι τὸν ἀρχιερέα · ἱερωσύνης γὰρ καὶ βασιλείας τὸ διάφορον οὐδὲν ἢ καὶ ὀλίγον εἶναι ἔλεγεν, ἐν δέ γε τοῖς τιμιωτέροις καὶ τὸ πλέον τάχα καὶ ἐρίτιμον. Ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς ἐνωτιζόμενος ὑπ' ὀδόντα λαλούμενα ἔσπευσε μᾶλλον δρᾶσαι ἢ παθεῖν. Ὅθεν τῆς τῶν ἀρχαγγέλων ἐφισταμένης ἑορτῆς ἔξεισι μὲν ὁ πατριάρχης εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως φιλοτίμως τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκτελέσαι σπουδάζων· ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν καιρὸν ὡς ἔρμαιον ἁρπάσας, ἵνα μὴ θόρυβος καὶ τάραχος γένηται ὑπειδόμενος, στῖφος στρατιωτικὸν ἀποστείλας (Βαράγγους (3) αὐτοὺς ἡ κοινὴ ὀνομάζει διάλεκτος) ἀνάρπαστον ἐκ τοῦ θρόνου ἀτίμως [P. 809] ἐπαίρουσι, καὶ ἡμιόνῳ καθίσαντες συνήλαυνον ἄχρι τῆς ἐν C Βλαχέρναις ἀκτῆς αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀνεψιοὺς αὐτοῦ, ἐκεῖθεν τε λέμβῳ ἐμβληθέντα εἰς Προικόννησον περιορίζουσι. Κοινολογησάμενος δέ τισι τῶν μητροπολιτῶν καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ καθαιρέσεως συνδιασκεψάμενος, τοὺς λογιωτέρους αὐτῶν ἐπιλεξάμενος δηλοῖ δι' αὐτῶν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχιερωσύνην, πρὶν ἂν ἀτίμως αὐτὴν ἀποβάληται συνόδῳ καὶ συλλόγῳ τῶν κατ' αὐτοῦ δημοσιευθέντων. Ἀνάλωτος δὲ τούτοις ὀφθεὶς καὶ ἀτρεπτότερος, τά γε ἐπ' αὐτῷ ἀπέγνωστο αὐτῷ ἡ καθαίρεσις. Φροντίζοντος δὲ τοῦ βασιλέως περὶ ταύτης διηνεκῶς, ἐν τῷ μέσῳ μεταλλάττει τὸν βίον ὁ πατριάρχης εἰρηνικῶς. Ὧ δὲ βασιλεὺς μετανοίᾳ βληθεὶς τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰσάγει ἐντίμως καὶ τῇ μονῇ αὐτοῦ ἀποτίθεται, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῷ συμβάντι θαύματι αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ · D ἡ γὰρ χεὶρ ἡ δεξιὰ τοῦ πατριάρχου σταυροειδῶς σχηματισθεῖσα (4), ᾗ ἔθος εὐλογεῖν ἐπιφωνοῦντι

JACOBI GOARI NOTÆ.

(2) Abundat loquendi Græcorum usus proverbiis, quos μύθους vocant. In hoc particulam ἐῶ depravatam censeo, cum, nonnisi qui ore sunt blæso, τὸ ἐγώ etiam rustici pronuntient integerrime. Particulæ ἵνα vel νά quandoque, ut hic, futuri nota est, Verbum χαλῶ *perdo*, *corrumpo*, *destruo*, *dejicio* communiter significat.

(3) Βάραγγοι quasi dicas Φράγγοι, scribit Gretserus in Codinum. At quasi divinat Gretserus, qui Anglos, Græcorum auxiliarios et imperatoris satellitium vel virtute promeritos vel ad illud missa legatione advocatos, Βαράγγους quasi Φράγγους vocatos censet. An non occidentalis quilibet, Gallus, Italus, Germanus Græcis Φράγγος? cur Βαράγγος Anglus quasi Φράγγος? Ex Matthæi Paris Anglorum historici lexico edoceo. *Baranagium*, ait, sive *barnagium*, quod et *baronagium*, procerum regni senatus est et cœtus, vulgo *varlamentum*, a cujus nobilitate stipendiarii Græcorum Angli, vanam titulorum libidinem Græcanico more sectati, nomen sibi βαράγγων in Curia CP. finxerunt et adaptarunt. Barangos porro fuisse Anglos non dissimulat Codinus, qui etiam eos Ἰγγλινιστὶ loquentes inducit. Vide p. 723.

(4) Conformatur in crucem pontificis vel sacerdotis manus, cum police medio digito superposito

τῷ λαῷ τὴν εἰρήνην (5), μεμένηκεν ἄτρεπτος, μὴ συναλλοιωθεῖσα τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος. Προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Κωνσταντῖνος πρόεδρος καὶ πρωτοβεστιάριος ὁ Λειχούδης, πρότερον ψήφου προβάσης ἐπ' αὐτῷ παρὰ τῶν μητροπολιτων καὶ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς, ἀνὴρ μέγιστον διαλάμψας τοῖς βασιλικοῖς πράγμασιν ἀπό τε τοῦ Μονομάχου καὶ μέχρι τοῦ καιροῦ, καὶ μέγα κλέος ἐπὶ τῷ μεσασμῷ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως ἀπενεγκάμενος καὶ τῆς τῶν Μαγγάνων προνοίας, καὶ τῶν δικαιωμάτων φύλαξ (6) παρὰ τοῦ εἰρημένου βασιλέως καταλειφθείς. Εἰ καὶ προβέβλητο γοῦν, οὐκ ἀνενδοιάσιμον τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τὴν πατριαρχίαν ἐκέκτητο καὶ ἀναμφήριτον, ἀλλ' ὁ βασιλεὺς φροντίζων ὅπως τῶν τοιούτων δικαιωμάτων ἐγκρατὴς γένηται, τοῦτον καιρὸν ἐπιτήδειον οἰηθεὶς, πρεσβύτερον χειροτονηθέντα ἐπέσχε τὴν ἐντελῆ χρίσιν τῆς ἀρχιερωσύνης. ἄχρις ἂν, φησὶ, τὰ ὑποτονθορυζόμενα κατὰ σοῦ σκοπηθῇ συνοδικῶς τε καὶ κανονικῶς. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος μὴ ἀγνοήσας δι' ὃν ταῦτα τρόπον τυρεύεται κατ' αὐτοῦ, τὸ τῆς αἰσχύνης ἀδόκητον λογισάμενος, φέρων τὰ ζητούμενα τῷ βασιλεῖ ἐπιδίδωσι. Καὶ ἔκτοτε ἀδιστάκτως καὶ δίχα τινὸς προφάσεως πάντα τελεῖται ἐπ' αὐτῷ ὅσα ἔθος τελεῖν ἐπὶ τοῖς χειροτονουμένοις. Γέγονε δὲ δωρηματικὸς καὶ προνοητικὸς, οὐ τῶν τῆς Ἐκκλησίας μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἁπλῶς, ὡς μηδένα ὑπολειφθῆναι τῆς αὐτοῦ προνοίας ἀμέτοχον, τὸν μὴ τῆς αὐτοῦ χειρὸς ἀπολαύσαντα.

Τῶν Οὐγγάρων τὴν πρὸς Ῥωμαίους εἰρηνην διαλυσάντων [P. 810] καὶ τῶν Πατζινάκων δὲ ἐξερπυσάντων τῶν φωλεῶν οἷς ἐνεκρύβησαν καὶ τὴν παρακειμένην χώραν σινόντων, τὰ πρὸς τὴν ἐκστρατείαν ἐξαρτύσας ὁ βασιλεὺς ἔξεισι πασίῤῥωμος εἰς Τριάδιτζαν. Ἐκεῖσέ τε πρέσβεις πρὸς τῶν Οὐγγάρων δεξάμενος, τὴν μετ' αὐτῶν εἰρήνην κυρώσας ὡς ἐνῆν, ἐπὶ τοὺς Πατζινάκους ἐξώρμησε. Διῃρημένων δὲ αὐτῶν κατὰ γενεὰς καὶ φατρίας, οἱ μὲν λοιποὶ ἡγεμόνες τῷ βασιλεῖ ὑποκλιθέντες εἰρηνικά τε καὶ φίλια ἐφρόνησαν, μόνος δὲ ὁ Σελτὲ χεῖρα δοῦναι τῷ βασιλεῖ οὐκ ἠθέλησε, τοῖς ἕλεσι τοῦ Ἴστρου, οἷς συνέφυγε, καὶ τῇ ἐκεῖσε ἀποκρήμνῳ πέτρᾳ ἐπερείδόμενος· οἷς καὶ θαῤῥήσας εἰς τὸ πεδίου ἐξῆλθε, συῤῥάξαι τῷ βασιλεῖ προθυμούμενος. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τῆς οἰκείας ἀπονοίας ἐκομίσατο τὰ ἐπίχειρα· βραχείας γὰρ μερίδος τῶν βασιλικῶν ἀντιταχθείσης αὐτῷ φυγὰς ᾤχετο, καὶ κρησφύγετον αὐτοῦ ληφθὲν κατεριζώθη ἐκ βάθρων αὐτῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τὸ τοῦτον τροπώσασθαι καὶ ἀφανίσαι ἔρδην ἀναζεύξας ἐσκήνωσεν ἐν τῷ Λοβιτζῷ περὶ τοὺς αὐτοὺς πρόποδας. Ῥαγδαῖος δὲ ὄμβρος τῇ παρεμβολῇ ἐπικαταῤῥαγεὶς καὶ νιφετὸς ἔξωρος

guram conformata, ut mos est benedicendi populo acclamanti pacem, ita firma permansit, neque cum mortuo corpore est immutata. Sufficitur in ejus locum patriarcha Constantinus Lichudes præses et protovestiarius, qui prius metropolitanorum et cleri totiusque populi suffragiis delectus fuerat, vir ob regia atque civilia munera clarissimus a Monomacho usque ad illud tempus; quique magnam gloriam ob rei publicæ administrationem reportaverat **645** et Manganorum procurationem, ac juris custos ab eo imperatore quem diximus relictus fuerat. Et quamvis delectus fuisset, non sine contentione archiepiscopatum et patriarchatum, neque sine controversia adeptus est. Verum imperator studens talia sibi jura vindicare, hoc ipsi tempus idoneum ratus, presbyterum ordinatum vetuit ne archiepiscopatus unctionem perfectam acciperet, quoad, inquit, ea quæ contra te jactantur per synodum canonice examinentur. Constantinus autem non ignorans hæc quomodo contra se inquirerentur, inopinatum dedecus secum reputans, quæ quærebantur tradidit imperatori. Ex eo tempore sine controversia et sine excusatione omnia ab ipso perficiebantur, quæcunque in initiandis pontificibus consuevere. Fuit etiam munificus, et rationem habuit non Ecclesiæ tantum sed etiam omnium omnino, ita ut curæ illius nemo expers esset, qui ejus liberalitatem non percepisset.

Cum vero Ungari pacem violassent erga Romanos, et Patzinacæ e lustris, in quibus delituerant, erupissent, læderentque finitimam regionem, imperator paratis iis quæ ad perfectionem exercitus usui essent, cum omnibus viribus se Triaditzam confert, ibique ab Ungaris accepta legatione, cum pacem confirmasset ac pro viribus stabilisset, in Patzinacas profectus est. Quibus divisis secundum gentes et tribus, reliqui **646** duces imperatori se submittentes pacem et amicitiam amplexi sunt: solus Selte manum dare imperatori noluit, Istri paludibus quo confugerat, et prærupta quæ illic erat petra nixus. Quibus etiam fretus in planitiem erupit, prompto animo cupiens cum imperatore manum conserere. Sed brevi tempore suæ dementiæ præmia tulit, siquidem cum exigua imperatoris militum manus ipsis restitisset, fugit, et ejus refugium captum ab ipsis fundamentis est dirutum. Imperator autem post ipsum profligatum atque deletum funditus inde profectus ad Lobitzum tabernacula posuit, ad montis radices. Vehemens autem imber in castra delatus et nix intempestiva (erat enim Septembris dies vicesima quarta, qua

JACOBI GOARI NOTÆ.

ex utroque crux componitur: reliqui porro digiti manent extensi, cunctique simul vocum harum Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ litteras primordiales demonstrant, auricularis videlicet rectus τὸ I, medius et pollex in crucem acti τὸ X, medius et index parum dissiti τὸ N. Hæc Thessalonicensis et Malaxus, de quo alibi.

(5) Pace nimirum a pontifice vocibus his εἰρήνη ὑμῖν cœlitus invocata, benedictionem poscenti.

(6) Roma jure cuipiam obvenientia, non modo jus ipsum et legem vocant moderni δικαιώματα: ac ideo δικαιωμάτων φύλαξ apud eosdem est qui nobis regiorum jurium defensor, qui et regius procurator.

protomartyris Theclæ memoriam celebrant Christiani) multum detrimenti et calamitatis militibus attulit. Nam omnis fere equitatus, et eorum qui aderant plurimi, frigore et imbre, cum nudi essent et imparati, interierunt, ac præter omnem spem ad victum necessaria defecerunt, relictis tantum quæ fluminum impetu superfuerant et imbri. Cum autem mediocriter pluvia remisisset nivesque cessassent, ingressus imperator, et plurimis in flumine amissis, sub umbram cujusdam arboris cum paucis quibusdam primoribus se recepit; ac paulo post edito a quercu sono parum progreditur imperator, fere quantum arboris ipsius longitudo contingeret, quæ radicitus evulsa supina in terram decidit. Obmutuit imperator, **647** considerans qualis mortis periculum vix evaserit. Neque hoc erat bonum augurium, quod acciderat, sed initium calamitatis quam mox esset accepturus, et eorum quæ jam commisisset pœnarum exactio. Verum pro eo casu gratias agens Deo templum in palatio Blachernarum protomartyri Theclæ dedicatum pulcherrimum construxit, et exercitum perducens cito se ad regiam urbem recipere festinabat, cogitans de rebellione quam audiverat in Oriente. Qua falsa comperta, sese venationibus oblectare cœpit et aliis quæ animi relaxandi gratia fiunt, per fretum, quod est ante regiam urbem ascendens. Hora vero prandii fulmen in ea loca quibus Neapolis nomen est irruit; et porcus nescio unde apparens, in se provocavit imperatorem, quem usque ad mare persecutus imperator expulit. Ubi vero mare subiens porcus haud amplius apparuit, fulgore quodam instar fulguris perstrictus imperator de equo dejectus est, et humi spumam ex ore edens devolvebatur. In parvum autem navigium impositus ad regiam defertur. Attonitus tamen et ob afflatum se ipsum minime sentiens, morbaque dies aliquot detentus mortem exspectabat, et idcirco ad placandum sibi Deum pœnitentiam amplectitur, et imperatoriam potestatem, quam sibi injuria vindicarat, libens deponit, hoc certe recte faciens, et monasticæ se vitæ dedicat, priorem fastum ac delicias voluntario contemptu et molestia corrigens. Et quod **648** magis ostendit illum vere totoque ex animo pœnituisse eorum quæ patrarat, imperatorem delegit non Joannem sibi sanguine conjunctum, non nepotem ex sorore Theodorum Docejanum, non filliæ maritum, neque alium aliquem sibi consanguinitate proximum, sed præsidem Constantinum, cui jam inde a suis majoribus Ducas cognomen erat, tanquam peritum et conscium et adjutorem, quique optime nosset rationes parandæ copiosæ pecuniæ ad imperii conservationem. Comnenus autem monasticas vestes indutus, cum parumper exspectasset si qua ratione a morbo liberaretur, ubi novit se insanabili morbo captum, adhuc ipso vexatus Studii monasterium ingreditur, multum Æcaterina Augusta ejus consilium adjuvante, et pro terrarum imperii amissione, cœlestis gaudii

A (Σεπτέμβριος γὰρ ἦν ἡμέραν ἄγων κδ', καθ' ἣν ἡ τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλας ἑορτὴ τελεῖται Χριστιανοῖς) πολλῆς κακώσεως καὶ λύμης ἐνέπλησε τὸ στρατιωτικόν· ἥ τε γὰρ ἵππος σχεδὸν ἅπασα καὶ τῶν παρόντων οἱ πλείους τῷ κρύει καὶ τῷ ὄμβρῳ, γυμνοὶ καὶ ἀπαράσκευοι τυγχάνοντες, τὸ ζῆν ἀπέβρηξαν. Ἐπιλελοίπασι δὲ παρὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα καὶ τὰ ἐπιτήδεια, ποταμίων ῥευμάτων φορᾶς καὶ τοῦ χειμῶνος γενόμενα πάρεργον. Ἀναστολῆς δὲ μετρίας γενομένης καὶ τῶν νιφετῶν ἀνακωχὴν λαβόντων ἐξῆει ὁ βασιλεὺς, πλείστους δὲ τῷ ποταμῷ ἀποβαλὼν ὑπὸ σκιὰν ἔστη δένδρου τινὸς ἅμα τῶν ὑπερεχόντων τισί. Μετ' ὀλίγον δὲ ἠχῆς γενομένης ἐκ τῆς δρυὸς πρόεισι μικρὸν ὁ βασιλεὺς, ὅσον μὴ τῷ μήκει αὐτῆς καταλαμβάνεσθαι ἥπερ ῥιζόθεν ἀνασπασθεῖσα ὑπτία τῇ
B γῇ προσήρισε. Γέγονε δὲ ἐννεὸς ὁ βασιλεὺς λογισάμενος οἵας τελευτῆς ἐπωδύνου παρὰ μικρὸν τυχεῖν ἔμελλεν. Ἦν δὲ οὐκ ἀγαθὸς οἰωνὸς τὸ συμβὰν, ἀλλὰ προοίμιον τῆς μελλούσης αὐτὸν καταλαβεῖν τύχης καὶ τῶν ἤδη γενομένων εἴσπραξις καὶ τιμωρία. Εὐχαριστῶν δ' ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι τῷ Θεῷ, ναὸν ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλας ἀνήγειρε κάλλιστον. Προβιβάζων δὲ τὸν στρατὸν ἀπῆει ταχέως ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν λογοποιούμενος, ἀποστασίαν ἐν τῇ Ἀνατολῇ ἐνωτιζόμενος. Καταλαβὼν δὲ καὶ πάντα ψευδῆ εὑρηκὼς κυνηγεσίοις ἑαυτὸν ἐψυχαγώγησε καὶ τῇ ἄλλῃ ἀνέσει, κατὰ τὸν τῇ βασιλίδι προκείμενον πορθμὸν ἀνιών. [P. 811] Περὶ δὲ ὥραν ἀρίστου φῶς ἀστραπήβολον τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνέσκηψε
C (Νεάπολις τούτοις τὸ γνώρισμα), χοῖρός τέ ποθεν ἐπιφανεὶς ἐφ' ἑαυτὸν τὸν βασιλέα ἐξεκαλέσατο, ὃν ἐπιδιώκων ὁ βασιλεὺς ἄχρι καὶ θαλάσσης ἐξήλασεν. Ὡς δὲ ὁ χοῖρος τὴν θάλασσαν εἰσδὺς ἀφανὴς ἐγένετο, ὁ βασιλεὺς ἐξαίφνης πληγεὶς ὑῷ ἀστραπηβόλῳ φωτὶ τοῦ ἵππου τε ἀπεσφαιρίσθη καὶ πρὸς τὴν γῆν ἀφρίζων ἐκυλίετο. Ἀκατίῳ δὲ ἐμβληθεὶς πρὸς τὰ βασίλεια διασώζεται παρακεκομμένος καὶ ἑαυτοῦ μηδ' ὅλως ἐπαισθανόμενος. Νοσημαχήσας δὲ ἐφ' ἡμέρας τινὰς τὸν μόρον ἐκαραδόκει καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἐξιλέωσιν τοῦ θείου ἀσπάζεται τὴν μετάνοιαν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐξουσίαν, ἧς παρανόμως ἐδράξατο, ἑκοντὶ μεθίησι, τοῦτό γε καλῶς ποιησάμενος, καὶ τὸν μοναδικὸν ἀσπάζεται βίον, τὴν πρὶν εὐδοξίαν καὶ τρυφὴν ἀποπτώσει ἑκουσίᾳ καὶ μετριότητι διορθούμενος. Ὁ δὲ μᾶλλον δείκνυσιν
D ὡς εἰλικρινῶς καὶ ψυχῆς ἐξ ὅλης μεταμεμέληται ἐφ' οἷς ἔπραξε, βασιλέα προχειρίζεται οὐ τὸν ὁμαίμονα αὐτοῦ Ἰωάννην, οὐ τὸν ἀδελφιδοῦν ἑαυτοῦ Θεόδωρον τὸν Δοκειανὸν, οὐκ ἄνδρα προσζεύξας τῇ θυγατρὶ, οὔτ' ἄλλον τινὰ τῶν καθ' αἷμα ᾠκειωμένων αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν πρόεδρον Κωνσταντῖνον, ᾧ Δοῦκας τὸ πατρωνυμικὸν ἀνέκαθεν ἦν, ὡς συνίστορα καὶ συναγωνιστὴν καὶ τῶν χρημάτων πορισταῖν ἀφθονώτατον εἰς τὴν τῆς βασιλείας κατάσχεσιν. Ὁ δὲ Κομνηνὸς ῥακῃ μοναχικὰ περιβαλόμενος, ἐπ' ὀλίγον τε γνωσιμαχήσας, εἴ πως ἀνεθείη τῆς νόσου, ἐπείπερ ἔγνω κατ' ἄκρας ταύτῃ ἁλοὺς, ἔτι τῇ νόσῳ τρυχόμενος τὴν τοῦ Στουδίου καταλαμβάνει μονὴν,

πολλὰ καὶ τῆς Αὐγούστης Αἰκατερίνης συμβαλλομένης αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον, καὶ τῇ τῆς ἐπιγείου βασιλείας ἀποβολῇ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀπόλαυσιν ἐπαγγελλομένης αὐτῷ, βασιλεύσας μὲν ἔτη δύο καὶ μῆνας τρεῖς, ἐπιζήσας δὲ τούτων ἐλάττω τῷ μοναχικῷ σχήματι, πᾶσαν ὑπακοὴν πρὸς τὸν ἐν τῇ μονῇ ἡγεμονεύοντα ἐπιδεκνύμενος, ὡς καὶ θυρωρὸς γενέσθαι καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπηρετῆσαι διακονίαις διὰ πολλὴν ἐπιείκειαν καὶ μετριοφροσύνην καταδεξάμενος. Σωφρονέστατος δὲ εἰσάγαν γενέσθαι λέγεται. Στρατοπεδάρχῳ γὰρ ὄντι αὐτῷ νόσον ἔνσκηψαι νεφριτικὴν φασιν, ὥστε ἀπογνῶναι αὐτῆς τῆς ζωῆς διὰ τὸ παρέσει παντελεῖ καὶ ἀκινησίᾳ κατασχεθῆναι. Τῶν δὲ ἰατρῶν, μετὰ τὸ τοῖς ἄλλοις ἅπασι χρήσασθαι καὶ ἀνηνύτοις ἐλεγχθῆναι ἐπιχειρεῖν, συμβουλευόντων μιγῆναι γυναικὶ, αὐτὸς οὐχ ὑπήκουσεν. Εἰπόντων δὲ, εἰ μὴ τοῦτ' ἐπιχειρήσειεν, ἐξ ἀνάγκης ἔχειν ἑαυτῇ χρήσασθαι, ἐκ τούτου δὲ ἀπαιδίᾳ κατασχεθῆναι δεινῇ καὶ [P. 812] ἀγονίᾳ, αὐτὸς, « Ἀρκοῦσί μοι' ἔφη, ὁ Μανουὴλ καὶ ἡ Μαρία, οἱ ἤδη μοι χάριτι Θεοῦ παῖδες γενόμενοι· τούτων μὲν γὰρ ἄνευ ἔνεστι τυχεῖν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, σωφροσύνης δὲ χωρὶς οὐδεὶς τὸν Κύριον ὄψεται. » Ἀλλὰ καὶ ἡ βασίλεια Αἰκατερῖνα καὶ ἡ ταύτης θυγάτηρ Μαρία τὴν τρίχα κειράμεναι διῆγον ἐν νοῖς παλατίοις τοῦ Μυρελαίου, πᾶσαν ἄσκησιν μοναδικὴν μετερχόμεναι.

A fructum ipsi promittente, cum annos duos ac menses tres imperasset, et in habitu monastico pauciores his supervixisset omnem præstans monasterii præfecto obedientiam, ita ut et janitor esset et alia ministeria obiret, propter multam animi æquitatem et modestiam. Castissimus autem fuisse dicitur, et supra quam credi possit continens. Nam cum stratopedarches esset, nephritico morbo tentatum dicunt ita ut vitam desperaret, eo quod totius corporis languore et nervorum resolutione detineretur. Medicis autem, postquam aliis omnibus adhibitis remediis, ea quæ omnino fieri non possent tentare se cognoverunt, ut cum muliere quadam coiret suadentibus, noluit obtemperare. Cumque dixissent illi **649** nisi hoc tentaret, necessario cauterium adhibendum, ex quo procreandæ sobolis facultate privaretur : « Satis, ipse inquit, mihi sunt Manuel et Maria mihi jam Dei beneficio nati liberi : nam sine his licet consequi regnum cœlorum, sine continentia vero Deum nemo videbit. » Quin etiam Augusta Æcaterina ejusque filia Maria detonsis capillis degebant in palatiis Myrelæi, omnia monastica munera obeuntes.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως ὑγρότητος μεστὴ θεαθεῖσα ἡ τοῦτον κατέχουσα σορὸς ὑπόνοιαν παρέσχε πολλοῖς τιμωρίαν εἶναι τὸ γεγονὸς καὶ κολάσεως ἔνδειγμα τοῦ ἐμφυλίου πολέμου καὶ τῆς σφαγῆς καὶ τῶν μετὰ τὸ βασιλεῦσαι πεπραγμένων αὐτῷ εἴς τε τὰς τῆς συγκλήτου στερήσεις [καὶ] τῶν ἔκπαλαι διδομένων αὐτῇ, καὶ τὴν τῶν θείων ναων καὶ τῶν ἱερῶν σεμνείων ἀποστέρησιν, ἣν, ὡς ἔφημεν, ἐποιήσατο, τὸ ἀπέριττον μὲν καὶ τὴν αὐτάρκειαν αὐτῶν προνοούμενος, τῷ δημοσίῳ δὲ εἰσφέρων μετρίαν παράκλησιν. Ἄλλοι δὲ τὸ ῥεῦσαν ἀγιωσύνης ἔργον ἐτίθεντο, ὡς καθαρῶς καὶ ἀδιστάκτως μεταγνόντος αὐτοῦ ἐφ' οἷς ἔπραξε· μὴ γὰρ εἶναι ἁμαρτίαν τὴν νικῶσαν τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ. Ἀμφοτέρων δὲ τὴν γνώμην ἐπαινῶ καὶ ἀποδέχομαι τῷ τὴν μὲν κωλυτικὴν εἶναι τῶν μελλόντων κακῶν, τὴν δὲ προτρεπτικὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος πρὸς τὸ βέλτιον.

Vita autem functo imperatore, conspecta sepultura ejus humoris plena suspicionem multis dedit esse illam rem ultionem et indicium supplicii, quo afficeretur ob intestinum bellum ac cædem et ea quæ post usurpatum imperium commiserat in privando senatu iis bonis quæ ei antiquitus concessa fuerant, et adimendis sacris templis et delubris facultatibus quas diximus, id curans ut nihil ipsis superesset, sed ea tantummodo haberent quæ ad victum satis essent, mediocrem adhibens rei publicæ consolationem. Alii autem fluentem humorem sanctitatis interpretabantur indicium, quod pure ac sine ulla controversia eum factorum pœnituisset : neque enim peccatum ullum esse, quod divinam superet erga homines charitatem. Utrorumque ego sententiam laudo et approbo, quod altera mala futura prohibeat, altera vero a deterioribus ad meliora adhortetur ac revocet.

Τῆς δὲ βασιλίσσης Αἰκατερίνης (7), ἐν τῷ μοναχικῷ Ἑλένης μετονομασθείσης, ἐπετείως τελούσης τὰ τοῦ βασιλέως μνημόσυνα, συγκαλούσης τε ἄλλους τινὰς μοναχοὺς καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν τῇ Στουδίου μονῇ ἀσκουμένους σύμπαντας, ἐπειδὴ ἔμελλε τελευτᾷν, ἐτέλει μὲν συνήθως καὶ κατὰ τὸ ἔθος τὰ τοῦ

650 Cum autem Æcaterina Augusta in monasterio mutato nomine Helena appellata quotannis imperatoris memoriam anniversariis sacris coleret, invitatis aliis quibusdam monachis et omnibus iis qui se in Studiensi monasterio exercerent; cumque diem suum esset obitura, solenni more annua

JACOBI GOARI NOTÆ.

(7) Habent Græci præter familiarum et patriæ τῆς τιμῆς, τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς τύχην ὀνόματα. Illa quibusvis in baptismo imponuntur, hæc ex fortuito casu excogitantur, qualia sunt apud Cedrenum Κοντοστέφανος Στραβομύτης, Ἀργυροῦς, a corporis brevitate, nasi curvitate, morum candore indita. Media tandem usui sunt in monasteriis, nec fortuito tamen aut mere pro libito, sed pietatis simul et honoris observata lege fiunt monachis propria, tum si sanctitatem redoleant, tum si cum baptismalibus saltem primordialibus in litteris conveniant. Unde disces cur Andronicus senior factus monachus dictus sit Antonius apud Gregoram l. IX, Joannes Cantacuzenus apud ipsummet Joasaph nomen acceperit, Georgius Phranzes cur audierit Gregorius et Elena ejus uxor Eupraxia, et tandem cur Æcaterina imperatrix vocata sit Elena, si non ex primordialis litteræ, saltem ex pronuntiationis consensu.

sacra peregit imperatoris, et ipsis omnibus duplicia ea quæ dari consueverant persolvi jussit : antistite autem dubitante et sensim accedente ac duplicationis rationem quærente : « Quia non novi, inquit, o maxime venerande, an insequenti anno vobiscum futura sim, Deo fortasse aliter res nostras pro sua voluntate moderante. » Quod etiam accidit: illa enim ante illud tempus vita defuncta est, voluitque cum fratribus in cœmeterio monasterii Studii sepeliri. Ornarunt autem uterque, et ipsa et imperator, augustissimum Prærcursoris templum iis quæ connumerare ac sigillatim recensere Herculeus labor esset.

Fuit imperator moribus constans, æquus animo, mente acutus, manu strenuus, intelligentia promptus, in rebus bellicis peritissimus, hostibus terribilis, suis re benevolus, verbis infestus. Cum tamen a principio moribus his haudquaquam præditus esset, aiebat oportere imperatorem externis esse terribilem, suis facilem. Rursus aiebat eos qui tyrannidem affectarent, libertos imperatorum fieri velle. Cumque accusaretur quod tyrannidem invasisset contra Michaelem : « Pigebat me, inquit, **651** conservo servire, neque justa consequi. » Et cavillo etiam uxorem est prosecutus, siquidem dicebat illam prius servam, nunc a se in libertatem vindicatam Aiebat item cognatos aliis esse crucem, tyranno utilitatem. Æcaterina autem Augusta nihil novi sibi accidisse affirmabat, quippe quæ regnum cum regno commutasset.

Post Comnenum autem Constantinus Ducas præses sine sanguine et rerum perturbatione potitus imperio, ad senatum et omnem civitatis populum concionem habuit æquitatis plenam, et deinde rerum administrationem aggressus est, nulla in re a molestia et æquitate recedens ; et honoribus senatores et plebeios multos ornavit, atque eos qui imperante Comneno propriis honoribus exciderant in pristinum statum vindicavit. Multos enim ille ex illustribus abscuros, ex gloriosis ignobiles fecit. Cum enim sancti magni martyris Georgii dies festus advenisset, quo ejus memoria colitur, de more se confert imperator ad Mangana ob cultum martyris. Peracta autem celebritate quidam maligni et improbi malum consilium meditati insidias imperatori struxere. Nihil vero perfecerunt, Deo cœtum illum impium et pravum commentum dissolvente : hoc enim sibi proposuerunt faciendum, ut in profundum ille cum omnibus suis demergeretur, utpote per mare ad palatium navigaturus. Habita autem quæstione et accurata inquisitione plures optimates, in quibus **652** ipse quoque eparchus, convicti sunt insidia-

A βασιλέως ἐτήσια, διπλᾶ δὲ τούτοις πάντα τα ἐκ τύπου διδόμενα παραθέσθαι προσέταξε. Τοῦ δὲ καθηγουμένου (8) διαπορήσαντος, καὶ τὸν λόγον τοῦ διπλασιασμοῦ ἡσυχῇ προσελθόντος καὶ ἀπαιτήσαντος, « Ὅτι τὸ, ἔφη, ὦ τιμιώτατε, οὐκ οἶδα, εἰ καὶ κατὰ τὸ ἐπιὸν ἔτος ὑμῖν συνέσομαι, τοῦ Θεοῦ τὰ καθ' ἡμᾶς ἴσως ἄλλως καὶ ὡς αὐτῷ βουλητὸν, οἰκονομήσαντος. » Ὃ δὴ καὶ γέγονεν· ἐτετελευτήκει γὰρ ἐν τῷ μέσῳ, ἀξιώσασα ταφῆναι σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῷ κοιμητηρίῳ τῆς Στουδίου μονῆς. Κατεκόσμησαν δὲ καὶ ἀμφότεροι, αὐτή τε καὶ ὁ βασιλεὺς, τὸν πάνσεπτον τοῦ προδρόμου ναὸν, ἃ δὴ καὶ καταλέγειν καὶ κατὰ λεπτὸν διεξιέναι ἆθλος Ἡράκλειος.

B Ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸ ἦθος στάσιμος, τὴν ψυχὴν ἐπιεικὴς, τὴν γνώμην ὀξὺς, τὴν χεῖρα δραστήριος, τὴν σύνεσιν ἕτοιμος, στρατηγικώτατος τὰ πολέμια καὶ τοῖς ἐχθροῖς φοβερὸς, τοῖς περὶ αὐτὸν εὐμενὴς, λόγοις προσκείμενος, καὶ ταῦτα μὴ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἔθος ἔχων. [P. 813] Ἔλεγε δὲ δεῖν τὸν βασιλέα φοβερὸν μὲν εἶναι τοῖς ἔξω, εὐπρόσιτον δὲ τοῖς ἰδίοις. Πάλιν ἔλεγε τοὺς τυραννιῶντας τῶν βασιλέων ἀπελευθέρους εἶναι σπεύδειν. Αἰτιώμενος δὲ ὅτι τετυράννηκε κατὰ τοῦ Μιχαὴλ, « Ὤκνουν, ἔλεγε, τῷ συνδούλῳ δουλεύειν καὶ τῶν εἰκότων μὴ τυγχάνειν. » Ἐπισκώπτων δὲ τῇ γυναικὶ ἔλεγε δούλην μὲν εἶναι πρότερον, νῦν δὲ ἠλευθερῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ. Πάλιν ἔλεγε τοὺς συγγενεῖς τοῖς μὲν ἄλλοις τυγχάνειν σκόλοπας, τῷ δὲ τυραννοῦντι ὠφέλειαν. Ἔλεγε δὲ καὶ ἡ βασιλὶς Αἰκατερῖνα μηδὲν ζῶον ἐπ' αὐτῇ γεγενῆσθαι βασιλείας βασιλείαν ἀλλαξαμένῃ.

C Μετὰ δὲ τὸν Κομνηνὸν Κωνσταντῖνος πρόεδρος ὁ Δούκας τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος ἀναιμωτὶ καὶ δίχα πραγμάτων ταραχῆς, λόγους ἐπιεικείας γέμοντας ἐδημηγόρησε πρὸς τὴν σύγκλητον καὶ πρὸς ἅπαν τὸ δημοτικὸν (9) τε τῆς πόλεως καὶ κοινόν. Καὶ ἀπ' ἐκείνου τῆς τῶν πραγμάτων ἐνήρξατο ἀντιλήψεως, τοῦ ἐπιεικοῦς καὶ μετρίου κατ' οὐδὲν ἀφιστάμενος, ἀλλὰ πᾶσι τρόποις αὐτοῦ ἐξεχόμενος. Ἐτίμησε δὲ τῶν τε τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου πολλούς. Ἀνώρθωσε δὲ καὶ τοὺς ἤδη ἐπὶ Κομνηνοῦ ἐκπεπτωκότας τῶν οἰκειωτικῶν· πολλοὺς γὰρ ἐκεῖνος ἀδόξους ἐξ ἐνδόξων καὶ ἀτίμους ἐκ τιμίων ἀπέδειξεν. Ἐπιστάσης γὰρ τῆς τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου μνήμης (10) κατὰ τὸ ἔθος ἄπεισιν ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ Μάγγανα αἴδοι τοῦ μάρτυ-
D ρος, μετὰ δὲ τὸ τελεσθῆναι τὴν ἑορτὴν, τινὲς τῶν κακοήθων καὶ δολερῶν βουλὴν πονηρὰν ἐξαρτύσαντες τῷ βασιλεῖ ἐπεβούλευσαν μὲν, ἤνυσαν δὲ οὐδὲν, Θεοῦ τὸν σύλλογον καὶ τὸ πονηρὸν καὶ ἄθεον διαλυσαμένου σκαιώρημα· ἦν γὰρ αὐτοῖς γνώμη τῷ βυθῷ παραδοθῆναι αὐτὸν παγγενεὶ ἅτε διὰ θαλάσσης πρὸς τὸ παλάτιον ἀποπλεῖν μέλλοντα. Ζητήσεως δὲ καὶ ἐρεύνης περὶ τοῦ συμβάντος γενομένης πολ-

JACOBI GOARI NOTÆ.

(8) Ἡγούμενος est quicunque monasterii præfectus, καθηγούμενος qui simul sacris ordinibus est ornatus, προηγούμενος qui expræfectus.

(9) Δημοτικὸν inter et κοινὸν illud est discriminis, quod inter collegia factionesve et confusam plebem observatur.

(10) De qua, et imperatorum erga sanctum fiducia Codinus c. xv, n. 9 et c. 17, n. 50.

λῆς πολλοὶ τῶν μεγιστάνων καὶ αὐτὸς ὁ τηνικαῦτα ἔπαρχος εἰάλωσαν ὡς ἐπίβουλοι καὶ καθοσιώσεως αἰτίᾳ ὑπέπεσον, τῶν οἰκείων στερηθέντες κτήσεων καὶ πάσης τῆς περιουσίας αὐτῶν· Ἐπόθησε δὲ καὶ ἠγάπησε διαφερόντως τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ βασιλεὺς τήν τε τῶν δημοσίων πραγμάτων ἔπαυξησιν καὶ τῶν ἰδιωτικῶν δικῶν τὴν ἀκρόασιν, κἀν τούτοις τὴν μείζονα φροντίδα κατεκένου τῆς βασιλείας, τῶν ἄλλων ἧττον ἐχόμενος, στρατηγικῶν φημι πλεονεκτημάτων καὶ στρατιωτικῶν ἄνδραγαθημάτων. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ συκοφαντικαῖς ἐπηρείαις καὶ σοφιστικαῖς μεθόδοις καὶ δικανικῶν προβλημάτων ἰσμῷ καὶ σεκρετικῶν ζητημάτων ἐπιπλοκαῖς τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκλονεῖτο καὶ [P. 814] ἐκραδαίνετο, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς στρατευομένους τὰ ὅπλα καὶ, τὴν στρατείαν μεθέντας συνηγόρους καὶ νομικῶν ζητημάτων καὶ προβλημάτων γενέσθαι ἐραστὰς μακρὰ χαίρειν εἰπόντας ἐνυαλίῳ τε ἠχῇ καὶ πολεμικῇ ὁρχήσει καὶ περιδινήσει ἀγχιστροφῷ, Εὐσεβὴς δὲ ὢν εἴπερ τις ἕτερος, καὶ φιλομόναχος φιλόπτωχός τε καὶ περὶ τὸ σῶμα ἧττον κολαστικὸς (11), πρὸς ἄλλο τι ἀμβλὺς ἐτύγχανε καὶ νωθρὸς φειδωλός δ' εἰσάγαν καὶ ποριστικὸς καὶ τῶν δημοσίων χρημάτων αὐξητικός. Ἐξουσίαζε δὲ καὶ ταῖς κρίσεσι, καὶ πολλάκις αὐτὰς διὰ τὴν τῶν προσώπων ποιότητα ὑπήλλαττε, βαρὺς δεικνύμενος τοῖς δυνατοῖς καὶ ἀφόρητος. Προσκειμένου δὲ αὐτοῦ τοῖς τοιούτοις διηνεκῶς, τῶν δὲ στρατιωτικῶν ἠμεληκότος καὶ ῥᾳθυμήσαντος, τὰ τῆς Ἀνατολῆς, καὶ μᾶλλον τὰ ἐν τοῖς τέρμασι τῶν μερῶν τῶν Ῥωμαϊκῶν, ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐφέροντό τε καὶ ἤγοντο, καὶ ἐληΐζοντο καὶ διεφθείροντο ἅπαντα τῇ τε τῶν Τούρκων ἐπιδρομῇ καὶ κατισχύσει καὶ τῇ βιαίᾳ ὑποχωρήσει καὶ δειματώσει τῶν ἠμελημένων στρατιωτῶν· συνεχεῖς γὰρ ὑπῆρχον ἐκδρομαὶ καὶ λεηλασίαι συχναί, ἀφανιζομένου τοῦ προστυχόντος παντός. Διὸ καὶ ἡ εὐδαίμων χώρα τῆς Ἰβηρίας ἠρίπωτο παντελῶς καὶ ἠφάνιστο, ἤδη προκατειργασμένη καὶ ἠσθενηκυῖα καὶ κατὰ μικρὸν ἐπιλείπουσά τε καὶ φθίνουσα, συμμεταλαμβανομένου δὲ τοῦ δεινοῦ καὶ ὅσαι ταύτῃ παρέκειντο, Μεσοποταμία τε καὶ Χαλδαία, πρὸς δὲ Μελιτηνὴ καὶ Κολώνεια καὶ τὰ τῷ Εὐφράτῃ συγκείμενα ποταμῷ, ἀλλὰ μὴν τό τε Ἀρμενιακὸν καὶ τὰ Βασπρακάν, καὶ εἰ μὴ πολλάκις στρατεύμασιν, ἐνίοτε δὲ καὶ φήμαις μόναις δυνάμεων ἀνείργοντο τὰ τῶν Βαρβάρων. Καί τινες ἀρχηγοὶ τούτων, Χωροσαλάριος καὶ Σαμοὺχ, εἰ μὴ ἀγαθῇ τινι τύχῃ τὴν ἧττω συμβαλόντες ἐκληρώσαντο, κἂν μέχρι Γαλατίας καὶ Ὀνωριάδος καὶ αὐτῆς Φρυγίας τὸ ἀντίπαλον περιέδραμεν. Ἐστέλλετο μὲν γὰρ τὸ στρατιωτικὸν, ψιλὸν δὲ καὶ ἄοπλον καὶ γυμνὸν, τῶν κρειττόνων ἀπελαυνομένων ἑκάστοτε τῆς στρατηγίας τοῦ πλήθους τῶν ὀψωνίων ἕνεκεν καὶ τῶν μειζόνων βαθμῶν. Ἃ καὶ καταγνώσεως ἐκτὸς οὐκ ἦν, μηδενὸς γενναίου καὶ ἀξιολόγου πραττομένου διὰ τοῦτο. Συνέβαινε δὲ ἐκ τούτων τοὺς μὲν Ῥωμαίους ταπεινοῦ-

rum et læsæ majestatio rei effecti, et idcirco possessionibus et suis omnibus bonis privati. Concupivit autem et præ cæteris omnibus maxime amavit imperator publicarum rerum incrementum, et præcipuo studio privatas causas audiendi tenebatur, in quibus majorem quam in imperio administrando curam exhauriebat, aliis rebus minus vacans, ducum inquam amplificandæ dignitati, et iis quæ militibus prospere ac strenue gesta essent. Et propterea in calumniatorum conviciis et sophisticis commentis ac judicialium quæstionum examine Romana res publica versans occupabatur, ita ut ipsi milites armis depositis advocati et patroni quæstionum ad leges spectantium et causarum fierent, omisso Martio sono et bellicis exercitationibus et equorum agitatione. Pius vero cum esset ut si quis alius, et monachorum et pauperum studiosus, et in iis quæ ad cultum corporis pertinent non admodum occupatus, in aliis quoque hebes ac segnis erat : at in augendis publicis pecuniis admodum parcus et civilis. Nimis sibi arrogabat in judiciis, et ea subinde propter personarum qualitatem mutabat, gravem se potentibus ostendens, et ejusmodi cui non possent resistere. Cum iis rebus ille totus incumberet, re militari neglecta, ac nimium se otio dedisset, res Orientis, præcipue loca in finibus Romanorum, ab hostibus agi ferri ac diripi, et omnia vastari et 653 Turcorum excursionibus et oppressione ac violenta fuga et terrore neglectorum militum : continentes enim fiebant incursiones, crebræ direptiones et quæcunque occurrebant hostibus, evertebantur, et idcirco felix Iberiæ regio omnino desolata fuit et prorsus deleta, jam ante confecta et imbecillis, ac sensim deserta et corrupta. Atque hujus mali participes erant Mesopotamia et Chaldæa et insuper Melitene et Colonia et loca ad fluvium Euphratem sita, quin etiam Armenia et Baaspracania. Ac nisi sæpe exercitu et interdum sola fama copiarum compressi fuissent Barbari, et quidam ipsorum duces Chorosalarius et Samuch bona quædam fortuna commisso prælio cladem sortiti essent, etiam usque ad Galatiam et Onoriadem atque ipsam Phrygiam adversarii excurrissent : mittebatur enim exercitus male instructus et inermis, quod semper præstantiores abdicarentur præfectura majorum stipendiorum et honorum causa ; quæ quidem culpa minime vacabant, cum nihil strenuum aut memorabile hac de causa gereretur. Quibus rebus effectum est ut Romani imbecilliores redditi terrore complerentur, Barbari vero inflati animo efferrentur et multa confidentia irruptiones facerent ; cum etiam ad Anium missus fuerit dux Armenius quidam, nomine Pancratius, pollicitus res ad exercitum qui ibi aderat spectantes se pro virili parte administraturum. Cum vero

JACOBI GOARI NOTÆ.

(11) *Corpus edomare et austeritatibus subigere assuetus, circa quodcunque aliud segnis ac hebes.*

sultanus illac iter faceret, **654** neque tamen Romanorum regionem vexaret, quidam ex iis qui cum Pancratio erant, erumpentes extremum agmen sultanici exercitus lædebant et cædebant. Quibus de causis sultanus graviter indignatus ulterius progredi desistens ad Anium reversus est, et paucis diebus tum ipsum Anium, tum finitima omnia loca in suam potestatem redacta et præsidio imposito munita ac ducibus idoneis tradita Romanorum exemit imperio. Hæc igitur in hoc statu erant, et tantæ vexationi obnoxia erant Romanorum loca in Asia et in omni Orientis regione : in Occidente vero circa tertiam indictionem, cum præessent oppidis ad Istrum fluvium sitis magister Basilius Apocapes et magister Nicephorus Botaniates. Uzorum natio (hi etiam sunt genere Scythæ, et Patzinacis nobiliores et multitudine superiores) cum tota gente et propriis impedimentis transmisso Istro longis navibus et lembis e caudice cavato factis et utribus, milites transitum prohibentes, Bulgaros inquam et Romanos et qui cum ipsis erant, statim debellarunt, ac duces ipsorum Basilium Apocapem et Nicephorum Botaniatem captivos abduxere, omnemque ad Istrum planitiem complerunt. Excreverat enim natio, ut ii qui viderant confirmabant, ad sexcenta bellicosorum virorum millia. Et quædam haud **655** minima pars ipsorum divisa usque ad Thessalonicam et ipsam Græciam irrupit, et obvia omnia vexavit diripuitque, infinita abacta præda. Sed cum in vehementem hiemen incidisset, quando ad suos redibat, non solum aliena sed etiam sua fere omnia amisit, et infortunio accepto in castra reversa est. Imperator autem de eorum multitudine certior factus cruciabatur animo et ægre ferebat, exercitum tamen cogere et idoneas copias contra ipsos mittere cunctabatur, ac segnis erat, ut quidam aiebant, sumptibus parcens : erat enim, ut diximus, avarus, et nummum omnibus rebus anteponebat : ut vero alii, quod non confideret adversus tantas vires posse acie decertare : omnes enim asserebant adversariorum multitudinem inexpugnabilem, omnibusque impossibilis redemptio ducum videbatur, et de migratione jam plures cogitabant. Imperator autem missis legatis ad principes nationis tentabat, si factu possibile esset, ipsos abducere et sibi conciliare, multis missis muneribus, quibus delinirentur, atque adeo aliquos ex ipsis crebris beneficiis exceperat. Sed natio maxima, et idcirco quotidie irruptionem faciens, ut stipendium illud haberet, in multas Bulgariæ partes, jam ipsam quoque Thraciam et Macedoniam opprimebat. Non ferens autem convicia imperator, quod ab omnibus palam ut avarus atque sordidus

A σθαι καὶ κατεπτηχέναι, τοὺς Βαρβάρους δὲ φυσᾶσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι καὶ μετὰ πολλῆς προσρήγνυσθαι πεποιθήσεως · ὅτε δὴ καὶ ἐς τὸ Ἄνιον ἀποστέλλεται δοὺξ Ἀρμένιός τις Παγκράτιος τοὔνομα, ἐκ τῶν ἐνόντων ὑποσχόμενος τὰ ἐκεῖσε στρατεύματα διοικεῖν. Τοῦ δὲ σουλτάνου (12) παριόντος, μὴ μέντοι γε πημαινολένου τὴν χώραν τὴν Ῥωμαϊκήν, τῶν περὶ τὸν Παγκράτιον ἐξιόντες τινὲς τὴν οὐραγίαν τοῦ σουλτανικοῦ στρατοπέδου ἐσίνοντο καὶ κατέκαινον. [815] Ἐφ' οἷς καὶ δυσθυμήσας ὁ σουλτάνος ἐφίησι τοῦ πρόσω ἰέναι. Πρὸς τὸ Ἄνιον δὲ ἀνθυπέστρεψε, καὶ δι' ὀλίγων ἡμερῶν αὐτό τε τὸ Ἄνιον καὶ τὰ περὶ αὐτὸ πάντα περιποιησάμενος στρατῷ τε ὀχυρώσας, καὶ τρατηγοῖς ἀξιολόγοις τὰ ἐκεῖσε παραδοὺς, τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας αὐτό τε καὶ τὴν αὐτὸ χώραν ἀπεστέρησεν. Εἶχε μὲν οὖν B οὕτω ταῦτα, καὶ εἰς τοσοῦτον σκυλμὸν (13) τὰ Ῥωμαϊκὰ περιηγοντο κατά τε τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν Ἀνατολήν. Ἐν δὲ τῇ Δύσει κατὰ τὴν τρίτην ἰνδικτιῶνα, ἀρχόντων τῶν περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν τοῦ μαγίσορου Βασιλείου τοῦ Ἀποκάπου καὶ τοῦ μαγίστρου Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου, τὸ τῶν Οὔζων ἔθνος (γένος δὲ καὶ οὗτοι Σκυθικὸν καὶ τῶν Πατζινάκων εὐγενέστερόν τε καὶ πολυπληθέστερον) παγγενεὶ μετὰ τῆς οἰκείας ἀποσκευῆς τὸν Ἴστρον περαιωθὲν ξύλοις μακροῖς καὶ λέμβοις αὐτοπρέμνοις (14) καὶ βύρσαις, τοὺς διακωλύοντας τῆν αὐτῶν περαίωσιν στρατιώτας, Βουλγάρους τέ φημι καὶ Ῥωμαίους καὶ λοιπούς τοὺς ὄντας σὺν αὐτοῖς, κατηγωνίσαντο αἰφνιδίως, καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν τόν τε Ἀποκάπην Βασίλειον καὶ τὸν C Βοτανειάτην Νικηφόρον αἰχμαλώτους ἀπήγαγον, καὶ τὴν περὶ τὸν Ἴστρον πᾶσαν ἐπλήρωσαν ὕπαιθρον · συνεποσοῦτο γὰρ τὸ ἔθνος, ὡς οἱ εἰδότες διεβεβαιοῦντο, εἰς ἑξήκοντα μυριάδας μαχίμων ἀνδρῶν καὶ πολεμιστῶν. Μοῖρα δέ τις αὐτῶν οὐκ ἐλαχίστη τούτων ἀποτμηθεῖσα ἄχρι Θεσσαλονίκης καὶ αὐτῆς Ἑλλάδος εἰσήρρησε, καὶ πᾶν τὸ προσουχὸν κατελυμήνατο καὶ ἐκεράϊσε, καὶ λείαν ἤλασεν οὐκ ἀριθμητήν. Χειμῶνι δὲ περιπεπτωκυια πολλῷ, ὅτε πρὸς τοὺς σφετέρους ὑπέστρεφεν, οὐ μόνον τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑαυτῆς σχεδὸν ἀπέβαλεν ἅπαντα, καὶ δαστυχὴς εἰς τὴν παρεμβολὴν ἐπανέζευξεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς πυνθανόμενος περὶ τοῦ πληθυσμοῦ ἤσχαλλε μὲν καὶ ἠδημόνει, στρατιὰν δὲ ἀθροῖσαι καὶ δυνάμεις ἀξιομάχους ἀφεῖναι κατ' αὐτῶν ὀκνηρότερος ἦν, ὡς D μέν τινες ἔλεγον, τῶν ἀναλωμάτων φειδοῖ (ἦν γὰρ, ὡς ἔφαμεν, φιλοχρήματος καὶ τὸν ὀβολὸν παντὸς προτιμῶν), ὡς δ' ἔνιοι, μὴ ἀπσθαρρῶν πρὸς τοσαύτην ἰσχὺν ἀντιπαρατάξασθαι · ἅπαντες γὰρ ἀπρόσμαχον τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος διισχυρίζοντο, καὶ ἀμήχανος ἐδόκει πᾶσιν ἡ λύτρωσις, καὶ μετοικίαν ἤδη οἱ πλείους ἐβουλεύοντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρεσβείαν πρὸς τοὺς ἐθνάρχας αὐτῶν ἐστάλκως ἐπειρᾶτο ὡς

JACOBI GOARI NOTÆ.

(12) Sultani vocabulum Cedrenus significare dicit παντοκράτορα καὶ βασιλέα βασιλέων, hoc est imperatorem et regem regum. A Turcis jam vulgo pro domino usurpatur; et nomen hoc princeps eorum habet κατ' ἐξοχὴν ceu solus et maximus dominus. Ita Leunclavius.

(13) Lego κατακλυσμόν, qua voce moderni nogotiorum ingentem procellam solent interpretari.

(14) Cedrenus et Constantinus *de Adm. Imp.* μονόξυλα vocant.

οἷόν τε παρενεγκεῖν αὐτοὺς καὶ καταστεῖλαι, πολλὰ τούτοις ἀποστείλας ἐπαγωγὰ καὶ θελκτήρια· χαρίσμασι γὰρ ἐνίους αὐτῶν ἁδροῖς ἐδεξιώσατο. Μέγιστον δὲ ἔθνος ὄν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς πορισμὸν ὁσημέρας ἐπίῤῥηγνύμενον, ἐν πολλοῖς μέρεσι τὴν Βουλγαρίαν, [P. 816] ἤδη δὲ τήν τε Θρᾴκην καὶ τὴν Μακεδονίαν συνέθλιβε. Μὴ φέρων δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ λεγόμενα (ἀνέδην γὰρ παρὰ πάντων ὡς φειδωλὸς καὶ γλίσχρος διεσύρετό τε καὶ διεβάλλετο) ἔξεισι τῆς βασιλίδος, καὶ περὶ τὸν τόπον ὃς Χοιροβάκχοι καλεῖται τὴν σκηνὴν πήγνυσιν, οὐ πλείους τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα στρατιωτῶν ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ· ὅθεν καὶ πολλοῖς θαυμάζειν ἐπῆει ὅπως μετὰ τοσούτων ἀνδραρίων πρὸς τοσαύτην πληθὺν ἀπεδειλίασεν. Ἐν τοιαύτῃ δὲ παρασκευῇ ὄντος αὐτοῦ καὶ περὶ συναγωγῆς βουλευομένου στρατοῦ, δρομαίως προσελθόντες τινὲς ἐδήλουν τῷ βασιλεῖ τήν τε τῶν ἡγεμόνων λύτρωσιν καὶ τοῦ ἔθνους παντὸς τὴν ἀπώλειαν, φράζοντες ὡς οἱ μὲν ἡγεμόνες αὐτῶν ἐμβάντες σκάφεσι τὸν Ἴστρον διαῤῥεβήκασι, τὸ δὲ περιλειφθὲν πλῆθος λιμῷ τε καὶ λοιμῷ τοῖς τε παρακειμένοις Βουλγάροις καὶ Πατζινάκοις καταπολεμηθέντες ἄρδην ἀπώλοντο, Θεοῦ τὸ πᾶν ἐργασαμένου. Λέγεται γὰρ ὡς ἀπογνοὺς ὁ βασιλεὺς ἐκ πάντων, νηστείαν παραγγείλας τῷ τε πλήθει καὶ ἑαυτῷ, λιτανείαν ἐκτενῆ ἐποιήσατο, αὐτὸς πεζὸς συμπορευόμενος μετὰ δακρύων καὶ συντετριμμένης καρδίας, καθ' ἣν ἡμέραν ἐφάνη τοῖς ἐν τῷ Τζουρολῷ ἐσκηνωμένοις τῶν Οὔζων πλῆθος στρατιωτικὸν ἐπιστὰν ἐναέριον, διᾶττον σὺν σπουδῇ, βέλη κατ' αὐτῶν ἀφιέναι συνεχῆ, ὥστε μηδένα ἐξ αὐτῶν ἀπομεῖναι ἄτρωτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Θεῷ θύσας τὰ χαριστήρια εὐθὺ τῆς βασιλίδος πεπόρευτο. Εὗρε δὲ καὶ ταύτην ἐκπλήξεως γέμουσαν καὶ τὰ σῶστρα τῷ Θεῷ ἐπιθύουσαν. Ἀλλὰ πάντες ἁπλῶς θεοσημίαν τὸ γεγονὸς ἐλογίζοντο καὶ τῇ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβείᾳ τὸ πᾶν ἀνετίθεσαν, ἀρετῇ μὴ κακίᾳ καὶ τῇ ἄρχοντος ῥοπῇ καὶ περὶ τὸ Θεῖον εὐλαβείᾳ τὸ Θεῖον ἐπικλινόμενον. Προσῆλθον δὲ τούτων τινὲς μετὰ τὸν δημοσίαν ἀπὸ τῆς Μακεδονικῆς τὰ Ῥωμαίων ἐφρόνησαν, γεγόνασι, καὶ ἀξιωμάτων συγκλητικῶν καὶ λαμπρῶν ἠξιώθησαν. Ἦν δὲ τὸ τηνικαῦτα ἔτος μὲν ἕκτον βασιλεύοντι τῷ Δουκί, ἰνδικτιὼν γ', ἔτος ,ςφογ' τῆς κοσμικῆς κτίσεως.

A incessebatur et accusabatur, regia urbe egressus ad locum qui Chœrobachi vocatur **656** castra ponit, haud plures centum et quinquagenta militibus secum adducens, ex quo plures admirari quomodo cum hisce homunculis adversus tantam multitudinem congredi auderet. Verum cum ille in hujuscemodi apparatu versaretur ac de cogendo exercitu consuleret, quidam ad ipsum accurentes accessere, atque duces redemptos nuntiarunt et totius nationis interitum, asserentes duces ipsorum conscensis navigiis Istrum transmisisse, reliquam vero multitudinem fame ac peste et a finitimis Bulgaris et Patzinacis debellatam funditus interiisse, Deo omne illud opus procurante. Fertur enim imperator, desperatis rebus, indixisse jejunium et sibi et populo, et assiduas supplicationes adhibuisse, ipse pedes simul cum lacrymis incedens et contrito corde. Qua die conspecta est in Tzurolo ab Uzis in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie emicare et cum summa festinatione crebra contra ipsos tela jacere, ita ut ex ipsis nemo illæsus remanserit, quin vulnus acceperit. Imperator autem Deo sacrificio cum gratiarum actione peracto, recta ad regiam urbem se contulit, quam reperit admirationis ac stuporis plenam votaque Deo pro accepta salute persolventem. Verum omnes quod factum erat divinum miraculum censentes, imperatoris erga Deum pietati ascribebant, quod virtute et non vitio aut potentia imperatoris, sed religione Deus ipse flexus esset. Post hujuscemodi cladem quidam ex **657** ipsis ad imperatorem se contulere, a quo acceptis agris publicis Macedoniæ Romanis steterunt, et socii ipsorum atque eis obedientes hactenus fuere, honoribus senatoriis atque illustribus dignati. Agebatur autem tunc sextus annus imperanti Ducæ, indictione tertia, anno 6573 ab orbe condito.

B

C

Πρὸ δὲ τούτου τοῦ ἔτους κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως, κγ' ἄγοντος τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, περὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς, σεισμὸς ἐξαίσιος γέγονε τῶν πώποτε γενομένων ἐκπληκτικώτερος, ἐκ τῶν Ἑσπερίων μερῶν ἀρξάμενος. Τοσοῦτος δὲ ἦν τὸ μέγεθος ὡς καὶ οἰκίας ἀνατρέψαι πολλὰς καὶ ναοὺς καὶ κίονας. Τὰ ὅμοια δὲ τοῖς εἰρημένοις πεπόνθασι Ῥαιδεστός τε καὶ Πάνιον καὶ τὸ Μυριόφυτον, ὡς καὶ μέρη τειχῶν [P. 817] ἀνατραπῆναι ἄχρις ὑποβάθρας καὶ πλείστας οἰκίας, καὶ φόνον γενέσθαι πυλόν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ Κύζικος, ὁπότε καὶ τὸ ἐν αὐτῇ Ἑλληνικὸν ἱερὸν κατεσείσθη καὶ τῷ πλείστῳ μέρει κατέπεσε, μέγιστον ὂν χρῆμα πρὸς θέαν δι' ὀχυρότητα καὶ λίθου τοῦ καλλίστου τε καὶ μεγίστου ἁρμονίαν καὶ ἀνοικοδομὴν καὶ ὕψους καὶ μεγέθους διάρκειαν. Καὶ μέχρι δὲ δύο ἐνιαυτῶν ἔκτοτε φοράδην ἐπεφοίτων σεισμοὶ μηδαμῇ τυῖς

D

Anno vero superiore circa mensem Septembrem indictione secunda, vicesima tertia die mensis, circa secundam noctis vigiliam, terræ motus ingens factus et omnium qui unquam fuere maxime terribilis, ab Occidentis partibus incipiens, atque adeo vehemens ut et domos multas everterit et templa et columnas. Et similia iis quæ jam diximus accidere Rædesto et Panio atque Myriophyto, ita ut murorum partes usque ad ipsum fundamentum dirutæ sint et domus plurimæ, et multa cædes facta. Quinetiam Cyzicus haud expers damni fuit, siquidem templum Græcorum, quod in ipsa erat, commotum est ita ut maxima illius pars deciderit, cum esset maximum spectaculum, tum quod munitissimum erat, tum quod ex pulcherrimo lapide et maximo admirabilem structuræ ordinem habebat, tum vero quod ædificium videretur et altitudine

et magnitudine idonea in perpetuum permansurum. Et usque ad duos annos ex eo tempore frequentes terræ motus fiebant adeo ingentes ut ejusmodi majores natu minime meminissent. Eadem damna perpessa est Micæa, in qua templum sanctæ Sophiæ dicatum et sanctorum Patrum **658** ædes conquassata sunt, et muri cum civium domibus collapsi sunt, et loca quoque Dromi penitus corruerunt. Erant hæc peccatorum exacta supplicia et prorsus ita divina, et innuebant modo dictæ nationis adventum et interitum : in divinis enim portentis non præsens tantum sed etiam futurum prævidetur et præsignificatur.

Maio quoque mense, quarta decima indictione, apparuit crinita stella post solem occidentem, lunæ magnitudine, quando ipsa plena est lumine : quæ eo tempore fumum emittere et nebulam videbatur, et insequenti die cœpit crines ostendere, qui quantum protendebantur, tantum stellæ magnitudo deficiebat; immisit autem radios ad Orientem, et ad eam partem progredi quadraginta diebus perseveravit.

Mortuo vero patriarcha Constantino, Joannes monachus, cognomento Xiphilinus deligitur, Trapezunte natus, vir sapiens et eruditissimus et in rebus politicis spectatus et virtutem sedulo sectatus, adeo ut in principio florentis ætatis monasticam administrationem susceperit et vitam solitariam degere instituerit tempore haud exiguo in Olympo monte : quare nemo præter ipsum dignus habebatur qui ad altum patriarchæ gradum perduceretur, tametsi recusans ac fugiens ad eum honorem compulsus est. Quin etiam vita functo Theodulo Bulgariæ archiepiscopo **659** delegit imperator Joannem quemdam, monachum Lampensem, qui idem monasterium cum Xiphilino coluerat.

A mense autem Octobri morbus gravis imperatorem invasit, qui eum graviter affligebat usque ad insequentem mensem Maium, quo ipsum profligavit et vita privavit. Ejus vero exsequiæ non ubi exspectabat celebratæ sunt, sed per mare ductus in monasterio sancti Nicolai, quod Molibotum vocatur, situs est. Vixit in imperio annos septem, menses sex. Fuere ipsi liberi ex Eudocia Augusta, quam adhuc privatus duxerat uxorem, mares tres, Michael, Andronicus et Constantinus. Horum porphyrogenitus erat Constantinus, omnesque imperatores declaravit. Feminæ autem tres, Anna, Theodora et Zoe. Et cum Cæsarem suum fratrem Joannem delegisset, socium arcanorum consiliorum et deliberationum ascivit. Cum diem suum obiturus esset, ab omnibus syngrapham petiit, in quo pollicerentur nunquam se præter ipsius liberos alium imperatorem suscepturos : et omnes subscripsere. Quin etiam imperatrix Eudocia nunquam ad alterum conjugium se transituram promisit. Perfectamque ipsam syngrapham patriarchæ ser-

A ἐξωροτέροις μνημονευόμενοι. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ Νίκαια πέπονθε· κατεσείσθη γὰρ καὶ ταύτη ὅ τε ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Σοφίας ναὸς καὶ ὁ λεγόμενος τῶν ἁγίων Πατέρων σηκὸς, καὶ τὰ τείχη δὲ σὺν τοῖς πολιτικοῖς οἰκήμασι καταπεπτώκασιν, ὅτε δὴ καὶ τὰ τοῦ τρόμου κατέληξε τέλεον. Ἦσαν δὲ ταῦτα καὶ εἴσπραξις μὲν ἁμαρτημάτων καὶ χόλος θεῖος ἐξ ἅπαντος, ἠνίττοντο δὲ καὶ τὴν τοῦ βληθέντος ἔθνους ἐπέλευσιν καὶ κατάλυσιν· ἐν γὰρ ταῖς θεοσημίαις οὐ τὸ ἐνεστὼς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον πρωτεθεώρηται καὶ προσημαίνεται.

Καὶ Μαΐῳ δὲ μηνὶ τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος ἐφάνη κομήτης κατόπιν τοῦ ἡλίου δύνοντος, τὸ μέγεθος σε- B ληναῖον φέρων, ὅτε ἤδη πλησιφαὴς γένηται. Καὶ ἐφκει μὲν τηνικαῦτα ἐλπέμπειν καπνὸν καὶ ὁμίχλην, ἐν δὲ τῇ ἐπιούσῃ ἤρξατο παραδεικνύειν βοστρύχους τινὰς, καὶ ὅσον οὗτοι προετάννυντο, τὸ μέγεθος τοῦ ἀστέρος ὑπέλῃγεν. Ἀπέτεινε δὲ τὰς ἀκτῖνας ὡς πρὸς Ἑῴαν, καὶ πρὸς ἐκείνην προήχετο, καὶ ἦν ἐπικρατῶν ἄχρις ἡμερῶν ω.

Κωνσταντίνου δὲ τοῦ πατριάρχου θανόντος Ἰωάννης μοναχὸς ὁ ἐπίκλην Ξιφιλῖνος προχειρίζεται, ἐκ Τραπεζοῦντος μὲν ὁρμώμενος, ἀνὴρ δὲ σοφὸς καὶ πρὸς ἄκρον παιδεύσεως ἑλληλακὼς κἀν τοῖς πολιτικοῖς περίβλεπτος γεγονὼς καὶ ἀρετῆς εὐφρόνως ἐπιμελούμενος, ὥστε ἐν ἀρχῇ τῆς εὐημερίας καὶ τῆς ἡλικίας τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἀσπάσασθαι καὶ τῶν ἀναχωρητικὸν ἑλέσθαι βίον χρόνον οὐκ ἐπὶ μικρὸν παρὰ τὸ τοῦ Ὀλύμπου ὄρος. Ὅθεν καὶ οὐδεὶς ἄξιος C πλὴν αὐτοῦ ἐνομίζετο πρὸς τὸν ὑψηλὸν τοῦ πατριάρχου βαθμὸν, εἰ καὶ ἀπαναιόμενος καὶ φεύγων ἐδιώχθη πρὸς τῆς τιμῆς. Ἀλλὰ μὴν καὶ Θεοδούλου τοῦ Βουλγαρίας ἀρχιερέως κοιμηθέντος προχειρίζεται ὁ βασιλεὺς Ἰωάννην τινὰ μοναχὸν ἐκ τῆς Λάμπης μὲν ὡρμημένον, συνασκητὴν δὲ καὶ σύμπονον τοῦ Ξιφιλίνου.

Ἀπὸ δὲ μηνὸς Ὀκτωβρίου νόσος ἐνσκήψασα τῷ βασιλεῖ κατέτρεχεν αὐτὸν δεινῶς ἄχρι τοῦ ἐπιόντος Μαΐου μηνός· ἐν αὐτῷ δὲ τοῦτον κατειργάσατο καὶ τῆς ἐντεῦθεν ζωῆς ἀπήγαγεν. Ἡ δὲ ὁσία τούτου οὐκ ἔνθα προσεδόκησε γέγονεν, [P. 818] ἀλλὰ διαπόντιος ἀχθεὶς ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐναπετέθη, ἣ καλεῖται Μολιβωτόν Ἔζησε δὲ ἐν τῇ βασιλίδι χρόνους ζ' καὶ μῆνας ἕξ. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες ἐξ Εὐ- D δοκίας τῆς βασιλίδος, ἣν ἔτι ἰδιωτεύων ἠγάγετο ἄῤῥενες μὲν τρεῖς, Μιχαὴλ, Ἀνδρόνικος καὶ Κωνσταντῖνος (τούτων πορφυρογέννητος ἦν ὁ Κωσνταντῖνος, πάντας δὲ βασιλεῖς ἀνηγόρευσε)· θήλειαι δὲ τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Θεοδώρα, καὶ Ζωή. Καίσαρα δὲ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην προχειρισάμενὸς κοινωνὸν βουλευμάτων μυστηριωδῶν καὶ σκεμμάτων ἐτίθετο. Μέλλων δε τελευτᾶν ἔγγραφον ἀπῄτησεν ἐκ πάντων ὡς οὐκ ἄν ποτε παρὰ τοὺς αὐτοῦ παῖδας βασιλέα ἕτερον δέξαιντο· ἐν ᾧ καθυπέγραψαν ἅπανυες, ἅμα μὲν καὶ ἡ βασιλὶς Εὐδοκία ὡς οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὴ πρὸς δεύτερον ἐλεύσηται συνοικέσιον, καὶ ἀπαρτισθὲν τῷ πατριάρχῃ φυλάττειν δεδώκασιν. Ὅθεν καὶ

παρὰ τῇ γυναικὶ καὶ βασιλίδι τὰ πάντα πεποίηκε, σωφρονεστάτη τε νομιζομένῃ τἀνδρὶ καὶ παιδοτριβῆναι ἀκριβεστάτῃ καὶ πρὸς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν ἱκανωτάτῃ. Τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτῶν ὢν ἑξήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. Εἴθιστο δὲ λέγειν περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ ὡς τιμῆς μὲν καὶ χρημάτων οὐκ ἀποστερήσει τούτους, ἀντ' ἐλευθέρων δὲ ὡς ἀργυρωνήτων ἐχρήσατο· « Ἀφειλόμην δὲ οὐκ ἐγὼ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς, ἀλλ' οἱ νόμοι ἐκπτώτους τῆς πολιτείας ποιήσαντες. » Τοῖς δὲ λόγοις ἐξόχως προσκείμενος, « Ὄφελον, ἔλεγεν, ἐκ τούτων ἢ τῆς βασιλείας ἐγνωριζόμην, » Γενναῖος δὲ ὢν τὴν ψυχὴν πρός τινα εἰρηκότα ὡς αὐτὸς ἂν ἡδέως μαχόμενος ἐκείνου τὸ ἴδιον σῶμα προβάλοιτο, « Εὐφήμει, εἶπε, καὶ εἰ βούλοιό γε πεσόντι ἐπένεγκαι πληγὴν καὶ αὐτός. » Πρὸς δὲ τὸν τοὺς νόμους ἐξακριβούμενον ἐπὶ τῷ βούλεσθαι ἀδικεῖν, « Οὗτοι, ἔφησεν, οἱ νόμοι ἡμᾶς ἀπολωλέκασι »

A vandam tradidere. Quare et dum uxor et dum Augusta fuit, omnia ita fecit ut et viro castissima et in instituendis liberis diligentissima et in administranda republica maxime idonea haberetur Moritur imperator annos **660** natus sexaginta et paulo amplius. Consueverat autem dicere de iis qui sibi insidiarentur, se honore et pecuniis haudquaquam eos privaturum, sed ut captivis argento emptis usurum, non autem eos ut liberos homines habiturum : « Ademi autem, aiebat, non ego ipsis libertatem, sed leges, quæ jure civitatis ipsos excidere fecerunt. » Disciplinis eximie deditus, aiebat, « Utinam ex iis potius quam ex imperio cognoscerer. » Cumque alto animo esset, cuidam qui sibi dixerat se libenter pugnantem proprium corpus pro illo oblaturum, « Meliora, inquit, loquere, B ac si me lapsum videris, ipsemet mihi plagam infer. » Ad eum qui studiose leges inquirebat propterea quod peccare cuperet, dixit, « Istæ nos leges perdidere. »

tianorum fide, in gentilismum et futiles anti-
quorum Græcorum τελετὰς animum applicasse,
cultumque exosculatum, deos improbe adorasse.
Viri ingenium conviciis Constantinus acriter ver-
beravit, et carmine elegiaco insectatus est, quod
ita clausit :

Ταῦτα δὲ Κωνσταντῖνος ὁ σῆς γάλα Καλλιοπείης,
Καλὸν ἀμελξάμενος, φησὶν ἐπισταμένως,
Ὅς ῥα τεῆς κραδίης μυστήρια λεπτολογήσας,
Ὀψὲ μόγις κακίην κευθομένην ἐδάην.

Id est : [3] *Hæc vero Constantinus, qui tuæ lac
Calliopes pulchrum ebibit, expertus dicit : Qui tui
cordis arcana intime expendens, tandem aliquando
iniquitatem occultam percepi.* Discipuli calumniam
Psellus ægre tulit, et carmine iambico, eoque pro-
lixo, quo se Christi asseclam, et gentium hostem
palam fatetur, injuriam propulsavit. Carmen ele-
gantissimum, sicut et alia ejusdem inedita apud
me sunt ; et tibi non invidissem, sed brevitatis
studio in alia magis necessaria ducor. Ut tamen
melius res Christianas pertractaret, Photio patriar-
chæ post Ignatii restitutionem, ad mysteria nostræ
fidei addiscenda, totum se tradidit, a quo divina
doctrina instructus, prioribus studiis valedixit,
quod ipse elegiaco illo carmine refert :

Ἔρρε μοι, ὦ τριτάλαινα Πολύμνια. Ἔρρετε, Μοῦ-
[σαι,
Αὖταρ ἐγὼν ἀπὸ νῦν ῥητορικῆς ἔραμαι,
Φώτιον ἀρχιερῆα γεροντοδιδάσκαλον εὑρών,
Ὅς με γάλακτ' ἔθρεψεν θείων ναμάτων.

Id est : *Vale mihi, o ter miseranda Polymnia. Valete,*

*Musæ. Ipse enim nunc demum rhetorices desiderio
teneor, cum Photium summum præsidem senem ma-
gistrum adinvenerim, qui me lacte enutrivit divina-
rum scaturiginum.* Vocat Photium γεροντοδιδάσκα-
λον, vel quod senex, vel quod senem erudiret ;
ambo quippe erant ætate provectiore. Idque com-
modius Leoni successit, inter aulæ primates non
postremo. Nam Photius dignitate spollatus in regia
Basilii Macedonis vitam agens, Leonem ac Con-
stantinum, cæterosque Basilii filios ad humanita-
tem, eloquentiam et alias disciplinas informabat.
Hinc etiam aditus Leoni ad divinlora studia capes-
senda datus est. Id habeo ex Constantino Porphy-
rogenneta (*c*) de vita et rebus gestis Basilii Mace-
donis : Οὐ μὲν οὐδὲ πρὸ τούτου διέλιπε φιλοφρονού-
μενος αὐτὸν, Φώτιον, καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ B
παντοδαπὴν σοφίαν τε καὶ ἀρετήν. Ἀλλὰ κἂν εἰ
τῆς καθέδρας μετέστησεν, οὐδὲν τοῦ δικαίου θέλων
ἄγειν ἐπίπροσθεν, ὅμως τῶν εἰς παραμυθίαν οὐδὲν
ἐνέλιπε παρεχόμενος. Ὅθεν κἀν τοῖς βασιλείοις δια-
τριβὴν αὐτῷ δοὺς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παι-
δευτὴν καὶ διδάσκαλον. Id : est *Neque vero antea
humanitatis in eum, Photium, studia prætermiserat :
quinimo propter omnimodam in eo sapientiam ac
virtutem honoribus auxit. Et licet a patriarchali
sede dimovisset, justitiæ primas concedens, attamen
omnia in eum, quibus solari posset, officia contulit.
Unde et in regiam evocatum propriorum filiorum
informatorem ac magistrum constituit.*

[4] IV. Leo itaque, sive tradendæ philosophiæ
munere, sive præstantia, qua et ipse in philoso- C
phicis alios superabat, philosophi sibi cognomen
vindicavit. Id cum ecclesiasticæ parens historiæ
in Annalibus annotasset, anno Domini 859 Mi-
chaelem Psellum floruisse, non incongrue affirma
vit. Eo namque tempore Michael Psellus non il-
laudatus vir in philosophandi scientia probabatur,
a Michaele altero Psello sub Constantino et Mi-
chaele Ducis, diversus, quos parum caute plerique
confundentes, misere historiæ ordinem ac tem-
pora perturbarunt, adeo ut non nemo in paucissi-
mis verbis quam plurima mendacia et nugas legen-
tibus obtrudat. Ne nimius sim, en Gregorii Gyraldi
verba *De poet. histor.*, Dialogo 5 : *Fuit quidem non
incelebris Leo ille, qui Basilii filius, Philosophus
cognominatus est, qui circiter annum* 887 *a Verbo* D
Dei corporato, Byzantii et Orientis annis 25 *impe-
rium tenuit, cujus filius Constantinus Ducas fuit,
qui et de Christiana religione probe sensit, et opti-
mis artibus et disciplinis operam naviter impendit.
Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem
moriens Romano filio reliquit, in quo summam totius
imperii, sociorum fœdera, hostium vires, quæ e
quantæ essent, aliaque omnia ad imperium spectan-
tia complexus est : quem librum hodie Venetorum
respublica in sua peculiari bibliotheca diligentissime*

NOTÆ.

(*c*) In Allatii Symmictis, p. 83.

custodire facit. Hujus quoque Constantini tempore, vir cum in omni liberalium artium scientia, sed et peregrinarum floruit M. Psellus, cujus innumerales pene libri curiosorum et studiosorum manibus teruntur. Ad hunc certe Constantinum Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta et de auro conficiendo, hoc est, Chrysopœia libri exstant, quos quidam non sane indoctus Constantino magno datos perperam etiam scripto credidit : ut Commentaria mittam, quæ in Zoroastris Chaldaica symbola leguntur, et Canones astronomicos, etc. ; et paucis interjectis : *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et M. Pselli discipulus, Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria, quæ in exordio ejus principatus Constantinopolitanam urbem invaserat, Parapinaceus cognominatus fuit. Hic quidem Michael cætera ignarus ac socors nisi quod bonis artibus sub Psello profecit, atque imprimis in factitandis versibus, qua in re Græca illum imperatorem commendat historia.*

V. Miror hominem sanæ mentis tam inconsiderate locutum. Leo Philosophus, Leo illi est imperator, Basilii filius. Error. Certum est Leonem imperatorem humanioribus, philosophicis sacrisque studiis addictissimum plurima, quæ etiam exstant, laudabiliter in disciplinarum omni genere conscripsisse: ideoque σοφὸν, sapientem [5] scilicet cognominatum, at nunquam illi philosophi nomen attributum ab eruditioribus est. Ex Leone itaque non Philosopho, altero Sapiente unum facit Leonem, eumque filium Basilii. Imperitius lapsus est auctor *Theatri vitæ humanæ*, vol. XXI, lib. II, pag. 3759. *Litteris Leo Philosophus imperator initiatus fuit Byzantii, rethoricam, philosophiam, arithmeticam et reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaele Psello. Cedrenus.* Ingens sane imperatoris et ardens studium, licet auctoritas et facultates nullæ, qui relicta domo neglectisque summi fastigii opibus, in insulam Antrum pro capessendis disciplinis ad magistrum Psellum pererraverit. Nonne multo facillius, præmio, quod poterat, maximo proposito, Psellus vocatus accessisset? Falsum etiam est id asserere Cedrenum, qui Philosophum Leonem a Leone Sapiente et imperatore diversum novit. Et Cedrini verba de Leone Philosopho sunt, quæ supra adduximus.

VI. Pergit Gyraldus : *Cujus*, Leonis scilicet, *filius Constantinus Ducas fuit.* Quis id dixit? Constantinus Ducas longe ab his temporibus vixit. Neque Constantinus Leonis filius Ducæ sibi cognomen unquam ascivit, sed Porphyrogennetæ, quo maxime gaudet et gestit. Ducæ cognomen post centum sexaginta ad minus annos in imperio cepit. *Qui et de Christiana religione probe sensit.* De Constantino Duca forte verum fuerit. Verum quanam ratione Constantinus Leonis filius schismatis propugnator de Christiana religione probe sentire potuit, judicent alii. Conatus illius in vindicando ab injuriis Photio, vel solo Unionis tomo, a Leunclavio in Jure Græco-Romano lib. II edito, satis superque liquet. *Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit.* Eum ex codice bibliothecæ Palatinæ, qui Baptistæ Ignatii olim fuisse perhibebatur, descriptum, Græce et Latine edidit Joannes Meursius, cum aliis ejusdem Constantini opusculis, Lugduni Batavorum apud Elzevirum 1627, in-8°. Verum is non Ducæ, sed Porphyrogennetæ fuit. *Hujus quoque Constantini tempore floruit Michael Psellus.* Si de Psello, cujus innumerabiles, ut ipse ait, libri circumferuntur, sermo est, fallit. Ille etenim non eo tempore vixit. Si de præceptore Leonis Philosophi, licet non fallat, ille tamen innumerabilium librorum editione non celebratur. De quo, an aliquid (*d*) scripserit, adhuc dubitamus. *Ad hunc certe Constantium Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta.* Hoc [6] quoque falsum est. Nam Psellus qui *De victus ratione* conscripsit, Constantino Ducæ (*e*), vel si placet, Constantino Monomacho librum nuncupavit. *Et de auro conficiendo.* Nihil minus. Libellum etenim illum ad patriarcham Michaelem Cerularium, cujus hortatu illum conscripserat, misit. *Quos quidam non sane indoctus.* Optime hic aliorum ineptias abdicat, et nonnulla Pselli commentaria, non tamen Leonis Philosophi magistri, recenset. Subdit, *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et Michaelis Pselli discipulus Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria Parapinaceus* (*f*) *cognominatus fuit.* Nugæ, Constantini, Leonis filii, nullus fuit filius Michael, sed Romanus, cui librum, ut Gyraldus supra dixerat, moriens, *De administrando imperio* reliquit. Et Michael iste sub Psello præceptore Constantinum Ducam patrem cognoscit Annon bene tractat historiam Gyraldus? Annon bene de Psello atque his imperatoribus meritus, quos fœdissime commiscendo confundit, et loco suo ejectos ad alia tempora conjicit?

VII. Possevinus item, dum scripta recentioris Pselli ad veterem illum Leonis præceptorem transfert, satis male antiquitatem accipit : *Michael Psellus, qui Leonis, cognomento Philosophi, fertur fuisse præceptor, pleraque scripsit, tum ad theologiam, tum ad philosophiam atque ad alias disciplinas, sive mechanicas, sive medicas spectantia ; si tamen omnia, quæ ascribuntur, legitima sunt illius opera.* Nec plus sapit Franciscus Bosquetus, præfat. ad lectorem in Michaelis Pselli de legibus

NOTÆ.

(*d*) Præter carmina, ut illa de quibus supra § 3.
(*e*) Aliter tamen ipse Allatius infra § 11.
(*f*) Quod πινάκιον sive quarta pars modii eo tempore ementibus subtraheretur. Vide Cangium in Πινάκιον.

Syntagma : *Michaelem Psellum, qui præter propter annum Christi* 850 *Leonis Philosophi imperatoris*, etc.

VIII. Et sane parum caute Andreas Schotius Præfat. ad Psellum in Cantica canticorum, et Gerhardus Vossius de *Historicis Græcis* lib. II, cap. 26, Cæsari Baronio et Bellarmino imponunt, sibi et aliis persuasisse conati, floruisse Psellum Christi anno 859, quo Constantinopoli imperator Leo Philosophus fuit, quem et Psellus litteris informavit. Licet enim de Psello verum sit, nec in eo Baronius fallitur; fuit enim vere eo tempore Psellus quidam, litteratura insignis; nunquam tamen Baronius eum Psellum Leonem imperatorem litteris imbuisse affirmavit,sed Leonem Philosophum longe ab imperatore Leone diversum. *Baronius*, dicunt, *a Psello, non Leonis æquali, sed multo recentiore, Simeonem Metaphrastum oratione panegyrica celebratum narrat.* Ita est. Sed non dixerat unicum tantum Psellum exstitisse. Et nos ad [7] quemnam Psellum oratio referri debeat,certo affirmare non possumus. Conjectura tamen, eaque levissima ducimur, hunc recentiorem esse illius auctorem; quod et plura scripserit in omni disciplina et scriptorum gloria celeberrimus fuerit. An vero senior ille aliquid scripto tradiderit, certo non constat.

IX. Ego vero nullus dubito, si verum fateri velimus, Psellum illum sub Basilio Macedone, multa philosophica scripto consignasse, eaque nunc affinitate nominis indistincta sub recentioris Pselli nomine circumferri. Scripta namque omnia, quæ Psellum patrem indigitant,cum et tractandi ratione, et inveniendi acumine, nec eadem dicendi forma, nec figurarum coloribus gestiant, sed alia incomptam illam,et Græcam philosophiam,non barbaram scilicet,sed virilem, et quæ suo splendore nitescat, præ se ferant; alia cum Musis ludant, et Gratiis, et verborum flosculis, et compto periodorum instructu hilariter subsiliant; diversos sibi parentes pro genii diversitate reposcunt. Et licet magni viri aliquando rerum excelsarum parturitione defatigati videantur destitui, et in alias atque alias se dicendi formas convertere, semper tamen in illis vis quædam naturæ, a semetipsa nunquam degenerans, inclarescit, qua nasuta ingenia et acres operum judices verum auctorem expiscantur. Quamvis deturpata facie et pedibus distortis Ganymedes claudicet, non ita in alium virum migrare poterit, ut Ganymedes esse non cognoscatur; adhuc lineamenta illa,et pessime exceptas pulchritudinis scintillas, et latentes in membris radios, si fungus omnino non es, prompte dignoscas.Sæpeque in confracto, exeso ac partibus mutilato marmore cœlum Praxitelis deprehendi. Cum itaque in hisce operibus longe diversa sint omnia, non uni ascribentur parenti, et quæ junioris Pselli non erunt, ad antiquiorum esse referenda plane judico. Præcipua illa erunt, quæ Aristotelis libros plerosque per modum paraphrasis,non ineleganter exponunt. Semperque de Dialogo illo, in quo operationes dæmonum asseruntur, deque ejus auctore subdubitavi. Stylus florido solidior, res extra Peripateticorum scholas, cum Platonis et Zoroastræ sententiis affinis, et magica illa nugamenta alterum a Psello recentiore Psellum indicant. Hic in Dialogo Marcus in Chersone insula commorans peregrino magiæ arcana exponit; Leo Philosophus philosophica ac reliquas scientias in Antro insula a Michaele Psello edocetur. Video Leonis historiam sub alienis nominibus quasi personatum [8] in theatrum educi. Illud etiam, quod se dicit Timotheus a paterno avo audisse de Euchaitarum pessimis moribus, annon magis senioris Pselli ætati, tunc cum Massalianorum hæresis, ut de hæresibus narrat, Joannes Damascenus, crudelissime in Ecclesiam Dei grassabatur, quæ tempore junioris prope exstincta languebat, videtur convenire? Adde Dialogo tractatum (*g*) *de Dæmonibus*, nondum editum Græce, quod sciam, ex Græcorum sententia, uterinum dixeris ac germanum fetum, et Leonem Philosophum ac Joannem ejus consanguineum magiæ insimulatos et accusatos tradunt historici, quam verisimile est non ab alio quam a Michaele illo Psello didicisse.

X. Libellus etiam Pselli *De lapidibus* a Mausaco editus, vel huic seniori Psello, si me conjectura non fallit, tribuendus est, vel certe nulli. Audi quid ipse dicat, dum in fine auctores, qui de lapidum virtutibus causas reddidere, enumerat, post omnes subdit : Τῶν δὲ οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀπορρήτων τῆς φύσεως προχειρότατος. Id est : *Ex his autem, qui paulo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisiensis, ad omnia etiam naturæ occultiora enucleanda, ut plura paucis complectar promptissimus.* Anne paulo ante tempora Pselli, qui sub Constantino et Michaele Ducis florebat, Alexander Aphrodiensis, qui sub Antonino et Severo scribebat,vixisse dicendus est? Si octingentorum et quinquaginta annorum spatium modicum temporis intervallum Psello est, quod erit longum? Ergo vel hic libellus Psello huic seniori vindicandus est, vel si sexcenti etiam et plures anni diuturniora tempora sunt, ideoque nec seniori tribuendus, alius nobis opusculi auctor quærendus est sedulo, ne Psellum, dum hæc scriberet, dormitasse nugacissime fateri cogamur.

XI. Liber etiam *Medicus* et *Therapeuticus* Pselli, quem Constantino Porphyrogennetæ, nisi nos ludit inscriptio, nuncupavit, forte Psello seniori

NOTÆ.

(*g*) De hoc infra § 39. Laudat et Allatius diss. de Engastrimytho c. 2 et 16.

tribuendus est, si vitam eo usque protraxit; certe recentiori tempora negant.

XII. Verisimile itaque est, Psellum hunc plura in *Philosophicis Rhetoricis* composuisse. At non scripsit, inquies, quidquid de aliis sit, in Simeonem Metaphrastem panegyricum, ut Baronius somniat, [9] cum illum Psellus recentior scripserit. Quare Baronius falsus est, et in Psello, quem in aliud tempus amandat, et in Metaphraste, quem ob imaginarium Psellum annis ferre ducentis, antequam esset, suam Ecclesiæ operam contuluisse in enarrandis sanctorum vitis contendit. Nec feliciori eventu Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, sæculo IX, anno 850; Jacobus Gaulterus in *tabula Chronologica*, sæculo IX, pag. 598; Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis* c. 10, et alii, Baronium secuti sunt.

XIII. Hic historiæ ecclesiasticæ hostes, et Simeonis Metaphrastæ acerrimi defensoris oppugnatores, tantorum virorum lapsu triumphare sibi videntur. Sed nulla id evidenti ratione conantur, ni me mea fallit opinio. Pselli tempora Baronius non distinxit; at quonam ipsi modo distinguunt? Ipsi Panegyrim illam in Metaphrastem Juniori Psello, sed quonam argumento adjudicant? Prorsus nullo. Auctorem illius orationis Psellum alterum esse, non Leonis Philosophi magistrum nunquam evincent. Scripsit ille plurima, ut versimile est; quare non et hanc orationem scribere potuit? Et scripsisse argumunto hoc ad probandum firmissimo, ni me codices manuscripti fallunt, ni ipsi, qui contrarium astruunt, lapides sunt, demonstrabo. Concedant et concedere debent orationis parentem cognomento Psellum fuisse, vixisseque non diu post Metaphrastæ tempora. En illius verba (*h*): Ἔδειξε γὰρ κἀν τῷ τέλει ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν ὤν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τετιμῆσθαι αὐτὸν οἱ συνεωρακότες φασὶν, οὐδὲ διῃρῆσθαι, ἀλλ' ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δέσμης ἐλευθερούμενος, καὶ εὐμαρῶς πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νεύματι. Id est: *Nam vel in fine ostendit, qualem vitam egerat. Non enim eum veluti abscissum, aut divisum fuisse dicunt ii, qui viderunt: sed videbatur veluti a quodam vinculo liberari, et hilari nutu se extendere ad ducentes angelos.* Neque negare poterunt, Nicetam qui, et David dicebatur, Paphalgonem divo Ignatio Constantinopolitano, æqualem, iisdem cum senioris Michaelis Pselli temporibus, scriptis editis celeberrimum, vixisse. Ipse hoc de se, in principio Vitæ Ignatii a se conscriptæ, tradit. Nicetam hunc eumdem cum Niceta Serrone faciunt plerique codices Vaticani. Expositionem siquidem in Carmina Gregorii Nazianzeni, ejusdem, qui et in alia Gregorii commentatus est Nicetæ, Serronis scilicet, quod et plurimi codices manuscripti confirmant, huic Nicetæ Davidi tribuunt. Habent enim satis evidenter, Νικήτα φιλοσόφου τοῦ Παφλαγονίας [10] Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἔπη τοῦ Θεολόγου. Et, Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ', Ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτά. *Nicetæ Philosophi Paphlagoniæ Expositio in Carmina Theologi, et Nicetæ, qui et David, expositio in eadem.* Neque ab his diversi sunt codices mss. Augustani; confirmatque editio Veneta sub anno 1563. Ut hinc videas una tot manuscriptorum codicum conspiratione, non unius exscriptoris oscitantia illarum expositionum immutatum sed continuata serie pluribus comprobatum, auctorem Nicetam fuisse, qui et David et Paphalgo Philosophus dicebatur. Serron itaque Nicetas et David auctoritate horum codicum unus est et idem auctor. Ea præ, sequere, mi Gaffarelle. Nicetas, præter expositiones in Gregorii orationes, et alia ingenii sui in omni genere doctrinarum, erudita sane et docta monumenta, in divi Lucæ Evangelium, quatuor libris distinctam, satis uberem et luculentam Catenam ex pluribus Patribus et scriptoribus ecclesiasticis venuste admodum concinnavit; inter eos non infimi sunt Simeon Metaphrates et Psellus. Fateri possumus ergo, Psellum hunc, qui sub Constantino Duca floruit, esse? Apage. Meræ nugæ. Ante Nicetæ tempora obiisse eum certo constat. Eum de novo post Nicetam revixisse probent ipsi, si poterunt.

XIV. Argumentum hoc sane efficax, mihi in præsentia, ut verum fateor, non satisfacit. Nec fide manuscriptorum codicum, quos supra recensui, Nicetam Davidem eumdem esse cum Niceta Serrone, Catenæ in Lucam compilatore probatum satis puto: longum enim temporis intervallum inter utrumque intercessisse existimo. Nam Nicetas Serron, diaconus primum Magnæ Ecclesiæ, et magister, seu doctor. Catenæ in Lucam, Matthæum et alios auctor, et Heracleensis postea archiepiscopus, iisdem cum Thephylacto archiepiscopo Bulgariæ temporibus floruit, ad quem nonam Theophylacti epistolam inter impressas a Meursio, legi. Sed de his alius erit inquirendi locus.

XV. Quod si novatorum doctrinis insistere vellem, Metaphrastes in ultima Christianæ Ecclesiæ antiquitate ipsis etiam apostolorum discipulis σύγχρονος fuit, tantum abest ut recentissimus sit. Nodus quem nescio, an unquam expedient adversarii. Gesnerus, et ejus Epitomator suspicantur, Hippolytum Thebanum, Chronici Ecclesiastici scriptorem, cujus fragmentum Canisius in *Antiquit.* tom. III, nobis Græce et Latine exhibuit, illum esse, cujus Hieronymus meminit in libro *De viris illustribus*, Portuensem duntaxat, nec incongrue; cum et Nicephorus Callistus *Histor. Eccles.* lib. II, c. 3, Glycas, (*i*) et [11] Theodorus Metochita in *An-*

NOTÆ

(*h*) Apud Allatium de Simeonibus p. 335. Quem vide etiam p. 48 seq.

(*i*) Glycæ etiam sunt quos sub Metochitæ nomine annales Meursius edidit. Hippolytus vero Chronici auctor floruit sæculo XI.

nalibus, ea, quæ sunt Hippolyti Thebani, tribuant Hippolyto, Portuensi episcopo, substituantque pro Thebano Portuensem. Verum Portuensis sub Alexandro imperatore, anno scilicet Christi 229, martyrium passus est. Est ergo Metaphrastes antiquior, cum Metaphrastæ Simeonis in Chronico mentio fiat, et suspicione ipsorum una cum discipulis apostolorum floruit. Plures jam hic Metaphrastas parturient, omnium tamen recentissimum Vitas sanctorum scripsisse dicent. Nugæ et somnia.

XVI. Metaphrastes Simeon unicus esto, Thebanus a Portuensi, uti est Hippolytus diversus existimetur; et nos perquam obscura illius tempora et vitæ institutum aliunde quam a tempore Pselli, et, si fieri potest, ab eodem etiam Metaphraste inquiramus. Auctor Vitæ sanctæ Theoctistæ Lesbiæ, Lippomano et Surio, (*j*) aliisque sine ulla hæsitatione, quamvis nescio quid ad incertum auctorem transmittat, Metaphrastes hio est. Comprobaturque certissimo ipsius Pselli testimonio. Psellus namque, dum in Metaphrastem canone, commentationes Metaphraste insinuat, scribit illum consilio atque monitu Parii anachoretæ munus aggressum scribendi, primum omnium colloquium illud composuisse, et Theoctistæ virginis vitam graphice admodum celebrasse, Ode 6. Τὸ πρῶτόν σου σύγγραμμα ἐκ Ηρονοίας θεικῆς, καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναστοῦ, Συμεὼν θεσπέσιε, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθεώρηκας. Et, Ἀξίως ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα Θεοντίστης τῆς ὄντως ἀγγελικὸν, μικροῦ καὶ ἀσώματον τελεσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. Id est : *Prima tua commentatio ex divina Providentia et colloquio facta est sacri senis et anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro insula conspexisti.* Et, *Pro dignitate laudati Lesbiæ illustria et divina certamina, vere Theoctistæ, a Deo fabricatæ, quæ angelicam et tantum non incorporeum absolvit sapienter vitæ rationem.* In hac autem scriptione, et colloquium senis in Paro, et adhortamenta, et vita Theoctistes pro humani ingenii tenuitate exponuntur. A ratione ergo alienus esset, quicunque scriptum hoc Metaphrastæ esse genuinum denegaret. At in hoc vitæ institutum ejusdem, et ætatis tempora plane et sine ullis ambagibus proponuntur. Frustra itaque ex alio, nec ab ipso Simeone, de Simeone, testimonium quærimius. Discamus vero a Simeone, eum non a ducenda uxore abhorruisse, sed ex illa liberos etiam procreasse, civilibusque muneribus functum, tunc demum cum Ilimerio, ducendarum copiarum peritissimo, legatum [12] ad Arabas, qui Cretam invaserant, missum fuisse : et, cum non liceret per ventos ulterius, Parum adnavigasse, et cum sene illo anachoreta cognomine, a quo et res gestas Theoctites ea conditione, ut omnia scriptis mandaret, perceperat, collocutum familiarissime, suæque legationis finem fortunatum, ob eamque munera ab imperatore reportanda, præsagiente divino illo sene, audisse : post absolutam navigationem, scribendo ea, quæ viderat et audierat, præcepta senis adimplesse. Illa ergo tempestate vivebat, cum Arabes Ægel insulas, et oras Græciæ maritimas non infelici eventu, misera tamen Græciæ calamitate ac clade afflixerunt. Sed tunc potissimum, cum in Arabas classe ac ferro Himerius, ipse verbo ac muneribus expugnandos mittitur, tunc cum nondum ad scriptionem animum adjecisset. Sed ista evenere temporibus Leonis Sapientis, Basilii Macedonis filii, si Cedreno, Curopalatæ, Zonaræ aliisque historicis Græcis fides habenda est. Ergo tunc Simeon iste Metaphrastes, Vitarum scriptor, floruit, muneribus ac dignitatibus auctus. Et si quid conjectura augurari licet, Simeon ille a secretis sub hoc Leone, qui aurum a Rhodophyllo relictum Leoni Tripolitæ infami apostate obtulerat, ut eum ab excidio Thessalonicensi averteret, ideoque ab imperatore patricii et secretarii primarii dignitatibus condecoratas, nullus alius est, quam Simeon iste noster Metaphrastes, qui Logothetæ nomine a Psello, ut dicemus inferius, et ab aliis insignitur.

XVII. Metaphrastes ergo Simeon scriptionem exorsus est sub Leone, et sub Constantino Porphyrogenneta, Leonis filio, et nepote Romano, ætate etiam ipse provectiore assiduis laboribus absolvebat; ut ex illius oratione de exportatione manus dextræ Joannis Baptistæ apud Lippomanum et Surium (*k*) colligi poterit. Ait enim ea ætate sub Constantino et Romano imperatoribus a Jobo diacono manum Antiochia Byzantium delatam fuisse. Id autem sub dictis imperatoribus evenisse confirmant Cedrenus et Zonaras in Constantino Porphyrogenneta.

XVIII. Errat ergo Gerardus Vossius, et alii, qui putant Simeonem Metaphrastem sub Constantino Duca, vel saltem circa ea tempora floruisse : errasseque Baronium et Bellarminum, cum Simeon, ut Vossius ipse putat, ducentis annis posterior vixerit, quam illi existimarunt.

XIX. Quantum præterea immaniter hallucinatus sit Hospinianus, dum Metaphrastas et Psellos pro arbitratu, ut ita dicam discerpsit, [13] abunde satis ostendit Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis*, c. 19. Conferam et ex meo nonnulla, præter jam dicta, ad messem tam uberem, ut veritas clarius elucescat. Fuit Metaphrastes non (*l*) trivialis Constantinopoli ludimagister, sed genere clarus illustri familia natus, divitiis abundans, in aula imperatoria celebris, a secretis et consiliis intimis, et post mortem etiam miraculis illustris. Psellus in eumdem : Καὶ τόγε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ γένους εὖ ἔχων, καὶ τὰ τῆς εὐκλείας οἴκοθεν

NOTÆ

(*j*) Ad 10 Novembr.
(*k*) Ad 29 Augusti.
(*l*) Confer Allatium de Nilis p. 29 edit. nostræ.

κεκτημένος, βαθεῖ τε πλούτῳ κομῶν, καὶ οἷς ἄν τις πρὸς παίδευσιν ἀποκνήσειεν. *Et quod est admirabilius, et propter quod illum quispiam magis fuerit admiratus, cum esset genere clarus, et ex illustri familia natus, et abundaret divitiis, et iis quæ segniorem effecerint quempiam ad disciplinas*, etc. Hinc idem Psellus ejusdem Officium composuit, quod ab ecclesiatticis in ejus solemnitate, sicuti fieri amat in aliis Sanctis, decantaretur, in eo Oda 3 scribit, Ἐνδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῆς κάτω συγκλήτου ὡς ἀνὴρ βουληφόρος τὸ πολίτευμα τὸ σὸν ἐκτήσω ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὴν ἄνω σύγκλητον ἐκόσμησας. *Cum terreni senatus dignitatibus condecoratus fuisses, veluti vir consiliarius, vitæ ducendæ rationem in cœlis acquieras, et supernum senatum decorasti.* Sæpeque Logothetam nominat. Ode prima : Μέλος μοι εὔρυθμον δίδου, Λόγε Θεοῦ, εὐφημεῖν ὁρμήσαντι τὸν θεράποντα τὸν σὸν Συμεῶνα τὸν Μεταφραστὴν τὸν κυρίως λογοθέτην ἀξιάγαστον. *Melos mihi concinnum Verbum Dei, cum celebrare inceperim servum tuum Simeona Metaphrastem, proprie Logothetam admirabilem*, Et alibi : Εὐφημήσωμεν πάντες ἐπαξίοις φωναῖς τὸν μέγαν Θεοῦ θεράποντα Συμεῶνα τὸν ἅγιον λογοθέτην. *Celebremus omnes condignis cantibus magnum Dei servum Simeona sanctum Logothetam.* Fuit ergo Logothetæ officio conspicuus, quod quidnam fuerit, pluribus alii exponere conati sunt : eos, qui plura desiderat, videre poterit. Satis mihi erit pro hac re stabilienda elegantissimi item, ac prudentissimi, licet sequioris sæculi scriptoris, Joannis Cinnami testimonium ; in quo vertendo, illustrandoque diu me exerceo, (*m*) speroque laborem hunc meum, propter pulcherrimam historiam, ad hunc diem cum vetustate luctantem, meis vigiliis, et amicorum opera, et scopulo in tranquillum illatam, historicæ veritatis studiosis non ingratum futurum. Is itaque *Histor. Romanæ* lib. IV de rebus gestis Manuelis Comneni, de Richardo Antri domino verba faciens, scribit : Ὡς δὲ τῶν πυλῶν ἀλογιστήσαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογία ἔσχεν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν προσιόντες ἐσκέπτοντο. Κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμου Καντζηλαρίῳ συγγεγονώς, ὃν λογοθέτην εἴποι ἄν τις ἑλληνίζων ἀνὴρ, ἐπὶ Τράνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναρπασόμενος. [14] *Cum vero portæ urbis parum caute custodirentur, Juvenalium ipsum in ejusdem fidem se dedidit Hinc pro occupandis cæteris cum comitibus aliis, nec non Guilielmi Cancellario, quem Logothetam Græca quis lingua expresserit, consilium inibat, et Tranim usque tum illis processit, quasi primo impetu Urbem direpturus fuisset.* Alium hujus vocis significatum, antequam majestas illa imperii statis veterum officiorum formis abrogatis, exteris Barbarorum moribus, nova omnia approbando, cessisset, lege apud Procopium in *Historia Arcana*.

XX. Vitis, ut hoc etiam hic obiter notem, a Simeone conscriptis aliquas a junioribus esse adjectas observarunt Baronius, et Bellarminus, et alii, cum viri illi post Simeonis tempora vixerint. At eas a Psello, recentiore nempe, annexas in lucem vulgatas opinatur Andreas Schottus, præfatione ad lectorem, in Cantica canticorum. Unde id habuerit Schottus non liquet, etsi verum sit Psellum, sive Simeonis æmulatione, sive religione in sanctos, perplures sanctorum Vitas non ineleganti stylo accuratissime descripsisse, utinam, puerilibus argumentis neglectis, in quibus nonnunquam totus esse videtur, in istis seriis pertractandis plures. quam fecit, horas insumpsisset ! Illius in sanctos conatus in Catalogo operum infra recensebimus.

III. VII. *Michael Psellus, Michaelis Ducæ imp. præceptor, clarus circa an.* — 1050. *Alii.*

XXI. Tertius fuit Michael Psellus, Michaelis Ducæ præceptor, qui maxime omnium de republica litteraria meritus, honorificam sui apud posteros memoriam consecravit, ita ut reliquos alios ejus cognomines acumine ingenii, eruditionis copia, profunditate scientiarum, argumentorum varietate, multitudine scriptorum et splendore gloriæ obruerit ; quare, aliorum exstincta, et, ut ita dicam, obliterata memoria, ipse solus nomen illud meruisse videtur. Sic poetam et oratorem cum dicimus, Homerus nobis atque Demosthenes, de Græcis loquor, statim sese offerunt, mentisque oculis repræsentant.

XXII. Fuit patria Constantinopolitanus, e consulum ac patriciorum prosapia, quamvis non tam felici fortuna. Ipse id ait de se in Epitaphio matris : Τῷ τοίνυν ἐμῷ πατρὶ τὸ μὲν ἄνωθεν γένος ἐς ὑπάτους ἀνῄκτο καὶ πατρικίους · τὰ δὲ κατ' ἐκεῖνον πράγματα οὐχ οὕτω δεξιῶς εἶχεν. *Patris igitur mei genus antiquum ad consules et patricios referebatur, res vero ipsius non nimis prospere se habebant.* Post duas femellas tertio ipse partu, multis matris suspiriis, et ad Deum precibus effusis, in lucem editur. Mirum est, quod in ejus ortu narratur, nullas eum lacrymas profudisse, neque usquam postea in maximis etiam necessitatibus plorasse, sed [15] semper ætate illa tenella lætos ac puniceos oculos habuisse : tantum parentis, nullisque aliis quam maternis, ad quæ vel usu vel sententia ferebatur, uberibus inhiasse. Quinquennis præceptori traditur, adeoque robuste studiorum pondus excepit, ut ludicra omnia, præter litterarum studium, quo summopere delectabatur, sordescerent. Ea illius affectum ejusdemmet verbis expressum : Ἐντεῦθεν οὖν ἡ μήτηρ πρὸς τὰ κρείττω χειραγωγουμένη εἰς πέμπτον ἔτος τελέσαντα διδασκάλῳ ἐφίστησι. Καὶ ἦν μοι τὸ μάθημα οὐ μόνον τὸ εὐχερὲς, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ ἀντ' ἄλλης τινὸς παιδιᾶς. Ἠνιώμην γοῦν, εἰ μέ μοι διὰ πάσης ἡμέρας διδοίη τὰ παιδικά. Καὶ ἦν μοι παιδιὰ μὲν ἡ σπουδὴ δὲ παιδιὰ, οὐχ ὡς ταῦτα παίζοντι, ἐκεῖνα δὲ σπουδάζοντι, etc.

NOTÆ.

(*m*) Cinnamus Allatii nunquam prodiit. Exstant editiones Corn. Tollii et Cangii.

Id est : *Hinc igitur mater ad meliora manuducens quinto ætatis anno magistro commendat. Et erat mihi disciplinæ non tantum facilis, sed dulcis præ quolibet alio ludo. Ægre itaque ferebam, si mihi per totum diem delicias non suggereret. Eratque mihi ludus studium, studium ludus, non quod hoc ludibrio haberem, illi vero incumberem.* Ætate grandiore, dum inter parentes non convenit, cuinam studiorum generi esset addicendus, Joannes Chrysostomus et apostoli, matri in somniis visi, decernunt. Hinc disciplinarum quam voluptatum cupidior, æqualibus in studio superatis, non longo intervallo ad suprema quæque doctrinarum culmina gradum fecit, onibusque innotuit. Hæc ipse prolixe nimis, oratione In matrem, prosequitur, et ex eo Anna Comnena *Alexiados* lib. v, brevissime concinnavit, dum de Italo verba faceret : Καὶ Μιχαὴλ ἐκείνῳ τῷ Ψελλῷ ἐν ὑστέρῳ προσωμίλησεν, ὃς καὶ πάνυ τοι παρὰ διδασκάλοις σοφοῖς ἐφοίτησε. Διὰ φύσεως δὲ δεξιότητα, καὶ νοὸς εὐθύτητα, τυχὼν μέντοι καὶ Θεοῦ ἀρωγοῦ. Πρὸς τούτοις διὰ τὴν θερμοτάτην ἱκεσίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐπαγρυπνούσης συχνῶς τῷ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου τῆς Θεοτόκου σεπτῷ εἰκονίσματι, καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐκκλ ουμένης, εἰς ἄκρον σοφίας ἁπάσης ἐληλακὼς, καὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Χαλδαίων ἀκριβωσάμενος, γέγονε τοῖς τότε χρόνοις περιβόητος ἐν σοφίᾳ. Id est : *Tandemque in Michaelis Pselli consuetudinem venit, qui præceptores, sapientes oppido, nactus, naturæ dexteritate et intellectus acumine, Deo quoque illi coadjuvante, adhuc et matris intensissimis precibus, sæpius in templo Domini ante Deiparæ venerandam imaginem invigilantis, spissisque pro filio lacrymis exorantis, ad universæ sapientiæ culmen pervenit, et Græcorum ac Chaldæorum decretis accuratissime conquisitis, ea tempestate celebre sapientiæ nomen consecutus est.* Subdit deinde inter Italum et Psellum dissidia exorta. Medicinæ quoque operam dedit, ut ipse de se Oratione in Matrem, sæpius laudata, affirmat, dum de patre moribundo loquitur. Ὡς δὲ καὶ τοῖς [16] δακτύλοις τὰς τῆς ἀρτηρίας κινήσεις ἐτεκμηράμην. Ἐσπουδάζετο γάρ μοι μακρόθεν ἡ περὶ τούτου τέχνη. *Ut vero et digitis arteriæ motus observavi : jam enim diu aliquid in eam artem studii, et operæ contuleram.* Studium in capessendis disciplinis, et omnibus addiscendis ardens ac pertinax, ipse libello *De admirabilibus lectionibus* in fine explicat. Ἐγὼ δὲ οὐ περὶ ἐργασίας ἕνεκα, νὴ τὴν ἱεράν σου ψυχήν, ἀλλὰ φιλομαθείας τὰ πλείω τῶν μαθημάτων συνελεξάμην. Ἐγένετο γάρ μοι ἡ φύσις ἀκόρεστος πρὸς ὁτιοῦν σπούδασμα, καὶ οὐδὲν ἄν με βουλοίμην διαλαθεῖν. Ἀλλ' ἀγαπῴην ἄν, εἰ καὶ τὰ νέρθεν εἰδείην τῆς γῆς. Καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ περὶ τοῦτο μὲν ἐσπούδακα, ἐκεῖνο δὲ ἀπωσάμην, ἀλλὰ καὶ τῶν φαύλων, ἢ ἄλλως ἀποτροπαίων ἐπιγνῶναι τὰς μεθόδους ἐσπούδακα, ἵν' ἔχω ἐντεῦθεν ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. Id est : *Ego vero, non curiositatis ergo, ita sacrum tuum animum Deus sospitet, sed amore discendi pleraque ex disciplinis collegi. Namque natura cujuscunque studii avida, nunquam scientiis potuit saturari. Nullamque vellem esse, quod mei notitiam fugeret; nec molestum mihi foret, etiam si sub terranea, noscerem. Neque ut plurimi, in hoc tantum incumbo, illud vero negligo, sed et pravorum etiam, et abominandorum mihi notitiam comparo, ut inde hubeam, quod ea usurpantibus opponam.* Plura de hoc, *Orat. de matre*, in qua singula quæque ad fastidium usque enumerat. Ea lector, ne ipse fastidio nim, videat.

XXIII. Interea satis ætatis ac prudentiæ habens in aula imperatoribus innotuit, qui in maximis negotiis proficuam illius operam experti sunt. Nam Michael Stratioticus inter selectos ex patribus conscriptis viros, quos Comneno Isaacio ad rebelles in concordiam redigendos misit, Psellum quoque nostrum legavit, non contemnendo elogio celebratum a Zonara tomo III : Στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσοντες ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς συγκλήτου βουλῆς· οἱ δ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἄλωπὸς, καὶ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὢν ὕπατος. *Legantur igitur ad Comnenum selecti viri ex patribus conscriptis, Constantinus Lichudes præses, Leo Alopus præses et Michael Psellus, sapientissimus princeps tunc philosophorum.* Et Cedrenus in Synopsi : Ἐκεῖ δὲ αὐτῷ γενομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβευταὶ βασιλέως ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, Θεόδωρος ὁ Ἄλωπὸς, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς, ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος. Οὗτοι γὰρ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ λόγου δυνάμει τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν δοκοῦντες, καὶ ἀσυγκρίτως ὁ Ψελλὸς ἐξελέγησαν εἰς τὸ πρεσβεῦσαι, καὶ προσεδόκησεν ὁ βασιλεὺς μεγάλα καταπράξασθαι διὰ τῆς ἐκείνων [17] εὐστομίας, καὶ χάριτος. *Ibi ei occurrerunt legati imperatoris præses Constantinus Lichudes, præses Theodorus Alopus, Constantinus Psellus, philosophorum princeps. Etenim hi tres viri sapientia, et facundia, omnium qui tunc vivebant, primi habiti, et quidem extra comparationis sortem Psellus, ad eam legationem fuerant delecti; quod imperator eorum eloquentia et gratia se maxima consecuturum sperabat.* Ubi exscriptoris incuria, pro Michaele, Constantinus irrepsit. Et in eo falsæ legationis accusatur ab eodem inferius : Λέγεται δὲ ὅτι καὶ οἱ πρεσβευταὶ παραπρεσβεύσαντες ἄλλο τε ἄλλως λάθρα τῷ Κεκαυμένῳ προσιόντες παρεκάλουν ἔχεσθαι τῆς ἐνστάσεως, καὶ μηδόλως ἐνδοῦναι. Τοῦτο δὲ αὐτοὺς ποιῆσαι, καὶ οἱ καλῶς εἰδότες ἐπληροφόρουν ἄνδρες οὐχ οἱοίτε ψεύδεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Κομνηνὸν πληροφοροῦντες ἐνώμοτως, ὡς ἅπαν τὸ ἀστυκὸν πλῆθος περικακῶς εἰς αὐτὸν ἔχει. Καὶ ὡς εἰ μόνον ἐγγίσει τῇ πόλει, τὸν γέροντα ἐξωθήσαντες, μετ' ἐπινικίων, καὶ ὕμνων αὐτὸν προσδέξονται. *Ac proditum est memoriæ, ipsos etiam legatos prævaricatos fuisse, et modo hunc, modo illum diversis temporibus Cecaumeno suasisse, ut oppugnaret acriter oblatas*

conditiones, neque quidquam concederet. Et quidem hoc eos egisse pro certo perhibent ii, quibus ista optime sunt nota, et a mendacii suspicione sunt immunes, aiuntque eos, interposito jurejurando, affirmasse Comneno, ardenter eum ab urbana multitudine diligi; ac, si tantum accessisset ad urbem, fore ut ipsam ea, sene exturbato, cum gratulatoriis victoriæ, et imperii carminibus excipiat.

XXIV. Isaacius Comnenus, cum Michaelem Cerularium, patriarcham Constantinopolitanum abdicare niteretur, aliorum, et Psseli præcipue opera, qui, in eum Oratione conscripta, multorum ac variorum facinorum reum fecit, usus est Zonaras ibidem : Εἶτα καὶ καθαιρέσει ὑποβαλεῖν αὐτὸν διὰ φροντίδος ἐτίθετο, καὶ τισι τῶν ἀρχιερέων συνεργοῖς πρὸς τοῦτο ἐκέχρητο, καὶ τῷ Ψελλῷ αἰτιαμάτων πολλῶν, καὶ ἀλλοκότων συναγωγεῖ, ἃ ἐν τῷ κατ' ἐκείνου λόγῳ συνήθροισέ τε, καὶ συνεγράψατο, δηλοῖ τε διά τινων τῷ ἀνδρὶ ἀπείπασθαι τὴν πυιμαντικὴν, ἵν' ἐκὼν δοκεῖ παραιτεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ τοῦτο, καὶ ἄκων σύτὴν ἀφαιρεθήσσται, εἰς μέσον κατ' αὐτοῦ προτιθεμένων αἰτιαμάτων. *Deinde de abrogando illi patriarchatu cogitans, opere quorumdam episcoporum utitur, et Pselli, variarum et absurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum scripta congressit, et per quosdam viro significat ut simulet se ultro pontificatu cedere quem alioquin invitus cum publica infamia sit amissurus.*

[18] XXV. Diogeni imperatori infensus, primus ipse inter senatores,et Joannes Cæsar,et filii,Eudociam imperatricem in monasterium trudunt; Michaelem Ducam imperatorem denuntiant; Diogenem jam revertentem imperio abdicant,auctore et adjutore consiliorum eodem Psello.Zonaras,in Romano Diogene : Ὁ γοῦν Καῖσαρ Ἰωάννης καὶ οἱ ἐκείνου υἱοὶ ἀεὶ, ὡς εἴρηται, ἐγκοτοῦντες τῷ Διογένει ἁρπάζουσι τὸν καιρὸν, καὶ προσλαβόμενοι τῶν τῆς συγκλήτου ἐνίους, ὅσοι ὠμοφρόνουν αὐτοῖς,ὧν ἐξῆρχεν ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς, ὑσνους καὶ αὐτὸς τῷ Διογένει τυγχάνων, τὴν Βασίλισσαν Εὐδνκίαν εἰς τὴν παρ' αὐτῆς δομηθεῖσαν μονὴν κατὰ ὧν τὸν ἐν τῇ Προποντίδι πορθμὸν περιορίζουσιν, τὸν δὲ Μιχαὴλ ἀνακηρύττουσιν αὐτοκράτορα, etc, *Joannes igitur Cæsar, ejusque filii, Diogeni semper, ut dictum est, infesti, arrepta occasione, quibusdam etiam ex senatu sui facinoris, quorum Psellus vir honoratissimus princeps erat, et ipse Diogenis inimicus, adhibitis, imperatrice Eudocia in monasterio, quod ipsa circa fretum Propontidis struxerat, relegata, Michaelem imperatorem appellat.*

XXVI. A puero itaque liberaliter educatus, animo circa artes doctrinasque gestiente, fructus, quos ab eis expetebat, decerpsit, non breves atque incertos, sed uberes et tempestivos. Eloquentiam enim, horridam tunc et incultam, excoluit, nec ad perniciem et pestem convertit, sed ad salutem. Tandem philosophandi rationem omnem complexus, loco in illo uberrimo ac feracissimo, frugiferam sibi, et aliis diligentiam expertus, extraxit malorum radices ; de natura et rebus occultis optime planeque disseruit, quod verum et quod falsum est in oratione, aperuit, summisque imperatoribus fuit et vivendi præceptor, et dicendi. Ad labores impiger, diu noctuque aut aliquid conscribendo, aut legendo, tempus insumebat : nec vires consenuerant, nec defecerat animus. Et cum munus optimum fructuosissimumque quod possit afferri principibus, illud esse exsitimaret,si doceantur atque erudiantur, summa ope nitebatur,ut Michaelem Ducam instrueret bonisque moribus informaret. Quo quis potest in vita humana, vel desiderare melius, vel optare præstantius? Coercenda est principum libido, refrenandusque furor, neque alia via id consequi possumus quam doctrina et eruditione. Hominis decus est ingenium, ingenii lumen eloquentia, eloquentiæ candor philosophia, philosophiæ rectrix ac magistra pietas, quæ nisi præceptorum monitis fulciatur, in ignorantiæ tenebras prolapsa, ruinam facit.

XXVII. Non potuit tamen effugere calumniam Zonaræ lib. III. *Annal.* : Καὶ ἦν τῶν ἀνθρώπων σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία, [19] καὶ ὁ τούτων ἐπιστρεφόμενος οὐδαμοῦ. Ὁ γὰρ βασιλεὺς παιδαριώδεσιν ἐσχόλαζε πράξεσι τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπερτίμου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, λόγοις τῷ δοκεῖν αὐτὸν ἐμβιβάζοντος, καὶ διδάσκοντος, νῦν μὲν τὴν γραμματικὴν τέχνην, καὶ μέτρα, καὶ διαλέκτους, νῦν δ' ἵνα κατὰ ῥήτορας διαλέγοιτο, νῦν δ' ἱστορίαις αὐτὸν προσεθίζοντος. Ἄλλοτε δὲ φιλοσόφων θεωρημάτων ἀκροᾶσθαι παρασκευάζοντος. Ὁ δὲ πρὸς οὐδὲν ἐπεφύκει. Τούτοις οὖν ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ προστετηκὼς, ὑφ' ἕτερον καὶ τοῦτον ἕνα τὸν τῶν καινῶν κυβέρνησιν ἐποιήσατο, καὶ νόμος ἦν τὸ τῷ Λογοθέτῃ δοκοῦν. *Homines atterebantur, et ærumnis premebantur : et nemo erat, cui illa curæ essent. Nam imperator puerilibus rebus occupatus, a principe philosophorum, et honoratissimo Michaele Psello ad litterarum studia deduci videbatur; ac modo in arte grammatica versibus, in linguarum differentiis eruditebatur, modo declamationibus rethoricis, modo historiis assuefiebat, modo ad audienda philosophica præcepta parabatur, quamvis ad hæc omnia ineptus. Hujusmodi igitur studiis Romanorum imperator affixus, rerum administrationem alteri, eique uni commisit, ut legis auctoritatem haberet, quod Logothetæ visum esset.* Et inferius : Μήτινος δὲ προνοουμένου τῶν κοινῇ συμφερόντων, ὁ γὰρ βασιλεὺς περὶ λόγους ἠσχόλητο, καὶ ἰάμβους συντιθέναι πρὸς τοῦ Ψελλοῦ ἐδιδάσκετο, σιτοδεία τοὺς ἐν πόλει ἐπίεζεν. *Nenime autem bonum publicum curante, nam imperator studiis vacans, iambos scribere a Psello docebatur, urbanos annonæ penuria premere cæpit.* Ita nil tam sanctum (*n*) est, quod calumnia tentare non audeat, et quod laude dignum est, ex improviso,

(*n*) Non adeo reprehendendum Zonaræ judicium, si studiorum deliciis ita fuit edoctus indulgere princeps, ut illis intentus imperii curam allis relinqueret.

fraudulenterque irrepens nescio quis criminose dilacerat. Et hominum turba cæca veluti oraculo plaudit, misera sane, duraque prudentissimorum hominum conditione. Sub aliis item imperatoribus Græcorum imperio jam senescente, doctri nisque omnibus in barbariem commutatis, cum, proh dolor! inertia pro sapientia erat vitam ipse fama clarissimus transegit, jucundus amicis, egentibus utilis, omnibus denique charus.

XXVIII. Illius tamem fidei causam, defensionemque non susceperim, si, quæ de eo Josephus Methonensis episcopus apologia contraMarcum Ephesium tradit, vera sunt. Illum enim annumerat schismaticis Photio, Cabasilæ, Palamæ, Camatero, Phurnio, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, et Panareto, qui dicto et scripto Lainam Ecclesiam insectati sunt. Καὶ σὺ μὲν συνήφθης, ὡς φὴς, τοῖς ἁγίοις σου Πατράσιν, καὶ διδασκάλοις Φωτίῳ τῷ πρώτῳ σχισματικῷ, μᾶλλον δὲ αὐτουργῷ, [20] καὶ δημιουργῷ τοῦ σχίσματος, καὶ τῆς διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Πανarέτῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ σχίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰποῦσι. *Et tu quidem, ut ais, sanctis tuis Patribus ac doctoribus te adjunxisti, Photio schismaticorum principi, imo vero auctori, et opifici schismatis, et dissidii : Cabasilæ, Camatero, Phurnio, Psello, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, Panareto, et cæteris qui post schisma, et multam contentionem in Romanam invecti sunt Ecclesiam.* Sane Photii, Cabasilæ, Palamæ, Nicolai Methonensis, aliorumque in Ecclesiam Latinam commentationes nugacissimas non sine tædio ac stomacho legi. Pselli similem disputationem ad hunc diem non offendi, et fortasse nec ille conscripsit. Verumtamen est in *Expositione fidei* ad Michaelem Ducam, dum de processione Spiritus sancti verba facit, eum affirmare ex solo Patre procedere, quo vel solo nomine illius in recentiorum Græcorum placitis propugnantis pertinacia,et ad pervicaciora quæque audendum, si occasio se tulisset, animus innotescit.

XXIX. Tandem jam senex exauctorato Michaele Duca, ipse quoque a Botaniata Nicephoro dignitatibus spoliatus, monachum induens, solum vertere coactus est ; nec multo post, sive senio, sive etiam mœrore vitam posuit : idque conjicio ex verbis Annæ Comnenæ *Hist. lib.* v. Sed iis præcipue : Ἔνθα καὶ τοῦ Ψελλοῦ μεταχωρήσαντος Βυζαντόθεν μετὰ τὴν ἀπόκρασιν, (lego ἀπόκαρσιν,) αὐτὸς φιλοσοφίας ἁπάσης πρόεστι διδάσκαλος. *Ubi et Psello post comam detonsam Byzantio secedente,ipse Italus universæ philosophiæ magister creatus est.*

XXX. Quidquid tamen sit, maximis eum laudibus exornarunt,præter Annam Comnenam,Joannes Scylitza, et Cedrenus in procœmio Historiæ, ὑπέρτιμος Ψελλός, *honoratissimus Psellus*, et in Stratiotico : et Zonoras locis supra adductis, et in Isaacio Comneno, Πολὺς τὴν γλῶτταν ὁ σοφώτατος Ψελλός. Vim dictionis cum non intellexisset interpres, πολὺν τὴν γλῶτταν, *verbosum* reddidit. Apage sapientissimum istum, si verbosus est, Græci cum admirandum aliquem, nec cum vulgaribus comparandum innuunt, dictione illa πολὺς utuntur. Hinc aptissime diceres, et ad Atticæ eloquentiæ normam, Πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος, *eximie sanctus* (o) *Gregorius* Πολὺς τὴν θείαν Γραφὴν Michael Ghislerius, *Disciplina rerum divinarum eruditissimus,et ingenio,prudentiaque in sacris Litteris exponendis acutissimus.* Πολὺς τὴν φιλοσοφίαν Fortunius Licetus. *Illis, qui ad philosophiam spectant, quam maxime potens : pauci* ut *sint* qui *tantis* [21] *philosophiæ dotibus præditi sint.* Πολὺς τὰ μαθηματικὰ Petrus Gassendus, *in rebus mathematicis tractandis ingeniosus, eorumque difficultatibus enodandis consultissimus.* Πολὺς τὰ ἰατρικὰ Gabriel Naudæus, *rebus medicis nimium pollens, multum versatus, supra plerosque alios exercitatus, nimio jam imbutus usu liberaliter institutus.* Πολὺς τὴν παιδείαν Nicolaus Villanus. *Præclara eruditione atque doctrina ornatus : eruditione et florentibus studiis nunquam non satis instructus, magnus.* Πολὺς τὴν ἐπιστήμην, Renatus Moreau, *in perfectissima disciplina probatissimus, et incredibili quadam ingenii magnitudine ad quascunque disciplinas instructissimus.* Πολὺς τὴν ἱστορίαν Jacobus Philippus Thomasinus, *ad scribendas historias maxime illustris : in illustranda antiquitate sedulo studio apprime clarus, singularis.* Πολὺς τὸν νοῦν Joannes Bourdelotius. *Pleno pectore sapiens : sapientia munitam mentem egregie gerens ; considerate omnia perficiens.* Πολὺς τὴν ποίησιν Joannes Rhodius, *in poeticis studiis mirifice versatus; admirabili quodam ad poesim studio concitatus, præstantissime cum omnibus Musis rationem habuit.* Πολὺς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν φρόνησιν. Dominicus Molinus, *virtute ipsa excellentissimus* An non Ciceronianum illud infert? *Talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit :* et similia. Sic Psellus dictus est, πολὺς τὴν γλῶτταν, quasi diceres *magnus, multus, admirandus eloquio, eloquentia singulari.* Σοφώτατος etiam passim audit, *sapientissimus*, et a Glyca in Annalibus, et a Metochita in Historia. Et illius sententiis, qui eum secuti sunt, scriptores sua Commentaria non minus quam aliorum Patrum testimoniis illustrarunt. Inter alios præcipui sunt Niceta Serron, Catena absolutissima in Evangelium Lucæ ; Macarius Chrysocephalus in Magno Alphabeto, ubi ex diversorum Patrum dictis Evangelia perfectissime interpretatur; et Joannes Diaconus Magnæ Ecclesiæ Tract. Τίς ὁ σκοπὸς τῷ Θεῷ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ τῆς δευτέρας ἀναπλάσεως διὰ τοῦ Θεοῦ.

XXXI. Illud interim animadvertere debemus,

NOTÆ.

(o) Malim *rerum divinarum apprime peritus.*

Gesnerum in Bibliotheca ridicule satis argutari, eumdem esse Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. *Mihi quidem aliquando conjectura occurrit eumdem existimandi Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. Nam præter commune prænomen, utrumque constat recentiorem fuisse, Christianum, Peripateticum, Aristotelis paraphrastem.* Multi alii ejusdem prænominis recentiores, Christiani, et Peripatetici, Aristotelis paraphrastæ, nova hacce argumentandi ratione Pselli erunt, inepte. Verum est utrumque recentiorem esse, Christianum, an æque Peripatetici, dubium; [22] certum omnino paraphrastes non esse : ni scholia, et expositiones textus brevissimas, una cum Paraphrasi confundere velimus. Conferantur utriusque in Aristotelem commentationes, quamvis sententia in multis conveniant, in modo, ac methodo exponendi Aristotelem longe diversi sunt. Psellus continua textus paraphrasi sententiam aperit, Ephesius non nisi difficilioribus operam dat, clara, apertaque, uti cuique obvia, negligit.

XXXII. At quisnam sit iste Ephesius Michael, qui in enodando Aristotele tantopere etiam elucubrationibus editis, insudavit, quæsiere multi. Sed frustra operam contriverunt. Ubi nullum rei vestigium apparet, si venatori res non succedit, laudem ille pro conatu, non, quod non invenerit, reprehensionem promeretur. Verum dum ego etiam omnia pervestigo, si quid subodoratus sum, in medium afferam, donec meliora ab aliis producantur. Sensuum, ac enarrationum similitudo hos duos auctores unum ab alio adjutum fuisse satis indicat, vel utrumque ab alio, et ex uno fonte utriusque monumenta corrivari. Cumque a quo Psellus sua hauserit non habeam, utique Ephesium ex Pselli, sive ore, sive monumentis, quamuis verosimilius ex ore, sua habuisse, esseque Michaelem Ducam Parapinaceum dictum, Pselli discipulum, si conjectura aliquid valeo, existimo. Hic enim, dum summam imperii teneret, a Psello edoctus, illo amisso, in Ephesum delatus, illius Ecclesiæ antistes consecratur. Zonaras in Botaniata. Ὁ μέν τοι προβασιλευκὼς Μιχαὴλ, ὡς εἴρηται, τὴν τρίχα καρεὶς, καὶ ψήφῳ συνοδικῇ Μητροπολίτης Ἐφέσου χειροτονήτο, καὶ ἅπαξ φοιτήσας ἐκεῖ ἐπανῆλθε, καὶ ἐν τῇ τοῦ Μανουὴλ μονῇ ἐποιεῖτο τὴν δίαιταν. *Michael vero, pridem imperator, tonsa coma, ut dictum est, concilii suffragiis Ephesi Metropolita creatur. Et cum semel eo venisset, reversus, in Manuelis monasterio vitam egit.* Constantinus Manasses :

Τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γέρων τρυφερᾷ, πέμπελλος νεαζούσῃ.
Αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον, καὶ δυσανασχετοῦντα
Τῆς Ἐφεσίων πόλεως ποιμένα καθιστάνει.

Antecessoris Michaelis conjugem sibi matrimonio copulat, senex mulierem teneram et dedicatam, capularis, et funeri destinatus vegetam, atque juvenem Quemque sortem suam ægre, molesteque ferentem, ac deplorantem, Ephesinæ urbis pastorem imperator constituit. Et Ephræm in Chronico :

[23] Ὁ Μιχαὴλ δὲ γίνεται μελαμφόρος,
Εἶτ' ἀρχιθύτης, καὶ πρόεδρος Ἐφέσου.

Michael vero nigris vestimentis indutus sacrificiorum princeps, præsulque Ephesi fit. In eo otio, si gregem Christi pascere otium est, multa in varias disciplinas, nec dubito, conscripsit, quæ nomine Michaelis Ephesii, quietis potius amans, memor turbarum, non imperatoris, exemplo etiam aliorum imperatorum, voluit, ut hominibus innotescerent. Non placet? dictum indictum esto. Ἐπανίτω πρός με τὸν τεκόντα τὸ ἀποκύημα. *Redeat ad me auctorem fœtus hic meus.*

XXXIII. Hic ergo Psellus, ut doctrina præstantissimus, ita omnium πολυγραφώτατος fuit. Ausim dicere neminem. ea, vel subsequente ætate, Græce vel invenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel locutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit. Eorum, quæ scripsit quæque ad notitiam meam pervenere, quædam edita sunt, quædam adhuc inedita : de editis primum sermonem instituam. Edita sunt :

XXXIV. Pselli *De victus ratione, deque facultatibus, et succi qualitate, elementorum, libri duo* ad Constantinum (*p*) imperatorem, Latine, Georgio Valla interprete, una cum Rhazæ de pestilentia libro, et Joannis Manardi Ferrariensis in Artem Galeni expositione. Basileæ, apud Andream Cratandrum, anno 1529, in 8.

XXXV. Ejusdem *Iambos in vitia et virtutes*. Item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quæ volebat Ulyssem transformare*, Arsenius Monembasiæ episcopus Romæ (*q*) primus vulgarat. Deinde pluribus locis restituta, atque interpolata, a Conrado Gesnero, Basileæ edidit Joannes Oporinus (*r*) anno 1544, in 8, una cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de [24] diis de quibus vide infra in Joanne Psello § 49, 56, 80. Obiter et hic animadvertendum est, carmina illa, quæ Federicus Morellus Lutetiæ anno 1608, in 8,

NOTÆ.

(*p*) Ducam vel Monomachum, ut Allatius notavit supra § 6, non Porphyrogennetam, ut Gyraldus p. 282. de Poetis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano una cum aliis variorum scriptis ab eodem G. Valla versis Venet. 1498, fol., ut editiones Colon. 1526. 8, et Basil. 1457 in 8 omittam In libellis istis imperatoris jussu collectis nullum scriptorem laudat Psellus præter p. 8, Galenum. De eodem argumento sed plane diversus liber Simeonis Sethi exstat ad Michaelem Ducam imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tributum de quo Allatius infra § 51.

(*q*) Græce In 8, ad calcem Apophthegmatum, Leoni X inscriptorum.

(*r*) Græce tantum, non Græce et Latine, ut a clarissimo Caveo in *Hist. litteraria scriptorum eccles.* proditum, licet Heracliti Allegoriis Latina illarum Gesneri versio subjuncta.

una cum Theodori Prodromi dissertatione de Sapientia Græce edidit esse excerpta, nonnullis tantum verbis immutatis, ex his Pselli Iambis. Ea sub Ἀνωνύμου nomine Ἰάμβους ἠθοποιϊκοὺς Morellus vulgaverat. Nihil minus. Phronesi tantum excepta, reliqua sunt de philosophia, rhetorica, et grammatica, quæ, quantum spectent ad mores, judicent alii.

XXXVI. Ejusdem *Paraphrasin in Aristotelis librum* Περὶ ἑρμηνείας, *De interpretrtione*, edidit Græce Aldus, Venetiis, cum Ammonio, et Magentino 1503, in fol.; eamdem latinitate donatam (*s*), cum ejusdem Pselli compendio *in quinque voces Porphyrii, et Aristotelis prædicamenta* Basileæ excudit Robertus Winter 1542, 8. Quæ ultima prius anno 1540 Græce Parisiis edita fuerunt, una cum ejusdem *Introductione in sex Philosophiæ modos*, et anno 1541, 12. Ibidem per Jacobum Foscarenum Michaelis filium latinitate donata. In alio codice manuscripto Paraphrasis titulus ita habetur, Παράφρασις τοῦ Περὶ ἑρμηνείας, ἀπὸ φωνῆς τοῦ κυρίου Βεστάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ. *Paraphrasis in librum De interpretatione, ex ore domini Bestarchæ et principis philosophorum Pselli.* Hinc virum Vestarchatus etiam dignitate, unde postea Vestarches nobilissimæ familiæ nomen irrepsit, insignitum fuisse colligimus.

XXXVII. Ejusdem liber, (*t*) de quatuor mathematicis scientiis, arithmetica, musica, geometria, Græce et Latine editus cum aliis auctoribus, Wittembergæ 1560, nec non Basileæ per Joannem Oporinum 1556, 8, Guilielmo Xylandro Augustano interprete, cum nonnullis ejusdem Xylandri annotationibus in eumdem. Quibus accessit Xylandri de philosophia, et ejus partibus carmen, et nonnulla alia carmina diversi argumenti. Opus hoc primus Romæ Græce imprimendum curavit Arsenius Monembasiæ episcopus, in qua editione scripserat, incertum esse, Pselli ne an Euthymii cujusdam [25] opus esset, plerisque tamen Pselli videri. Καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, εἴτε Ψελλὸς ἦν, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, εἴτ' Εὐθύμιος, χαριζόμενος. Impressus quoque est (*u*) Parisiis Græce anno 1545, 12, per Jacobum Bogardum. Non multo post Elias Vinetus, quod nullus ante eum, anno 1553, primus Latinum fecit, Parisiisque anno 1557, edendum curavit, postrema ejus parte, quæ est de astrologia, omissa, tum quod antiquis illis egeret Græcorum tabulis, quarum rationes suis temporibus non satis congruebant, tum quod esset mendosa præter alias, et ex ea se haud dum, ut ipse præfatur, ex sententia explicare potuerit, cujus loco Procli sphæram substituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaelem, anno 1592. Post Vinetum Xylander suam interpretationem aggressus est.

XXXVIII. Ejusdem tractatus Περὶ χρυσοποιίας, *De auri conficiendi ratione*, ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, Dominico Pizimentio Vibonensi interprete, una cum Democrito Abderita, Synesio, Pelagio et Stephano Alexandrino, de magna et sacra arte, editus est Patavii apud Simonem Galignanum 1572, in 8. Dicti auctores cum plerisque aliis de eadem arte, inter quos præcipui erunt Zosimus, Olympiodorus Christianus: et carmine Hellodorus, Hierotheus, Theophrastus, Archelaus, et alii non contemnendi lingua Latina, Græce et Latine unum nostrum variorum antiquorum volumen, cum nostris de eadem re tractatulis, ni meis studiis semper Musæ adversæ fuerint, chymicæ artis deditis non injucundum, conflabunt. Animadvertendum etiam, a Pizimentio male epistolam Pselli ad Xiphilinum directam, (*v*) qui Joannes dicebatur, non Michael, nisi velimus dicere Psellum eumdem tractatum mutato solo nomine amicis pluribus divenditasse, quod aliis etiam solemne fuit. Et ne alios recensendo, tempus conteram, satis mihi erit unum [26] tantum in medium afferre, quod ob dignitatem auctoris, mirum nonnullis videbitur. Quis enim credet Isocratem, oratorum illud ac rhetorum numen, quasi rerum argumentis destitutum, inopiaque artis adeo rudem, unam eamdemque orationem, ejus nomine solum immutato, ad quem direxerat, paucisque aliis, pluribus, raro exemplo, inscripsisse, quod licet sileant libri rhetorum in hunc diem editi, forte tanti magistri reverentia, non tacuit tamen auctor illi σύγχρονος epistola ad Philippum regem. Locum eo libentius hic ascribo quia pulcherrimus est, et rarus, (*x*) et a nullo, quod sciam, observatus. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰσοκράτης

NOTÆ.

(*s*) Latina versio paraphraseos Pselli in lib. Περὶ ἑρμηνείας, studio quorumdam amicorum Nic. Martimbosii prodiit Paris. 1339, 4. Editiones quoque Venetam 1541. fol. et Basileensem a. 1542. memorat Labbeus. Exstat et Pselli introductio in sex philosophiæ modos et compendium quinque vocum Porphyrii et de decem categoriis, Venet, 1532, cum versione Jacobi Foscareni.

(*t*) Hunc librum (in quo multa e Theone delibata) Psellus testatur se scripsisse anno Græcorum 6516, h. e. Christi 1008.

(*u*) Venetiis quoque anno 1532, 8, quæ editio Græca occurrit Romæ in bibl. Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recusa Lugd. Bat. 1647, in 8. Libellum Pselli de Musica, ex hoc Tetrabiblo Lampertus Alardus cum latina sua interpretatione subjecit libro suo de veterum Musica, Schleusingæ 136, 12.

(*v*) Etiam in Græco codice regio Paris. cujus apographum beneficio illustris viri Pauli Vindingii possideo, nomen Xiphilini exstat: Τοῦ μακαρίτου καὶ πανσόφου Ψελλοῦ ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ξιφιλῖνον περὶ χρυσοποιίας. At in codice Vindobonensi ad Michaelem (Cerularium) dirigitur, τοῦ λογωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ χρυσοποιίας πρὸς τὸν πατριάρχην κυύριον Μιχαήλ.

(*x*) In epistolis Socraticorum ab Allatio editis p. 66.

ἐπειδὴ νέος μὲν ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραφεν, νυνὶ δὲ πρεσβύτης ὤν, ὥσπερ ἐκὼν, ἢ φθονῶν τὰ πλεῖστά τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν παραλέλοιπεν. Ἀπέσταλκε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ διασκευάσας ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ. Τὸ δὲ τρίτον τὰ μὲν ἀφελὼν, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ, τὸ δέ τελευταῖον νῦν πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἀπηκόντισεν. Id est : *Similiter et Isocrates juvenis adhuc, una cum Timotheo, contra vos epistolas probris plenas ad populum scriptitabat; nunc senex, sive volens, sive invidentia percitus, res vestras quam plurimas, easque bonas silentio præteriit. Misitque ad te orationem, quam primum Agesilao inscripserat, et paucis immutatis Dionysio Siciliæ tyranno venalem exhibuit, tertium, multis additis multisque detractis, Alexandro Thessalo despondit, nunc tandem ad te illiberaliter, ut ita dicam ejaculavit.* Elegantissimam hanc, et reliquas Socratis et aliorum Socraticorum epistolas Latinas jam antea a me factas, antiquitatis vestigatoribus quam primum communicabo. Sed ad rem. Lilius Gyraldus Dialogismo 8 narrat,libellum hunc,quem vocat aureolum, inter pervetustos codices Græcos repertum, manuque sua exscriptum Pico Mirandulæ se tradidisse, exornasseque hoc epigrammate :

Si velut Æsonides Nepheleia vellera quæris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quæ Tantaleis latuerunt ædibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.
Hesperidum si mala cupis servata Dracone,
Non opus Herculeo, Pice labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.
[27] *Si quidquid Lydis vel Iberis volvitur undis,*
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunque parandos,
Thesauros, parvo codice Psellus habet.

Hinc frequens illius mentio, et dictorum examen apud Joannem Francoiscum Picum in libris de Auro, sed præcipue cap. 2 lib. II, *Democriticæ sectæ et Abderiticæ inter Aristotelis interpretes Michael Psellus non solum meminit, sed a se revelata scribit ejus arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poetica, Mathematica, scripsit et Chymica, nec non et Medica, quæ Constantino imperatori dicavit.*

XXXIX. Ejusdem Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων *de operatione dæmonum* liber é Græco in Latinum (*y*) conversus est a Petro Morello (*z*) Turonensi, editusque Latine cum Præfatione Francisci Feuardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577, 8, et anno 1615. Lutetiæ Parisiorum notis a se illustratum primus Græce (ex duobus manuscriptis suo et Morelli) edidit Gilbertus Gaulminus, cum interpretatione Latina ejusdem Morelli. Plura item ex eodem Dialogo excerpta, Latina facta Joanni Medici, una cum aliis ex Jamblicho, Proclo, Porphyrio, Marsilius Ficinus nuncupaverat. Gesnerus scriptum reliquit, Psellum duos de Dæmonibus libros scripsisse, quos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusique erant Latine in officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De officina Aldi falsum est ibi hos duos libros de dæmonibus esse impressos, cum in illa editione nihil aliud contineatur, quam excerpta illa Ficiniana, sæpius (*a*) multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus conjectat ex verbis ipsius Pselli in fine dialogi de dæmonibus, libros duos scripsisse. quod latuisse interpretes Morellum, et Ficinum, ideo maxime quod in excerptis e Psello quæ cum excerptis pariter [28] ex Jamblicho, Proclo, et Porphyrio edita sunt, aliqua ultimo capite afferat, quæ desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. Optima conjectura, et veritati consentiens; quæ enim in eo capite continentur, cum, ut manifestum legenti esse potest, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro desumpta esse necesse est. Sunt autem, ne diutius te detineam, lector, ex tractatu ejusdem Pselli in hanc eamdem rem sub hoc titulo, Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες· *Quænam sint de dæmonibus opiniones Græcorum:* cujus principium tale est, Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς. Qui an unus sit cum secundo Hurtadiano non ausim affirmare : et præsertim in hoc scriptore, cui non defuere vires eloquentiæ, nec argumentorum copia,quibus eamdem rem non semel, sed pluries pertractaret; ut videre est in aliis ab eo conscriptis. Porro hos duos de Dæmonibus libros alii tribuunt Michaeli Ephesio, ut scribit Possevinus in Apparatu. Eorum in Latinum versio incerti legitur in Cod. 3122, manuscripto Vaticano : et de Dæmonibus excerpta ex Psello per Joannem Jacobum Bartholotum Parmensem physicum, codice 5376. Vide quæ nos etiam supra (*b*) diximus.

XL. Ejusdem *In Oracula Chaldaica expositio* (*c*)

NOTÆ

(*y*) In Bibl. Gallica Crucimanii p. 405. Gallica etiam versio hujus libri a Morello edita memoratur, Paris., apud Guil. Chaudiere, 1575, additis capitibus 33, et 36, libri quarti Niceteæ de Colossis Asiæ. Librum Pselli accepit Morellus e Bibliotheca Jacobi S. Andreani, canonici S. Mariæ Paris.

(*z*) Morelli versio latina exstat etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XVIII. p. 569. Hinc Græce et Latine cum Gaulmini notis hunc librum minus emendate recudi curavit B. Dan. Hasenmullerus, Kilon. 1688, 12. Vide et si placet Cardanum c. 93. De rerum varietate, T. III, opp. p. 319 sq. Jo. Clericum Bibl. Universal. T. XV, p. 118, sq. et Vignolium Marvillum s. II, miscell. litterar. p. 306. Dialogi titulus Τιμόθεος ἢ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων. Vide Fulvium Ursinum in Lyricor. fragmentis p. 179. et Lambec. lib. VII, p. 138.

(*a*) Confer lib. 1. Bibl. Græcæ, c. 7, § 4.

(*b*) Supra § 9.

(*c*) Inscribitur etiam in codice quem habeo ms., Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια Ζωροάστρου.

cujus potissimam partem Nicephorus Gregoras, suis in Synesii libellum de Insomniis Commentariis, verbotenus tacito Pselli nomine, transcripsit. Nec non ejusdem, *Brevis dogmatum Chaldaicorum declaratio*, (*d*) Græce et Latine primum edita est a Francisco Patricio in Nova Philosophia de Universis (*e*) in Zorastre, imperfecte tamen, et confuse, cum utrumque commentarium eadem sententia concludat, sic enim claudit : Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐδέξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο. *Horum autem dogmatum plurima et Aristoteles et Plato susceperunt. Plotinus vero, et Porphyrius, et Jamblichus, et Proclus omnia sunt seculi, et tanquam divinas voces ea susceperunt.* Patricius in Psellum its animadvertit : *Similia his Psellus postea tradidit, utinam sicuti prolixius, ita et diligentius, sed qualiacunque sint, non inutilia cognitu fuerint.* Neque hic silentio [29] prætereundum est, primam Expositionem in Chaldaica Oracula ab aliis Proclo Lydio (*f*) ascribi, sic enim adnotatur ab illius exscriptore in codice 572 Vaticano, Ἀλλαχοῦ εὗρον, Πρόκλου Λυδίου Ὑποτύπωσις. *Alibi inveni, Procli Lydii Hypotyposis.* Nec dubito Proclum, rebus hisce addictissimum, libellum de hac eadem re conscripsisse. Sed sive Procli sive Pselli opella ejusmodi sit, nulli bono fuerit id nosse. Eamdem esse existimo in bibliotheca reginæ Galliæ, quæ prius fuerat Joannis Lascaris, postea Petri Strozzæ; primo autem cardinalis Rudolphi, ut scribit Draudius in Bibliotheca classica. Nec alia videtur quæ in Bibliotheca Antonii Augustini habebatur cod. 219, *Pselli explicatio dogmatum apud Assyrios.* Absolutius postea cum Sibyllinis Oraculis, aliisque Parisiis prodiit studio Joannis Obsopæi (*g*) 1599. in 8. Eorumdem opusculorum, diversa ab edita, in Latinum versio habetur manuscripta cod. 3122. Vaticano, Incerti.

XLI. Ejusdem *Commentarios* (*h*) *in octo libros Aristotelis de Physica auscultatione*, ex interpretatione *Joannis Baptistæ Camotii*, cardinali Herculi Gonzagæ consecratos, edidit Venetiis Federicus Turrisanus Latine 1554, in folio. Eos manuscriptos Græce extitisse in bibliotheca Didaci Hurtadi, Cæsari ad Venetos Oratoris, refert Gesnerus in Michaele Psello, et Possevinus in Apparatu. In alios etiam Aristotelis libros scripsisse manifestum est ex iisdem, qui Viennæ scribunt fuisse ejusdem *Epitomen philosophiæ Aristotelicæ de generatione, et corruptione, et de meteoris. Item Expositionem in metaphysica Aristotelis. Latentque ejusdem*, scribit Andreas Schottus Præfat. in Cant. cantic., *Pselli plurima in ejusdem Aristotelis Physicam, primamque philosophiam, in Cæsaris Augusti Viennæ bibliotheca.*

XLII. Ejusdem liber Περὶ δυνάμεων τῆς ψυχῆς, *de Facultatibus animæ*, cujus illud est principium : Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μέν εἰσιν ἄλογοι, sub anonymi nomine, et titulo Δόξαι περὶ ψυχῆς. *De anima celebres opiniones*, quasi a libro longiore et perfecto Ἐκλογαί, καὶ Χρηστομαθεῖαι [30] editus est Græce et Latine, a Joanne Tarino Andegavo versus, cum Origenis Philocalia; Zachariæ Scholastici, episcopi Mitylenensis de mundi Opificio; et Anastasii Sinaitæ, de hominis ad imaginem Dei et similitudinem creatione, Lutet. Paris., ap. Sebastianum Cramoisy 1624, 4. Illum vetusti codices MSS. Psello vindicant, nec a Pselli orationis structura longe abest. Et, ni fallor, idem ipse est, quem Psello tribuunt, *de animo secundum variam philosophorum opinionem*, in Augustana bibliotheca, in armario II. Index Augustanus : et in bibliotheca imperatoris Viennæ, Spachius. Nec alius forsan est, qui in bibliotheca regis Gallorum, *Pselli de anima*, legitur.

XLIII. Ejusdem Annotationes in aliquot Gregorii Nazianzeni loca, cum Eliæ Cretensis episcopi, et aliorum, studio et opera Jacobi Billii Latinæ factæ sæptus editæ sunt, cum Gregorii Nazianzeni operibus.

XLIV. Ejusdem oratio Panegyrica in Simeonem Metaphrastem edita (*i*) Latine a Surio die 27 Novembris. Exstat Græce manuscripta in cod. Vaticano 568, quæ incipit, Τὸν μέγαν ἐν βίῳ καὶ λόλῳ Συμεών, ἐπαινεῖν προελόμενοι, cum aliis ejusdem Pselli in eumdem quæ non multo infra adnotabimus.

XLV. Ejusdem carmina (*j*) in Cantica canticorum interpretatus est Franciscus Zinus Veronen-

NOTÆ

(*d*) Ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων.

(*e*) Ferrariæ 1591. Venet. 1593, fol.

(*f*) Lycium non Lydium fuisse Proclum testatur in ejus Vita Marinus, qui commentarios Procli in λόγια memorat c. 26. Quemadmodum et Simeon Magister de alimentorum facultatibus p. 141. Edit. Martini Bogdani, tum Proclus ipse p. 359. In Politiam Platonis.

(*g*) Etiam 1589 et 1601, Paris. in 8. Et ad calcem editionis oraculorum Sibyllinorum luculentæ cum notis Servatii Gallæi, Amsterd. 1689, 4.

(*h*) Videtur hos scripsisse in gratiam Michaelis Ducæ, quem discipulorum optimum appellat.

(*i*) Græce et Latine vulgavit Allatius libro de Simeoneum scriptis, p. 221-23. Ἐγκώμιον εἰς τὸν Μεταφράστην κύριον Συμεῶνα, et p. 236-244. Officium in commemorationem ejusdem Simeonis a Psello compositum. Ἀκολουθία συντεθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ψελλοῦ. Hunc juniorem Psellum auctorem esse Panegyrici in Simeonem Metaphrasten, probat Bollandus præf. ad tom. I. Sanctor. Januarii, p. 17. Nec diffitetur Allatius ipse hoc loco et diatriba de Simeonibus, p. 68.

(*j*) Ἑρμηνεία illa in Canticum canticorum versibus scripta est politicis. Latina versio Schotti et Zini occurrit etiam in *Bibl. Patrum*, Paris. 1654, tom. XIII et edit. Lugd. tom. XVIII. Græce et Latine exstat in auctario Ducæano, Paris. 1624. Tomo II, una cum altero commentario in idem canticum e

sis : excusa sunt cum Theodoreti, Maximi, Nili explicationibus Rom. 1563, fol., separatim Venetiis, apud Hieronymum Polum. 1573, in 4; et sæpius cum Theodoreti operibus. Tandem Antuerpiæ cum Catena Patrum, et Thaumaturgo in Ecclesiastem, a Peltano apud Gasparem Bellerum 1615, in 8. In hac editione primum caput Latine convertit Andreas Schottus, a secundo Zini utitur interpretatione. Opusculum inscribitur Nicephoro Botaniatæ, Constantinopolitano imperatori, quem στεφηφόρον, id est *coronam gestantem*, imperatorem scilicet, appellat, ut et alios imperatores [31] aliis opusculis compellare consuevit, quidquid alii somnient. Ea primus e tenebris eruta Græce publicavit Joannes Meursius, cum Polychronii, Eusebii, et aliorum in eadem Cantica expositionibus, Lugd. Bat. 1617, 4. Martinus Deltius *Isagoge in Cant. cantic.* cap. 5, refert Psellum deficere in illa expositione, cujus est, ut ipse ait, nimis concisus abbreviator : et oscitanter nimis decipitur, dum ait Psellum citari a Theodoreto, ab antiquissimo recentissimum, et qui nonnisi post octingentos fere annos scripserat. Commentarius item in Cantisa ex tribus Patribus, ab eodem Psello, si index Bavaricus cod. 99, fraudi non est, sæpius cum Theodoreto Latine editus, collectus est. En verba indicis : *item*, Commentarius *ex tribus Patribus Gregorio Nysseno, Nilo et Maximo, collectore Psello.*

XLVII. Ejusdem ad Michaelem (*k*) imperatorem capita quædam theologica, *de Trinitate, et persona Christi*, Græce et Latine, cum notis Joannis Wegelini. Augustæ Vindel. apud Georgium Viller, et Sebastianum Mylium 1608, in 8.

XLVII. Ejusdem libellum, *de Lapidum virtutibus*, Philippus Jacobus Maussacus (*l*) primus vulgavit, Latine vertit, et emendavit; editus est Tolosæ Græce et Latine anno 1615, 8. Verum libellum hunc ante Maussacum Latine et Italice redditum ab Adriano Spigelio philosopho et medico, et Gymnasii Patavini anatomico, apud Liberalem Cremam, philosophum ac medicum Tarvisinum præstantissimum conservari ad hunc diem, epistola sua mihi, utriusque amicissimus, Jacobus Philippus Thomasius significavit. Libelli item meminit Casaubonus in Ælii Spartiani Antonium Caracallam notis. Et Justus Ricquius (*m*) in epist. Centuria nova. epist. 29. In Saregica bibliotheca inter alia opuscula manuscripta illum se vidisse refert.

XLVIII. Ejusdem *Synopsis legum* versibus iambicis, et politicis edita est Græce, Latina interpretatione, et notis illustrata, opera et studio Francisci Bosqueti Narbonensis, ex bibliotheca archiepiscopi Tolosani, Parisiis apud Joannem Camusat. 1622, 8. in nonnullis [32] codicibus inscripta (*n*) imperatori Michaeli Ducæ. Alius codex Vaticanus, ut notat idem Bosquetus, habet, Alexium, τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ εἰς τοὺς νόμους πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριν Ἀλέξιον. Et vetus Sirmondi, Nicephorum, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν πολιτικῶν στίχων τοῦ νόμου ἐκτεθέντων παρὰ τοῦ Κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον Κύριον Νικηφόρον. Μὴ βδυλόμενον προσέχειν τοῖς νόμου μαθήμασι διὰ τὸ κεχηνὸς τούτου πέλαγος. Titulus, vel Porphyrogennetæ cognomine, Nicephoro Botaniatæ adnexo, suspectus est. Non dubito tamen libellum, rerum summam gerentibus adeo necessarium, pro opportunitate diversis imperatoribus inscripsisse, ut præcipuas Juris regulas, ex ipsis Juris totius fontibus compendio pertractatas, et carmine quasi lenocinio emollitas, absque longioris lectionis tædio, si liberet; percurrerent; ut de ejusdem Chrysopœia supra diximus. Ex his nonnulla sub scholiorum nomine vulgata olim fuere a Leunclavio Juris Græco-Romani tomo II. In Synopsi legum Michaelis Attaliotæ, tit. præsertim 16, 25, 28, 32, 37, 40, 42, 48, 83. Qui, cum non animadvertisset numerum carminum, tanquam solutam orationem excudit indistincte.

XLIX. Ejusdem ad eumdem (*o*) Michaelem Ducam carmina politica, *De dogmate*, Græce idem Bosquetus cum Synopsi legum edi curavit, a Jacobo Sirmondo accepta, unde legitur, *de septem sacris Synodis œcumenicis* Tractatus, (*p*) editus Latine tom. III Conciliorum, parte prima, p. 400,

NOTÆ.

Gregorio Nysseno, S. Nilo et Maximo, per eumdem, ut volunt, Psellum collecto.

(*k*) In Catalogo Bibl. Barberinæ tom. II, pag. 253 perperam, ad M. Comnenum. Hæc capita Theologica integriora lector ad calcem hujus libelli Allatiani reperiet.

(*l*) Plutarcho de fluminibus, Pselli libellum subjecit Maussacus, testatus illum se edere ex apographo Jacobi Sirmondi, epist. dedicatoria ad Gaulminum.

(*m*) Justus Rycquius epistola ad M. Velserum data Romæ 1610. *Mihi Bibliothecam nuper Saregicam excutienti opuscula quædam Græca calamo exarata in manus venerunt.* Maximi Planudæ et clarorum aliquot virorum epistolæ centum. Psellus de gemmarum virtutibus, Incerti cujusdam (*Empedocli vulgo tribuuntur*) versus iambici de fixarum stellarum sphæra, a Demetrio Triclinio emendati. Parecbolæ quædam eorum quæ in excusis Athenæi codicibus desiderantur. Incerti in librum Aristotelis de coloribus commentarius. Caniclei liber contra Plotinum, ejus forte cujus scriptum de immortalitate animæ, ἀνέκδοτον Cardanis lib. de rerum varietate laudat. Sallustii philosophii in Heracliti problemata Homerica summarium. Excerpta ex Gemisti Plethonis Monodia, de immortalitate animæ Ejusdem defensio Aristotelis contra scholarium. Michaelis Apostolæ pro Plethone liber, super substantia Aristotelica, contra Gazam, Demetrii Triclinii de metris pouticis libelli. *Dispicc, quæso, an aliqvid sit cedro et pumice dihnum.* Hæc ille.

(*n*) Ita etiam in Codice Vindobonensi, cujus meminere Lambecius et Nesselius part. II, p. 28, et in alio codice e quo ante Bosqueti editionem versus nonnullos produxit Allatius ad Eustathii Hexaemeron p. 280.

(*o*) In ms. Cæsareo, ad Constantinum Monomachum. Vide Lambech. VI, p. 163.

(*p*) Totus absolvitur versibus politicis 71.

Coloniæ Agrippinæ 1606, industria Severini Binii ; et Græce sub Joannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi et Nicephori Callisti versibus, Basileæ apud Joannem Bebelium 1536, [33] in 8. Quem Joanni (*q*) etiam tribuit Joannes Tilius Engolismensis, in apostolorum et sanctorum conciliorum Decretis, impressis Parisiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipsum Tractatum scripsit Franciscus Feuardentius; et Bellarminus tradit, Psellum in eodem hallucinatum, in tempore, quo celebrata est prima Constantinopolitana synodus, quæ fuit secunda ex quatuor primis; in Ephesina, quæ fuit tertia, tom. I, Controvers. 4, de Conciliis cap. 5.

L. Ejusdem *de Nomocanone* carmina Græce edidit cum superioribus Busquetus, quæ cum laxiora sint, alterius esse multum dubitavi : nec fefellit me animus, nam in alio manuscripto codice Constantino Psello tribuuntur. Κωνσταντίνου προέδρου, καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν Νομοκανόνος ὑπόθεσιν. In bibliotheca etiam Antonii Augustini cod. 154 et 175, eidem Constantino Psello tribuuntur. Sed cujusnam opus sit non videtur tanti, ut in ejus auctore inquirendo diutius immoremur.

LI. Sub ejusdem nomine circumfertur Syntagma ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν Ἰατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλάβης, *de Cibariorum facultate, utilitate, et noxa, ex Medicis libris collectum*, ad Constantinum Monomachum per litterarum ordinem, cujus illud est principium, Πολλῶ καὶ λογίων, ὦ μέγιστε. Illud Simeoni Setho (*r*) magistro Antiocheno tributum, et a Gyraldo Latine redditum Græce et Latine Isingrinius Basileæ excudit in 8, 1538. Cum vero non tantum sententiæ, sed verba etiam ipsa in utroque reperiantur, existimo, Collectaneis Pselli nonnulla Simeonem a se, inter legendum animadversa, addidisse, vel quempiam tertium ab utroque confecisse, quod ex indice manuscripto (*s*) colligi poterit : Σύνταγμα περὶ τροφῶν δυνάμεων τοῦ Ψελλοῦ, καὶ Συμεὼν τοῦ Μαγίστρου. *Syntagma de alimentorum viribus Pselli, et Simeonis Magistri.* Neque enim adduci possum, ut credam, Psellum [34] sua a Setho, eruditiorem eloquentioremque a minus crudito et eloquente mutuatum. Aliorum siquidem laboribus meliores, non deteriores evadere conamur. Et Psellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidissima sua deturpasset. Viderat id quoque Gyraldus, epistolaque nuncupatoria omnibus significavit. *De eadem*, scribit, *ferme re et facultate ad Constantinum, hujus, ut puto, Michaelis Ducæ parentem, Michael Psellus Libellum ante scripserat, cujus est exemplum apud Meletium, Græcum totius medicinæ scriptorem, non eodem modo argumento, sed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis depravatum et mancum, cum Latine quoque modo vertissem; adjutus imprimis ipsius Pselli libello, tum ejusdem altero a Georgio Valla in Latinum pessime conversum, tibi in omni medicæ facultatis*, etc. Recte omnia, si illud excipias, Constantinum Monomachum parentem Michaelis Ducæ fuisse, quippe qui diversus omnino sit a Constantino Duca Michaelis parente.

LII. Eidem Psello librum Περὶ ποδάγρας, *De podagra*, a nonnullis codicibus tribui video, cujus illud est initium : Ἐπεὶ ὥρισε πρός με ὁ κράτιστος, καὶ ἅγιος, capitibus quadraginta sex concinnatum ; qui, cum ad Palæologos, quorum jussu fuerat conscriptus, directus sit, nisi Psellum alium fingere, cui tribui possit, velimus, certe Pselli non est. Auctor tempore Michaelis Palæologi vivebat, cui a valetudinis cura erat, ut ipse fatetur : Ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσέ με ὁ θειότατος βασιλεὺς, εἰμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ τὴν κράσιν, καὶ ἰδιότητα κατὰ τὸ δυνατὸν εἰδὼς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὰ πρὸς ἐμὴν ἀνήκοντα δύναμιν κατὰ τοῦτο τῷ ὁρισμῷ τούτου πειθόμενος ἤδη γράφω. *Quandoquidem igitur hoc mihi imperavit sanctissimus rex, e cujus medicis sum unus, ideoque naturam ejus, temperamentumque novi, præsertim cum diu cum eo versatus fuerim, pro ea, quæ mihi est scientia, de hoc morbo, ut ejus obediam mandato, tractare incipio.* Et, si res in eo pertractatas, nodum et formam dicendi consideras, aliaque : a dicendi tractandique ratione Pselliana longe absunt. Vidi postea editum Latine sub nomine Incerti ab Henrico Stephano (*t*), inter auctores medicos, tom. II, ex versione Marci Musuri ad Scaram Trivultium, cujus de eo hcc est judicium : *Quod sicut auctor, quisquis hæc ediderit, infans et elinguis erat, ut qui nesciret, si quid vel arte didicisset, vel usu compertum habuisset, exprimere*, etc. Et ante aliquot annos, Græce editum Parisiis in 8, 1558. Apud Guilielmum Morelium, *Demetrio Pepagomeno* vindicatum ; et [35] seorsim Latine ex interpretatione doctissimi cujusdam viri, quem ipse non nominat. Cum vero in multis Psello tribuatur, licet illius non sit, inter alia Pselli monumenta edita locum habeat.

NOTÆ.

(*q*) In ms. Cæsareo Michaelis Pselli esse perhibetur : Τοῦ Ψελλοῦ κυροῦ Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Μονομάχον.

(*r*) Simeoni huic vindicat, et ex duobus mss. Jac. Mentelii integriorem hujus libri editionem cum versione et notis dedit Martinus Bogdanus, Paris. 1658, 8. Vide et Allatium de Simeonibus, p. 181. Pselli librum una cum Simeonis libro ad mss. codices recensito edere voluit Georgius Hieron. Welschius. Vide ejus epistolam IX.

(*s*) Sic etiam codex Cæsareus de quo Lambecius VI, p. 161. Idem memorat Pselli περὶ διαίτης ad imp. Constantinum Monomachum. Incipit : Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε αὐτοκράτορ, κ. τ. λ.

(*t*) Paris, A. 1567, fol.

LIII. Et hæc Pselli opera (*u*) edita sunt quæ mihi videre contigit. An alia item sint nondum novi. Illud scias, lector, alias item esse nonnullorum ex hisce operibus editiones, quas libens volensque omisi. Satis sit præcipuarum commeminisse. Utinam et alia, quæ jam latent, eamdem cum istis fortunam experirentur! Sed quando pessimorum hominum nequitia id fieri nequit, en aliquorum adhuc ineditorum catalogum hic attexam, quorum mihi memoria suppetit, et quo dicuntur esse in loco aperiam, ut, si detur aliquando facultas, tibi possis tantos thesauros comparare. Laudaboque auctores, ut unde id habeam, tibi compertum sit, et si quæ fraus deprehendetur, habeas tu etiam, in quas crimen referas. De quibus exactum tibi judicium, certamque narrationem non promitto, cum ea præ manibus non fuerint. Illud certum est, ex his nonnulla esse bis, terve repetita, quædam etiam typis excusa. Quia tamen ex sola tituli notitia, eaque varia, de toto tractatu non possumus sententiam ferre, et unum ab alio distinguere, quemadmodum in aliis invenimus, ita tibi damus, quæ certo edita sunt omnino prætereuntes, sit ergo :

LIV. Pselli liber *Contra Eunomium*, Romæ in Vaticana servatur : Gesnerus in Bibliotheca, Gilbertus Gaulminus notis in eumdem Περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, et Franciscus Feuardentius præfatione in Petri Morelli interpretationem ejusdem libelli *De dæmonibus*.

Scholia ejusdem in dictum quoddam Basilii, Romæ; Gesnerus ibidem.

Epitome librorum Moysis in 4 Ms. in bibliotheca imperatoris Viennæ : Gesnerus.

Dioptra, id est Perspectiva, continens quatuor sermones in quibus animus et corpus disputant, in bibliotheca Augustana : Gesnerus [36] et index Augustanus : Plut. 6, num. 12. Hæc an eadem sit cum Philippi solitarii Dioptra, jam edita Latine, non possum divinare, et forte Indicis auctor, Pselli præfantis (*v*) nomine deceptus, totum Dioptræ opus, a vero scriptore Philippo avulsum, Psello imprudenter nimis supposuit. Philippi tamen esse apparet, cum eam, ex bibliotheca Augustana depromptam, cum Cabasila, Philotheo, Joanne Carpathio, et Glyca Latinam vulgaverit Jacobus Pontanus Ingolstadii, ex typographis Adami Sertorii, 1604, in 4.

LV. *Quæstiones theologicæ cum responsionibus*, ad Michaelem Ducam, quibus et ad physiologiam pertinentia continentur, fol., in bibliotheca Augustana, in armario VI. Index Augustanus ms· infra etiam idem index hæc habet : *Pselli ad Michaelem Commenum varia capita theologica :* Περὶ ἐνυποστάτου, *de anima, de virtutibus, et physica de sensibus; de similitudine. et dissimilitudine liberorum cum parentibus; de embryone; de somniis; de circulis cœlestibus; de meteoris; de lunæ eclipsi: de solis calore; de stellis*; *de Dioscuris; de pluvia, grandine, nive, pruina, rore*; *de typhone, et ecnephia ventis, de fulmine; de partibus mundi*; *de terræ motibus; de tempestatibus*; *de salsedine maris; de imbribus; de fluminibus*; *de stellarum luce*; *quid necessitas, contingens, tempus, materia, forma, elementum? Quid encyclopedia? de litterarum inventoribus*; *de Amazonibus*; *de nominibus mensurarum* ; *de circulorum initiis*; *quæ habeant cœlum, mare, sol; de ortu solis triplici, deque igne cœlitus ad philosophi preces delapso; de Potidea, Arcadia; ac Aristotele, Cleanthe, Anaxagora; de Eubæa, Sicilia.* Gesnerus item, *ejusdem de fide ad Michaelem Ducam, juncta ejusdem Epitome philosophiæ Aristotelicæ, id est physicæ, de generatione et corruptione, de meteoris, cum supplemento Gregorii Nicæni ad Petrum fratrem in* 4, *ms. bibliothoca imp. Viennæ.* Idem habet Israel Spachius in Nomenclatore scriptorum philosophicorum et philologicorum. Item Romæ in bibliotheca Sancto-Silvestrina in monte Quirinali est ejusdem hic liber ms. Græce, quem ego vidi; titulus erat : Ψελλοῦ πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν (*x*). *Pselli ad imperatorem dominum Michaelem Ducam;* capita erant. α'. Ὁμολογία τῆς πίστεως. β'. Περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. γ'. Περὶ ἐνυποστάτων. δ. Περὶ Ὁμοουσίου. ε'. Περὶ Ὁμοϋποστάτου ς'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. ζ'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. η'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως. θ'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ι' Περὶ [37] τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ια'. Περὶ θείας ἑνώσεως ιβ'. Περὶ φύσεως. 1 *Professio fidei.* 2. *De quibusdam nominibus in Christianorum dogmate usurpatis.* 3. *De* (*y*) *enypostasibus.* 4. *De Homousio.* 5. *De Homohypostato.* 6. *De essentiali unione, et differentia.* 7. *De hypostatica unione, et differentia.* 8. *De relativa unione.* 9. *De sancta Triade.* 10. *De modo* (*z*) *retributionis.* 11. *De divina unione*, 12. *De*

NOTÆ.

(*a*) Adde his ab Allatio recensitis 1. Σύνοψιν εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Λογικήν quam Græce et Latine edidit Elias Ehingerus Augustæ Vindel. 1597, 8, observans Petri Hispani summulam, magna parte ex hoc Pselli opusculo petitam esse. 2.) Μονῳδίαν in templum Sophiæ Cpol. terræ motu quassatam, quam edidit Allatius notis ad Georgium Acropolitam, p. 281 seq. 3.) Breve carmen iambicum in depositionem Jo. Chrysostomi, vulgatum Græce ab Allatio in excerptis Græcor. sophistarum ac rhetorum, p. 400. Rom. 1648, 8. Idem ex Oratione inedita ad Constantinum Monomachum producit nonnulla, p. 102, *De recentiorum Græcorum templis.*

(*v*) Etiam hoc ipsum ex temporum ratione in dubium vocat, neque persuadere sibi potest Allatius, Mich. Psellum in Philippi qui A. C. 1405 scripsit Dioptram præfatum fuisse. Vide infra, cap. antepenult.

(*x*) Hoc scriptum habes infra ad calcem præsentis diatribæ.

(*y*) Lege : *enypostatis.*

(*z*) Vertendum erat : *de modo communicationis idiomatum.*

natura. Quæ omnia an unum opus sint, vel diversa, judicabunt, qui legent. Ego existimo unum esse, attamen in uno codice abundantius contineri; ex omnibus tamen unum posse confici perfectum et omnibus partibus absolutum. Quæ provincia non esset omnino eruditis viris contemnenda. Consule etiam, quæ nos de hoc eodem opere inferius dicemus : obiter tamen hic animadvertam titulum secundi Augustani non carere nota falsitatis, qui nobis pro Michaele Duca, Michaelem Commenum obtrudit, cujus auctoritate deceptus Wœgelinus in sua editione retinuit, et in notis, Constantini Ducæ filium Michaelem inter Comnenos, mira ἀνιστορησία refert cum omnino esset immutandus, reclamantibus cæteris codicibus, qui omnes uno ore Michaelem Ducam proponunt, cui capita illa nuncupavit. Marquardus Freherus in *Chronologia imperii utriusque : Ad Michaelem Ducam scripsit Michael Psellus ea ætate in jure et philosophia scientissimus et* πολυγραφώτατος, *Synopsim legum versibus politicis; exstat ms. in bibliotheca Palatina et Constantinopolitana. Ejusdem Pselli ad hunc Ducam responsiones ad diversas quæstiones theologicas et doctrina omnifaria*, 194 *capitibus comprehensæ in bibliotheca Palatina*. Codices hi, sicut et reliqui Græci et Latini manuscripti decantatissimæ illius bibliothecæ, meis laboribus (*a*), vigiliis integri, incolumesque in Vaticana asservantur. Quod certe omni admiratione dignum est, Deique summi muner ascribendum, in tam vasto itinere, sævissimo tempore, tempestate hiberna, ac pluvia, rerum omnium penuria, per oppida ac ditiones hostium, tantum librorum numerum sartum tectum Romam importatum, ita ut ne schedula quidem perierit. Sed ad Psellum.

LVI. Opuscula quædam *In Passionem et sepulturum Christi; Libellus dictus Antichristus; De Paradiso; In Natalem Christi*, in-4. biblioth. imperatoris Viennæ, Gesnerus, Possevinus.

[38] Εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ Κυρίου. *In crucifixionem Domini*, in bibliotheca cardinalis Columnæ, Gretserus notis in orationem Macarii Chrysocephali de exaltatione sanctæ Crucis tom. II, de Cruce. Non constat, an de hac intelligat amplificator Gesnerianæ bibliothecæ, *Georgii Nicomediæ archiepiscopi De Cruce, quam falso quidam Psello ascripsere Græce ms. in* 4, *Biblioth. imper. Viennæ*.

Compendiosa expositio in Aristotelis libros *De naturali auscultatione*, exstat in bibliotheca Didaci Hurtadi. Gesnerus. In bibliotheca Bavarica cod. 145. Index Bavaricus, et in bibliotheca imperat. Viennæ, Israel Spachius.

Synopsis Logicæ Aristotelis, in-4, in bibliotheca Augustana, in armario num. 5. Index Augustanus.

Expositio in Metaphysica Aristotelis, in Italia, Gesnerus.

Commentarius in Aristotelis verba, Ars artium et scientia scientiarum, et, *Quomodo omnia a philosophia dependeant*, in Italia, Gesnerus.

In Psychogoniam Platonis, in Italia, Gesnerus : in bibliotheca Augustana fol. in armario v, index Augustanus ms. in bibliotheca imper. Viennæ in-4, Israel Spachius.

Expositione variæ in varios Platonis locos, in bibliotheca Bavarica cod. 165. Index Bavaricus.

Συνοπτικὸν σύνταγμα τῆς φιλοσοφίας, in bibliotheca Joannis Sambuci, Gesnerus.

Varia philosophica, Romæ in Vaticana. Gesnerus. *Physica, astronomica, musica, arithmetica, geometrica, junctis opinionibus de anima*, in-4, biblioth. imperat. Viennæ. Gesnerus.

Interpretationes dubiorum naturalium, bibliothecæ imperat. Viennæ, in-4, Gesnerus, et Israel Spachius : *Solutio unius atque alterius quæstionis astrologicæ*, biblioth. Augustana, in-4, in armario, index Augustanus ms.

LVII. Inter libros quos bibliothecæ Lugduno Batavæ Josephus Scaliger legavit, in indice Græcorum manuscriptorum in-fol. legitur cum Heronis geometrica, Pselli quædam astrologica. An eadem, vel diversa cum superioribus, non possumus divinare. An etiam illa sunt, quæ sub illo libello de quatuor scientiis mathematicis continentur? Sed suspendo judicium.

Expositio mathematices in Timæo Platonis, de animæ generatione, sive essentia, in fol. bibliotheca Augustana, Index August. ms. An eadem cum Psychogonia ?

[39] *Opus Græcum ex libris medicinalibus, ordine alphabeti*, Romæ in Vaticana. Gesnerus, Paschalis Gallus, et Joannes Georgius Schenckius in bibliotheca Medica.

Ecloga utilis ex libro Parallelorum. Ibidem. Gesnerus et Spachius.

Encomia diversa. Ibidem, Gesnerus.

Monodia, Romæ, in Vaticana Gesnerus.

Explicatio in librum Dioscoridis, in bibliotheca Manuelis Eugenici, et Joannis Suzii. Antonius Verderius in Supplemento, et Schenckius in bibliotheca Medica.

Ænigmata, in biblioth. Bavarica, cod. 38.

LVIII. Meursius *Historiarum opus* Psellum scripsisse autumat, illudque laudari a Zonara t. III. In Isaacio Comneno, et in Romano Diogene, item a Theodoro Metochita *Histor. sacræ* l. II. Cedreno, Joanne Curopalata in Historiæ suæ initio, Michaele Glyca in Annalibus semel atque iterum. Erat etiam in catalogo exhibito a grammatico, apud Antoninum Verderium in supplemento.

NOTÆ.

(*a*) De Palatinis codicibus quos pontifici Gregorio XV donavit imperator Ferdinandus II, in Vaticanam bibl. A. 1623 translatis, gloriatur Allatius passim, uti ad Eustathium Antiochenum in præf. et in notis p. 151, atque in animadversionibus ad Antiquitates Etruscas, p. 58.

Gaulminus de Pselli scriptis hæc habet : *Alia illius in regia pariter et Vaticana exstare certum est; ut* ψυχογονίαν *Platonis*, ἐπιτομὴν τῆς ἰατρικῆς, *Comment. in Aristotelis Categorias, Metaphys. lib.* περὶ ἑρμηνείας, *Porphyrii quinque voces, contra Eunomium librum unum, de legibus duos*, μονῳδίαν, ἐγκώμια *diversa. Epistolas item elegantes laudat in adagio* ἄκαπνα θύειν *Casaubonus in Athenæum.*

LIX. Plura etiam enumerat Antonius Verderius in Supplemento bibliothecæ Gesnerianæ, ex bibliothecis Constantinopolitanis. Nam inter alia apud Joanem Suzium erant, Michaelis Pselli *Explicatio in psallerium Davidis. In Gregorium Nazianzenum.* In catalago a grammatico exhibito, *Medicinale Michaelis Pselli. Liber philosophicus. In philosophica Aristotelis. Astronomicum. Explicatio in mysticam philosophiam. In quinque voces Porphyrii. In topographica Strabonis, et Ptolemæi. In arithmetica. In Galeni explicationem in quatuor libros resolutionis Hippocratis. Menandri Comediæ XXIII*, o Thesauros! *explicatæ a Michaele Psello.* In bibliotheca Regis Chritianissimi. *In Elenchos sophistarum. Scholia in definitiones. De motu temporis. De circulo solis et lunæ. De inventione diei Paschatis. De angelis et dæmonibus. De novis morborum appellationibus. De notis spirituum. De divisione animalium. In Salutationem angelicam. In Physica Aristotelis :* præter alia multa, quorum supra meminimus. Infra quoque nonnulla alia recensebimus. Et in bibliotheca Ansonii Augustini, Pselli *Apopthegmata*, cod. 227. *Explicatio mathematica speculationis in Platonis* [40] *Timæum. Absoluta enarratio de Lemmate. Explicatio de Platonica aurigatione animorum, et de militia deorum, in Phædrum. Explicatio nodi difficilis, quo pacto ex quinque secuplum est, et quod circa quinque figuras alia figura non statuatur contenta sub æquilateribus et rectangulis inter se æqualibus*, cod. 191.

LX. Hæc sunt, lector, Pselli monumenta, quæ hactenus, ut mihi videtur, in istis bibliothecis reposita latent, quæ non solum videre, sed etiam queas ut ita dicam usurpare : usurpabis enim, dum conferendi, interpretandi, edendique copia data, ipse tantum scriptorem studium et tempus insumes. Scriptioni meæ fidem hic imponere peropportunum videbatur; habes enim, ni fallor, exactam Pselli scriptorum enumerationem; tamen, ne rempublicam litterariam fraudare videar, de qua bene mereri semper sollicitus sum, en tertium hic ascribam catalogum librorum Pselli, quos, dum semper aliquid novi avidus capto, mihi legisse contigit. Mirum enim est, ut animus ad res novas semper gestiat, nullis laboribus, nullis succumbens vigiliis. Scio aliam hominibus beatitatem paratam, ad quam totis conatibus contendere unusquisque debet : quod si nescirem, in sola optimorum sriptorum lectionem coliocandam esse existimarem : et in illis conservandis occupatum summam ducerem felicitatem. In quibus omnem nostram diligentiam indulgentiamque consumi jucundissimum ac dignissimum est Mihi sane lumen solis, dies, vitaque ipsa erunt ingrata et amara, si, quæ legam, non habeam : si monumenta clarissimorum vivorum defecerint; præ illorum namque dignitate, et suavitate, divitiæ, voluptates, et quidquid apud homines in pretio est, sordes sunt et nugæ. Hac itaque sitis, sive furor (liceat propensi ad litteras animi cupiditatem, quæ nesciat modum, ita appellare) dum mihi assidue novos auctores investigandi studium ingerit, semper novum quid ingenio objicit : quod postquam didici, angor et doleo, me illo, tanto tempore frustratum fuisse. Hinc magis ac magis impellor concitatioribus stimulis. Dabo igitur tibi, lector, sine futo et fallaciis numerum librorum manuscriptorum Pselli, qui jam latent in bibliothecis, nec lucem viderunt, et eorum simul principia, ut rerum harum tibi notitiam habeas dilucidiorem. Ad Rhodum ipsam et saltum.

LXI. Visi igitur, aut lecti Pselli a me libri sunt : Στίχοι πολιτικοὶ, περὶ γραμματικῆς πρὸς κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον. *De grammatica ad Constantinum Monomachum, carmina politica.* P. Μελέτω σοι γραμματικῆς, καὶ τῆς ὀρθογραφίας.

[41] Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ Ἀντιστοίχων. *Ad eumdem, de Antistœchis.* P. ἄγγαρος γὰρ ὁ ἄγγελος, ἀγῆλαι τὸ σεμνύναι. Hæc duo a plerisque in unum veluti corpus digeri, et sub grammatices nomine laudari, novi; codex tamen Vallicellanus in duo dividit, secundo primum, aliis etiam aliorum interjectis, primo secundum tribuens locum; et argumentum utriusque diversam etiam poscit tractationem. Nec in unum grammaticæ regulæ, et dictionum expositiones, nisi confundas omnia, coalescunt. Meminit Casaubonus in Athenæum lib. II, c. 26. *Psellus in versibus politicis, quibus obscuriores voces exposuit.* Auctorem horum esse Psellum Michaelem nullus dubito. Meursius (*b*) tamen Joannem, cui de virtutibus ac vitiis iambos tribuit, horum auctorem insinuat; cum existimet Joannem esse quem in ἡγήτορες laudat Suidas, Λέγει δὲ καὶ ὁ Ψελλὸς, ἡγητοοία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη. Eumdem Psellum sæpius a Suida laudatum inveni, in Δίρτρον. Δίρτρον, τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. Φησὶ καὶ ὁ Ψελλὸς, τοῦ δὲ ἐντέρου τὸ λεπτὸν κατονομάζει δίρτρον. Et Γηώρας, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, τοῦ Ψελλοῦ, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, καὶ γέρδης ὁ ὑφάντης. Quæ cum in his de grammatica, et antistœchis legantur, non alium horum, quam Joannem auctorem Meursius nobis intrudit.

NOTÆ.

(*b*) Meursius ad Psellum in Canticum canticor., p. 177.

Τί ἐστὶ Βαβουτζικάριος. *Quid sit Babutzicarius.* P. Ὁ μέντοι Βαβουτζικάριος ἐξ.

Περὶ τῆς Γιλλοῦς, de Gillo P. Ἡ δὲ Γιλλὼ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον. Καί.

Πόθεν τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα. *Unde nomen Cornuti originem habuerit.* P. Τέτριπται ἐν συνηθείᾳ τοῦ βίου τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα.

Τί σημαίνει τὸ Καίσαρος ὄνομα. Quid sibi velit Cæsaris nomen. P. Τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα.

Εἰς τὸ, εἴ τι ἔφθασεν. *In illud, si quid advenit.* P. Ἔφθασέ τις εἰπὼν, ὅτι ἔφθασεν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ, Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μεγάλ' ἴαχεν. *In illud, Stridit arcus, nervus autem valde sonuit.* Homeri Iliad. δ', v. 125. P. Ἔστι μὲν οὐδ' ὅπερ εἰρήκειν εὐθὺς ἐρωτηθείς.

Εἰς τὴν ἐν Νικομηδείᾳ λεγομένην ἀκοήν. *In intellectionem sic dictam, quæ Nicomediæ est.* P. Θαυμάζουσιν οἱ πολλοὶ ἐν Νικομηδείᾳ ἠχεῖον.

Τίς ἡ διάκρισις τῶν συγγραμμάτων, ὧν τῷ μὲν ἡ Χαρίκλεια, τῷ δὲ ἡ Λευκίππη ὑπόθεσις καθεστήκατον. *Quænam sit scriptionum differentia, quarum alteri Chariclea, alteri Lencippe argumento sunt.* P. Πολλοὺς οἶδα καὶ τῶν ἄγαν·

LXII. Περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων. *De mirabilibus auditionibus.* [42] P. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης. Libellum Schediasmate (*c*) illustravimus.

Jam quo modo ipsam apostolis assimilarit, videamus. *Quid*, inquit, *pulchræ factæ sunt genæ tuæ, sicut turturis ?* Mirum in modum profecto pulchræ factæ sunt genæ tuæ, quæ ad similitudinem turturis verecundiam et continentiam amplecteris, et apostolorum consuetudinem imitaris, nec gentium more, immoderato genarum motu uteris in disputationibus et nugis et orationibus, ac edacitate in cibis unde reliqua omnis nascitur intemperantia : sed ejusmodi potius moderatione, ut conciso compositoque sermone supervacaneam Græcorum sapientiam viceris : in orationibus autem *regnum Dei et justitiam ejus* tantummodo *quæras*[7] : cibis vero non exquisitis et jucundis vescaris, sed necessariis contenta sis. Ex quo fit, ut omnibus in rebus temperanter vivas, neque vero hæc referas ad gloriam et ostentationem : quin etiam, quod ad fortitudinem et patientiam spectat, tam leni animo feras in dextera gena te percuti[8], ut percutienti etiam alteram præbeas, ad Christi imitationem æquo animo alapas sustinentis, et mandatum servari posse re ipsa comprobantis; atque instar turturis volucris solitariæ, secedentis in solitudinem, ibique jejunantis, atque ita docentis ostentationem atque humanas laudes esse fugiendas. Atque hoc quidem pacto de-

[6] Habac. III, 8. [7] Matth. VI, 33. [8] Matth. V, 39.

Οἱ τράχηλοί σου θαυμαστοὶ καὶ κεκαλλωπισμένοι. Τὸν χρύσεον βαστάζοντες κλοιὸν τῆς Παροιμίας. Ὁρμίσκον γὰρ μοι νόησον ὃν ἔφην κλοιόν γε.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ὁ γοῦν νυμφιος τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας αἰνιζάμενος ταύτῃ, ὅτι ἐν αὐτῇ ποιμαίνει, διὰ τοῦ ἀποκριθῆναι ταύτῃ τὸ, Εἰ μὴ ἔγνως σεαυτὴν, νῦν ὃ ᾐνίξατο ἀποδεικνύων φησί · Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασιν Φαραὼ ὡμοίωσά σε, ἡ πλησίον μου. Ταῦτα δὲ ἵνα σαφῆ γένοιτο, οὕτω συντακτέον · Τῇ ἵππῳ μου ὁμοίωσά σε, ἡ πλησίον μου, ἐν ἅρμασι Φαραὼ, ἤγουν τοῖς ἀποστόλοις μου ἐφ' οὓς ἐπιβὰς τὴν ἱππασίαν ἐποιησάμεν, ἐπὶ πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα ὀξέως δραμόντας εἰς τὸ ἐμὸν κήρυγμα. ἐοικυῖαν κατ' ἀρετήν σε ἀπέδειξα. Διὸ ὥσπερ ἐν ἐκείνοις ποίμαίνων δέδειγμαι, καὶ ἐν σοὶ τῇ διὰ τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν ἐγγύς μου. Ἐν τοῖς χρηματίσασιν ἅρμασι τοῦ νοητοῦ Φαραὼ, ἔθνεσιν, ὡς φέρουσι τοῦτον ἐν ἑαυτοῖς ἐποχούμενον. Καὶ γὰρ ἵππος μὲν πληθυντικῶς καλεῖται ἡ ἱππικὴ δύναμις · ἥτις ἐστὶν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι κατὰ τὸ, Ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου. Καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. Ἅρματα δὲ τοῦ νοητοῦ Φαραὼ τὰ τῶν ἐθνῶν συστήματα, ὡς ἐξηρτημένα τοῦ πονηροτάτου βουλήματος αὐτοῦ. Ἐν οἷς συστήμασιν ἡ τοῦ κηρύγματος τῶν ἀποστόλων ἀκούσασα Ἐκκλησία, καὶ πιστεύσασα εἰς τὸν ὑπ' αὐτῶν κηρυττόμενον Χριστὸν καὶ τούτου πλησίον γενομένη. Ἐπειδήπερ ἡ πίστις τοῦ πιστεύοντος καὶ τοῦ πιστευομένου ἄμεσός ἐστιν ἕνωσις. Τοῖς ἀποστόλοις ὡμοίωται παρ' αὐτοῦ Χριστοῦ πεισθεῖσα ταῖς αὐτοῦ ἐντολαῖς, καὶ τὸν ἀποστολικὸν βίον μιμησαμένη.

Λοιπὸν ὅπως ὡμοίωσεν αὐτὴν τοῖς ἀποστόλοις, φησί · Τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος ; Ἤτοι, Θαυμασίως αἱ σιαγόνες σου ὡραῖσμέναι εἰσίμιμησαμένης τὴν δίκην τρυγόνος ἐνδειξαμένην ἐν ἐγκρατείᾳ τὸ σῶφρον, τῶν ἀποστόλων ὁμήγυριν. Ἥτις οὐ κατὰ τὰ ἔθνη ἀκολάστῳ τῇ τῶν σιαγόνων κινήσει ἐχρήσατο, πρός τε ἀδολεσχίας ἐν διαλέξεσι, καὶ βαττολογίας ἐν προσευχαῖς καὶ ἀδηφαγίας ἐν βρώμασιν, ἐξ ἧς καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀκολασία ὑφίσταται · ἀλλὰ μᾶλλον σώφρονι τοσοῦτον, ὥστε τῷ συντετμημένῳ μὲν καὶ συντετελεσμένῳ λόγῳ τὴν καταργουμένην τῶν Ἑλλήνων νικῆσαι σοφίαν · ταῖς δὲ προσευχαῖς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ μόνον ζητεῖν · καὶ βρώμασιν οὐ τοῖς περιττοῖς καὶ ἡδέσι χρῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις ἀρκεῖσθαι · κἂν ἐντεῦθεν ἐν πᾶσι ζῇν ἐγκρατῶς, καὶ μηδὲ πρὸς ἐπίδειξιν ταῦτα ποιεῖν · μᾶλλον δὲ καὶ τὸ ἀνδρεῖον τοσοῦτον ἐνδείκνυσθαι, ὡς οὕτως ἐπιεικῶς φέρειν τὸ ἐν τῇ δεξιᾷ σιαγόνι ῥάπισμα, ὥστε στρέφειν τῷ βαπίζοντι καὶ τὴν ἄλλην, κατὰ μίμησιν Χριστοῦ φέροντος ἀνεξικάκως βαπίσματα, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ἐντολῆς τῇ πράξει βεβαιοῦντος, καὶ κατὰ τὸ φιλέρημον ὄρνεον τὴν τρυγόνα ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν ἔρημον, κἀκεῖσε νηστεύσαντος, καὶ οὕτως διδάξαντος τὸ ἀνεπίδεικτον.

Καὶ οὕτω μὲν θυμασίως ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος, τὴν σωφροσύνην κατ' ἐπιθυμίαν ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ τὴν ἀνδρείαν κατὰ θυμὸν ἐν ὑπομονῇ ἐπιδεικνυμένης σου. Ὁμοίως δὲ τούτοις συνωραιώθη τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι· οὐ γὰρ σιδηροῦς σου ὁ τράχηλος, ὡς διὰ τὴν ὑπερηφανίαν δύσκαμπτος· ἀλλὰ κέκαμπται διὰ μετριοφροσύνην, ὡς ὁρμίσκοι οἵ κατεσκευασμένοι εἰσὶν ἐκ χρυσοῦ· οὗ τὸ δόκιμον καὶ καθαρὸν διὰ τὸ ἀνυπόκριτον μιμεῖταί σου τὸ ταπεινὸν φρόνημα. Εἰ δὲ ἀνυπόκριτον ταπεινοφροσύνην ὁ ὁρμίσκος σημαίνει, ὡς εἴρηται, ὁ τῆς νύμφης Χριστοῦ τράχηλος ὡς ὁρμίσκοι ἐπαινούμενος, καὶ πλῆθος ἐμφαίνει ἀρετῶν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῃ ταπεινοφροσύνην. Ὡς γὰρ ὁ ὁρμίσκος ἐν ὀρθῷ τῷ σχήματι χαλκευθείς, ὕστερον κάμπτεται τῇ χρείᾳ συσχηματιζόμενος, οὕτως ὁ τὴν ἀρετὴν τέλειος ταπεινοῦται διὰ συγκατάβασιν, ὀρθῶς ὢν τῷ βίῳ καὶ τῇ μετριοφροσύνῃ καμπτόμενος. Τράχηλος δὲ περιβεβλημένος τὴν ταπεινοφροσύνην, τὸ λογικόν ἐστι τῆς ψυχῆς· ὃ δίκην τραχήλου συνάπτοντος τὴν κεφαλὴν τῷ λοιπῷ σώματι, συνάπτει τὸν νοῦν τῇ αἰσθήσει, τοὺς μὲν κατὰ νοῦν λόγους τῶν ἀρετῶν, κατὰ τοὺς τούτων τρόπους κατάγον πρὸς τὴν αἴσθησιν, τοὺς δὲ τρόπους πάλιν αὐτῶν κατὰ τοὺς τούτων λόγους ἀνάγον πρὸς νοῦν. Ὃ καὶ κάμπτεται διὰ ταπεινοφροσύνην, μὴ διὰ τὴν ἀξίαν ἐπαιρόμενον, ἀλλὰ διὰ τὸν χοῦν συστελλόμενον. Καὶ οὕτω τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, τῇ ἐξ Ἰσραὴλ ὁμηγύρει τῶν ἀποστόλων ὡμοίωσε διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁ νυμφίος ταύτης Χριστός· τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς δι' ἐγκρατείας καὶ ὑπομονῆς καὶ ταπεινοφροσύνης ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανάγαγών, καὶ ἀπαλλάξας τῆς διὰ τὴν ἀπιστίαν μελανότητος.

A coræ factæ sunt genæ tuæ quasi turturis, dum te et in cohibendis per abstinentiam cupiditatibus temperantem, et in iracundia per patientiam moderanda fortem ac strenuam præbes. *Collum* itidem *pulchrum* effectum est, *sicut monilia*. Neque enim tibi ferreum est collum, ut propter superbiam flecti nequeat : sed propter modestiam facile verti possit, ut monilia ex auro elaborata : cujus quidem auri probitatem ac puritatem humilitas tua simplicitate non ficta imitatur. Quod si minime simulatam humilitatem monile significat, ut dictum est, sponsæ Christi collum tanquam monilia commendatum, et virtutum indicat multitudinem, et implicitam in singulis virtutibus humilitatem. Quemadmodum enim monile recta figura prius ab artifice conflatur, B deinde in circulum accommodate ad usum circumflectitur : sic homo virtute perfectus, cum absoluta vitæ moderatione rectus sit, cæteris compatiendo per humilitatem flectitur atque demittitur. At collum humilitate circumdatum, est animi ratio quæ, ut collum reliquo corpori caput conjungit, sic ipsa mentem cum sensibus connectit : dum ex virtutum habitu mentem per actiones sensibus applicat : sensusque rursum ex virtutum præscripto ad mentem reducit. Flectitur item per humilitatem, dum non ex propria extollitur dignitate : sed ex pulveris ac materiæ abjectione demittitur. His rationibus Ecclesiam ex gentibus coactam per fidem in se sponsus ipsius Christus, apostolorum cœtui ex Israel assimilavit : triplicem animi partem per continentiam et patientiam et humilitatem, ex statu C naturæ contrario ad habitum naturæ congruentem redigens, et nigredinem ipsius abluens contractam ex infidelitate.

Τῶν γ' Πατέρων.

Οἱ δὲ τοῦ νυμφίου φίλοι (εἶεν δὲ πάντως οὗτοι οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, ὡς τὸ αὐτοῦ ποιοῦντες πανάγιον θέλημα) τὰ ἐξῆς ὑπισχνοῦνται τῇ νύμφῃ, λέγοντες· Ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. Ἡγοῦν, Ἐπειδὴ τῆς διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν μελανότητος ἀπηλλάγης, καὶ τοῖς ἀποστόλοις κατ' ἀρετὴν ὡμοιώθης, καὶ τῆς ἀληθείας κατὰ γνῶσιν ἐρᾷς, τὴν μὲν θείαν φύσιν αὐτὴν τὴν ἀσυγκρίτως πάσης φύσεως ὑπερέχουσαν, καθάπερ τῶν λοιπῶν ὑλων ὁ χρυσὸς, παραστῆσαί σοι οὐ δυνάμεθα· ἀθέατος γάρ ἐστι πᾶσι καὶ ἀκατάληπτος. Εἰκάσματα δέ τινα ταύτης ἐκ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας, δηλαδὴ τοὺς δίκην στιγμάτων ἀργυρίου τηλαυγεῖς καὶ μεμερισμένους ἐν τῷ παντὶ λόγους, ὑποδείξομέν σοι, ἕως οὗ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, ἐν ἐπαναπαύσει αὐτοῦ τῇ ἐν σοὶ, οἰκεῖον ἐκσφράγισμα σεαυτὴν ἀποδείξῃ, κἀντεῦθεν γνῷς ἑαυτὴν μὲν εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωμα, αὐτὸν δὲ ἐν σοὶ ποιμαίνοντα, καὶ ὥσπερ τινι σφραγῖδι ἐν τῷ ἰδίῳ ἐκτυπώματι κοιταζόμενον.

Trium Patrum.

Amici autem sponsi (sint autem hi omnino sancti angeli, quippe qui sanctissimæ illius obtemperant voluntati) ea quæ sequuntur, sponsæ pollicentur : *Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quousque rex in accubitu fuerit suo.* Quasi dicant : quoniam a nigredine ex idolorum cultu contracta liberata es, et apostolis per virtutem similis reddita, et cognoscendæ veritatis studiosa : nos naturam quidem divinam, quæ, ut aurum alia cum materia nulla, sic ipsa nullis cum aliis naturis comparari potest, tradere minime va- D lemus : cum ea nec oculis cerni, nec mente comprehendi queat : simulacra tamen ipsius quædam ex rerum naturalium aspectu et contemplatione, argento quasi distincta ac vermiculata faciemus tibi, eorum quæ in mundo sunt, rationes ostendentes, quoad rerum omnium Dominus, qui est ipsa veritas, in te veluti in accubitu et requie sua conquiescens, propriam similitudinem suam te ipsam ostendat, ut tutemet ipsius imaginem agnoscas, eumque in te pascentem et tanquam sigillum in proprio signo expressum recubantem.

Ψελλοῦ.

Οἱ μέντοι φίλοι βλέποντες τούτων τὰς ὁμιλίας,

Pselli.

Amici igitur sponsi, ex iis quæ dicta sunt, tum

ingentem sponsæ erga sponsum amoris flammam, tum propensam hujus erga sponsam voluntatem considerantes, atque inde rei finem prospicientes, quod ad eam procul dubio sponsus esset descensurus, ac regio more in illa conquieturus, sponsam jam instruunt atque auro exornant, et cum rex voluerit advenire, eam ad quiescendum aptissimam reperiat. Itaque sic alloquuntur :

A Καὶ τὸ τῆς νύμφης ζώπυρον πολὺ πρὸς τὸν νυμφίον,
Πρὸς δὲ, τὴν συγκατάβασιν ἐκείνου πρὸς τὴν νύμφην,
Κἀκ τούτων ἐπιγνώσαντες τοῦ πράγματος τὸ τέλος,
Ὡς ἄρα καταβήσεται πρὸς ταύτην ὁ νυμφίος,
Ἐπανακλιθησόμενος βασιλικῶς ἐν ταύτῃ,
Τὴν νύμφην εὐτρεπίζουσι δῆθεν καταχρυσοῦντες.
Ἵν', ἐπειδὰν ὁ βασιλεὺς ἐπιδημῆσαι θέλῃ,
Εὑρήσῃ πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτὴν ἑτοιμοτάτην.
Φασὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου·

Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quousque rex sit in accubitu suo.

Ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.

Quando, inquiunt, futurum est ut rex in te, quæ ipsum puriter amas et quæris, requiescat; age, sine te a nobis instrui atque exornari. Quamvis enim non ut aurum, o sponsa, virtutibus fulgeas, sed adhuc ut argentum splendeas præ nigredine; te ad auri tamen similitudinem decorabimus, similemque reddemus cherubico et flammeo ac venerando solio, in quo rex descendens se reclinet et acquiescat. Superior omnis apparatus, meo quidem judicio, mirabilem sponsæ et virginis ex argento in aurum mutationem, ab amicis Verbi et sponsi accurate conquisitam, id est, decorem et gratiam sponsæ ab angelis Dei adhibitam significat. Hic enim Domini amicorum est mos atque institutum, ut cum animam aliquam virginem ad Christum studiose festinantem nacti sint, undique tanquam custodes illam circumdent atque adjuvent, et ad rectas et cum virtute conjunctas vivendi rationes incitent, quoad illam Domino aptam gratamque reddant. Sed jam interpretando longius progrediamur, et quæ sponsa, amicorum studio ac diligentia exornata, ad amicos ipsos, id est angelos, dicat, audiamus :

Ἐπεὶ, φασὶν, ὁ βασιλεὺς ἀνακλιθῆναι μέλλει
Ἐν σοὶ, τῇ τοῦτον καθαρῶς φιλούσῃ καὶ ζητούσῃ,
Δεῦρο λοιπὸν καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς ἀτοιμασθεῖσα.
B Κἂν γὰρ οὐ λάμπεις ὡς χρυσὸς ταῖς ἀρεταῖς νύμφη
(Ἀκμὴν γὰρ ἀργυρολαμπεῖς ἀπὸ τῆς σκοτομήνης),
Ἀλλ' ὅμως χρυσαυγήσομεν καὶ παρεικάσομέν σε
Χερουβικῷ καὶ φλογερῷ καὶ σεβασμίῳ θρόνῳ.
Ὁ βασιλεὺς γὰρ κατελθὼν ἀνακλιθήσεταί σοι.
Τὴν γὰρ ῥηθεῖσαν ἅπασαν ὧδε δραματουργίαν.
Τὴν θαυμαστὴν ἀλλοίωσιν τῆς νύμφης καὶ παρθένου,
Τὴν ἐξ ἀργύρου πρὸς χρυσόν φημι γεγενημένην,
Παρὰ τῶν φίλων δηλαδὴ τοῦ Λόγου καὶ νυμφίου,
Ὡς ἀρωγήν μοι νόησον, καὶ χάριν πρὸς τὴν νύμφην,
Ἐκ τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν ἐπαξίως·
Τοῦτο γὰρ ἔθος πέφυκε τοῖς φίλοις τοῦ Δεσπότου,
Οἵ ἐπειδὰν ἁθρήσωσι ψυχήν τινα παρθένον,
Ἐπειγομένην πρὸς Χριστὸν καλῶς ἐπανελύσαι,
Κυκλόθεν παρεμβάλλουσιν ὡς φύλακες ἐκείνης,
C Ἀρήγοντες, ἐγείροντες πρὸς ἐναρέτους τρόπους,
Μέχρις ἂν δείξωσιν αὐτὴν δεξιὰν τῷ Δεσπότῃ.
Ἀλλ' ἤδη προχωρήσωμεν τῷ λόγῳ περαιτέρω.
Καὶ προκόψασαν ψυχὴν ταῖς χάρισι τῶν φίλων
Ἴδωμεν, τί φησιν εὐθὺς αὕτη ὡς πρὸς τοὺς φίλους.
Φησὶ δ' αὐταῖς ταῖς λέξεσιν οὕτως πρὸς τοὺς ἀγγέ-
[λους·

Nardus mea dedit odorem ejus.

Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ.

Animæ virtutis studiosæ progressionis fructum perspicis. Cum enim in recta vitæ ratione virgo profecerit, atque ita ad Verbum et sponsum optatum appropinquarit, sponsi pulchritudinem se dicit agnovisse, sed per sensum quemdam solum : nempe odoratum. Cur autem, inquis, nullum aliud unguentum, sed nardum duntaxat Dominum ait redolere? An quia inter unguenta nardus obtinet principatum? An potius divinius aliquid vult innuere? Si quis enim homo ex præsenti vita, licet omnes labore et industria acquirens virtutes, recte vivat, nisi Christum divino baptismate induerit, nil revera vitæ æternæ hisce virtutibus consequetur. Arcanum hoc quod animo complecteris, unguentariorum exemplo fit manifestum. Cum enim nardinum volunt conficere, licet alia multa in unum conjiciant, nisi nardum, quæ quidem est herba, simul adhibuerint, frustra operam sumunt. Præterea Christus, qui idem et sponsus est, ad cœnam Simonis leprosi

Βλέπεις καρπὸν τῆς προκοπῆς ψυχῆς τῆς ἐναρέτου·
Ἰδοὺ γὰρ ἡ προκόψασα πρὸς ἀρετὰς παρθένος,
Ὥσπερ καὶ προεγγίσασα τῷ ποθουμένῳ Λόγῳ,
Ἐπεγνωκέναι μὲν ἐρεῖ τὸ κάλλος τοῦ νυμφίου,
Πλὴν δι' αἰσθήσεώς τινος ἀσφραντικῆς καὶ μόνης.
Τίνος δὲ χάριν, ἐρωτᾷς, οὐ λέγει μύρον ἄλλο,
D Ἀλλὰ τοῦ νάρδου μέμνηται μυρίζειν τὸν Δεσπότην ι
Τὸ μὲν, ὅτι καὶ πρώτιστόν ἐστι τῶν ἄλλων μύρων·
Τὸ δ' αὖ, ὅτι καὶ πέφυκεν ἐμφάσεις ἔχον θείας·
Ὥσπερ εἴ τις ἄνθρωπος ἐκ τοῦ παρόντος βίου,
Κἂν πάσας φέρων κατορθοῖ τὰς ἀρετὰς ἐμπόνως,
Ἂν μὴ Χριστὸν ἐνδέδυται βαπτίσματι τῷ θείῳ,
Οὐδὲν οὗτος ὀνίνησι ταῖς ἀρεταῖς ἁπάσαις·
Τοῦτον τὸν τρόπον ἴδῃ τις ἀῤῥήτως ἐν καρδίᾳ,
Παρά τινος τῶν μυρεψῶν κατασκευαζομένου
Οἱ γὰρ βουλόμενοί ποτε κατασκευάσαι νάρδον,
Κἂν εἴδῃ βάλλωσι πολλὰ μυρεψικὰ πρὸς τοῦτο,
Εἰ μὴ καὶ νάρδον βάλλωσιν, ἥτις ἐστὶ βοτάνη,
Εἰς μάτην πεπονήκασιν ὄντως οἱ ναρδεργάται.

Ἄλλως τε δὲ καὶ ὁ προσκληθεὶς Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος, Εἰς δεῖπνον Σίμωνος λεπροῦ καταπεπονημένου, Τοῦτο τὸ μύρον ἤλειπται παρὰ τῆς μοιχαλίδος. Ὁ λόγος τοίνυν μέμνηται τοῦ νάρδου προσηκόντως.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἐντεῦθεν οὖν ἡ νύμφη τοῖς τῶν ἀρετῶν διαφόροις κατὰ πρᾶξιν μὲν τρόποις, κατὰ θεωρίαν δὲ λόγοις καθαρθεῖσα, εἶτα εἰς τελειότητα ἐναγομένη, πρὸς τοὺς τὰ προειρημένα πρὸς αὐτὴν φήσαντας φίλους τοῦ νυμφίου, ἀποκρινομένη φησί· Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ· ἤγουν, Ἡ ἐκ τῶν διαφόρων κατὰ πρᾶξιν τρόπων καὶ κατὰ θεωρίαν λόγων, δίκην τῆς ἐκ διαφόρων ἀρωμάτων συγκειμένης νάρδου, κρατηθεῖσά μοι ἔμπρακτος γνῶσις, παρέσχεν ἔμφασιν αὐτοῦ, τοῦ κατ' οὐσίαν ἀπροσίτου νυμφίου, οὗ τὸν χαρακτῆρα φέρω, ὡς εἰκὼν αὐτοῦ καὶ ὁμοίωμα. Μίγμα γὰρ αὕτη τῶν ἐν τῷ παντὶ μετοχῶν τοῦ ἑνὸς τῶν ὅλων αἰτίου ὑπάρχουσα· ὡς κρᾶμα κατὰ φύσιν οὖσα νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως, καὶ κατὰ γνώμην τοὺς ἐν τῷ παντὶ λόγους καὶ τρόπους ἐν ἑαυτῇ κεράσασα. Κἀντεῦθεν ἀποδοῦσα τῷ κατ' εἰκόνα λόγῳ τὸν καθ' ὁμοίωσιν τρόπον, ἐν ἑαυτῇ τοῦτον δεικνύει, ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον. Ἐπεὶ δ', ὡς εἴρηκεν, ἐν αἰσθήσει γέγονεν τοῦ νυμφίου, τί ταύτῃ; Οὗτός ἐστι, φησὶν, ἀπόδεσμος στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοί. Ἤτοι, Συνοχή ἐστιν ἐμοὶ καὶ συντήρησις τῆς μεταδοτικῆς σταγόνος τῆς θείας χάριτος, ὁ κατὰ τὴν τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείαν ἀγαπητός μου. Ἐπείπερ αὐτὸς πιστευόμενος τὰ πνευματικὰ συντηρεῖ τῇ Ἐκκλησίᾳ χαρίσματα, καὶ ἱστᾷ τοὺς πιστοὺς τοῦ μὴ ἀπὸ τῆς ἀληθείας τρέπεσθαι. Εἶτα ὅπου ἐν αὐτῇ περιπολεύσας τὴν ἀτρεψίαν ταύτην χαρίσεται, φάσκει· Ἀνὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται. Τούτων δὲ μέσον ἡ καρδία ἐστὶν, ἐξ ἧς τῷ λοιπῷ σώματι τὸ ζωτικὸν διαδίδοται πνεῦμα· ἥτις ὑπεμφαίνει τὸν ἡγεμόνα νοῦν· ἐν ᾧ περιπολεύσει ὁ Κύριος, ὅταν ἡ νύμφη αὐτοῦ διὰ τελειότητα αὐτῷ κολληθεῖσα πνεῦμα γένηται ἕν· εἰσοικιζομένη τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς διὰ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνεργείας. Δι' ἧς ἡ ἐν Χριστῷ κεκρυμμένη ζωὴ, εἰς πάσας τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ὡς ταύτης μέλη διοδεύσασα, ἀτρεψίαν αὐταῖς ἐμποιήσει. Καὶ οὕτω μὲν ὁ νυμφίος τῇ νύμφῃ ἔσεται τῶν καλῶν ἀτρεψία, ὅταν τελεία ἀναδειχθῇ.

Ψελλοῦ.

Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς λογίων. Ἡ νύμφη γὰρ ταῖς προκοπαῖς ὡς ἔνθους γινομένη, Ἔτι συνείρειν ἀγαπᾷ τὸν λόγον πρὸς τοὺς φίλους. Φησὶ γοῦν τάδε πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὸν νάρδου [λόγον·

Ἀπόδεσμος στακτῆς ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἀνὰ μάσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται.

Ἔθος ἐστὶν, ὡς λέγουσιν, κόραις ταῖς φιλοκό- [σμοις,

Μὴ μόνον ἔξωθεν αὐτὰς ἐξόχως καλλωπίζειν, Ὡς ἐφελκύσωσιν αὐτῶν τὸν ἐραστὴν ἐν τάχει, Ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔσωθεν αὐτῶν τῶν ἱματίων, Κατασκευὰς τιθέασιν ἀπὸ τῶν μυριπνόων.

[9] Coloss. III, 3.

A vocatus, hoc unctus est unguento a peccatrice. Merito igitur nardi mentio facta est.

Trium Patrum.

Sponsa deinceps, variis virtutum cum in agendo, tum in contemplando expolita dotibus atque illustrata, et ad perfectionem progrediens, et ad ea quæ sibi ab amicis sponsi dicta fuerant, respondet : *Nardus*, inquiens, *mea dedit suavitatem ejus :* id est, efficax ex diversis agendi speculandique rationibus cognitio conquisita, instar nardi ex variis aromatibus conditæ præbuit specimen ejus ; sponsi nimirum, per naturam inaccessi, cujus ego speciem ac notam gero, ut imago ipsius ac similitudo. Cum B enim mistio quædam sit eorum quæ in mundo unam illam rerum omnium causam participant : quippe quæ ex intelligibili et sensibili creatura naturaliter constet, scientiaque rationes rerum ac modos id se complectatur : propterea moribus similitudinem referens, eum in se tanquam in imagine exemplar repræsentat. Verum, quia sensu, ut dixit, sponsum agnovit, quid ipso sensu sit, explicat, dicens : *Fasciculus myrrhæ nepos meus mihi.* Nexus est et conservatio stillæ divinæ gratiæ quæ mihi communicata est, dilectus meus : ut Symmachus interpretatur. Per fidem enim acceptus, spiritalia tuetur atque conservat Ecclesiæ munera, fidelesque confirmat et corroborat, ne a veritate desciscant. Tum, ubi sponsus in ipsa manens, constantiam hanc largiatur, exponit, *In medio*, C inquiens, *uberum meorum commorabitur.* Uberum medium obtinet cor, unde vitalis spiritus in reliquum corpus diffunditur. Præstantem vero animæ partem mentem innuit, in qua Dominus habitat, cum ejus sponsa perfectione sibi copulata, unus spiritus efficitur, virtutis habitum adipiscens per sancti Spiritus operationem, unde *vita in Christo abscondita*[9] in omnes animæ potentias, tanquam in hujus membra, influens, stabilem ipsis firmitatem ac robur instillat. Atque ita sponsus erit sponsæ, cum ad perfectionem venerit, virtutum immobile firmamentum.

Pselli.

Sed jam et ea quæ deinde sequuntur, audiamus. Sponsa enim progressu quasi afflatu institutum D cum amicis sermonem studiose persequitur, et post nardi mentionem, sic ait :

Fasciculus stactes filius sororis meæ mihi, in medio uberum meorum commorabitur.

Elegantium virginum mos est, ut non solum exteriori ornatu se decorent, quo celeriter amatores suos alliciant, verum etiam suavia in vestimentis unguenta gerant. Quoniam igitur Canticorum verbis anima ut pulchra virgo est exornata, et hominum more sponsalibus decora vestimentis

ad nuptias adducta, consentaneum est ut verba quædam muliebri loquatur, licet interius arcanum sensum contineant. Aperte igitur quasi delicias faciens. Quamvis, inquit, mulieres quædam ad amorem excitandum alia gestent unguenta in vestimentis; ego tamen cujusvis fragrantissimi odoris loco pulcherrimum sponsum, uti suavissimum unguentorum fasciculum collo suspendens, retinebo. Vel potius hoc significat : Quamvis aliæ animæ mundi curis et negotiis implicentur; ego sponsi mei percipiens voluptatem, eum insculpam in tabulis cordis mei. Uberum enim medium cordis est sedes.

A Ἐπεὶ γοῦν γεγυναίκισται τῷ λόγῳ τῶν Ἀσμάτων
Ἡ παρθενεύουσα ψυχὴ καὶ τρόποις ἀῤῥενόφρων,
Καὶ νυμφικῶς συνέσταλται πρὸς γάμους ἐπηγμένη,
Λόγους τινὰς γυναικὸς εἰκός ἐστι καὶ λέγειν,
Κἂν ἴσχωσιν ἀπόῤῥητον τὸν λογισμὸν ἐν βάθει.
Τοῦτο γοῦν λέγει προφανῶς ὥσπερ ἀκκιζομένη,
Ὅτι Κἂν φέρωσίν τινες γυναῖκες ἄλλα μύρα
Πρὸς ἔρωτα θερμότερον ἔνδον τῶν ἱματίων,
Ἀλλ' ἔγωδε μυρίσματος ἀντὶ παντὸς εὐώδους,
Αὐτὸν ἐκεῖνον κτήσομαι τὸν κάλλιστον νυμφίον,
Ὥσπερ ἀπόδεσμόν τινα μύρων εὐωδεστάτων,
Καλῶς ἀπαιωρήσασα περὶ τὸν τράχηλόν μου.
Μᾶλλον δὲ τοῦτο καθαρῶς αἰνίσσεται τῷ λόγῳ,
Ὅτι Κἂν ἄλλαι τῶν ψυχῶν τῷ βίῳ πεφυρμέναι,
Ἄλλας φροντίδας ἔχωσιν τῶν κοσμικῶν πραγ-
[μάτων,
B Ἐγὼ δ' ἄλλην τὴν ἡδονὴν γνοῦσά μου τοῦ νυμφίου,
Αὐτὸν χαράξω ταῖς πλαξὶ τῆς ἐμῆς καρδίας·
Μαστῶν γὰρ μέσον πέφυκεν ὁ τόπος τῆς καρδίας.

Trium Patrum.

Botrus Cypri sororis meæ filius mihi in vineis Engaddi.

Qualis est uva adhuc florens, quæ vinum cordi lætitiam afferens pollicetur : talis est mihi propter imperfectionem meam dilectus meus in vineis, hoc est in variis rerum naturis, quæ perspicuæ sunt oculo tentationis (id enim est Gaddi) oculo nimirum rationis naturas rerum ac veritatem in omnibus explorantis. Hæc enim eas indagans tanquam florentem uvam, ex ipsis colligit veritatem; quæ veluti vinum quoddam a figuris mentem dimovebit, cum diversas, quæ in mundo sunt, rationes in se ipsa coactas amplectetur.

Τῶν γ' Πατέρων.

Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶσιν Ἐγγαδδί.

Ἤτοι, δίκην σταφυλῆς ἔτι ἀνθούσης, καὶ τὸν εὐφραντικὸν τῆς καρδίας οἶνον ἐπαγγελλομένης, ὁ ἀγαπητός μου καρποφορεῖταί μοι διὰ τὴν ἐμὴν ἀτέλειαν, ὡς ἐν ἀμπελῶσι ταῖς διαφόροις τῶν ὄντων φύσεσιν, αἵ εἰσιν διορατὰ τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ πειρατηρίου. Ὅπερ ἑρμηνεύεται τὸ Γαδδί· δηλονότι τῇ ὄψει τοῦ βασανίζοντος τὰς φύσεις, καὶ τὴν ἐν ὅλοις ἀλήθειαν ἐρευνῶντος λόγου. Οὕτως γὰρ ταύτας διερευνώμενος ὡς ἀνθοῦντα βότρυν τοῖς τούτων λόγοις C καρποφορεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἥτις ὥσπερ τις οἶνος τὸν νοῦν ἐκστήσει τῶν τύπων, ὁπηνίκα τοὺς ἐν τῷ παντὶ διαφόρους λόγους περὶ ἑαυτὴν συνάψει ἐνοειδῶς.

Pselli.

Ex sponsæ verbis quædam supersunt, quæ quidem nunc pro viribus sunt explicanda : sic enim ipsos angelos alloquitur :

Ψελλοῦ.

Ἔχομέν γέ τι λείψανον τῶν ἐκ τῆς νύμφης λόγων,
Ὅπερ ὡς ἔστιν ἐφικτὸν τὸ νῦν ἑρμηνευτέον.
Λέγει γὰρ οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἡ νύμφη τοὺς ἀγγέλους·

Botrus Cypri sororis meæ filius mihi in vineis Engaddi.

Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶσιν Ἐγγαδδί.

O præclaram progressionis sponsæ mutationem! Quæ enim perspicue paulo ante similis equæ dicta fuerat, nunc amicorum obsequio plane proficiens, se ipsam ut vitem fructiferam agnoscit. Omnis enim anima pura, Domini succensa desiderio, operum progressu fit omnia. Nunc quidem sedes Cherubim, nunc sedes Regis, nunc autem vitis fructifera in aula Domini. Quod igitur puriter sponsa dicit, hoc est : Sic agnovi sororis meæ filium, id est sponsum, sicut botrum, qui nobis distillavit mustum æternitatis. Haud omnibus virtutes capessentibus animabus est maturus, sed pro virtutum mensura jucunditatem suam subinde mutat. Aliis namque floret, in aliis nigrescit, in aliis maturus est, in aliis plane coctus ac dulcis est. Sponsa igitur, dum florentem botrum se ferre dicit, ostendit se nondum ad perfectionem pervenisse. Aut tanquam florentis pulchritudinem exaggerans, ita, inquit, mihi floret Christus et sponsus, ut odoriferi

Ὦ τῆς καλλῆς ἐναλλαγῆς τῆς προκοπῆς τῆς νύμ-
[φης!
Ἡ πρὸ μικροῦ γὰρ ἐμφανῶς ἵππῳ παρεικασθεῖσα,
Ἄρτι λαμπρῶς προκόψασα ταῖς χάρισι τῶν φίλων,
Ὡς βοτρυφόρον ἄμπελον αὐτὴν ἐπιγινώσκει.
Ψυχὴ γὰρ πᾶσα καθαρὰ ποθοῦσα τὸν Δεσπότην,
D Πάντοτε πάντα γίνεται τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων
Νῦν μὲν θρόνοι Χερουβίμ, καὶ θρόνος Βασιλέως,
Νῦν δ' ἄμπελος κατάκαρπος ἐν ταῖς αὐλαῖς Κυρίου.
Ὅπερ οὖν λέγει καθαρῶς ἡ νύμφη, τοῦτο λέγει·
Ὡς ἔγνων τὸν ἀδελφιδοῦν, τουτέστι τὸν νυμφίον,
Ὅστις ἀπέσταξεν ἡμῖν γλεῦκος ἀθανασίας·
Οὐκ ἔστι πάσαις ὥριμος ψυχαῖς ταῖς ἐναρέταις,
Ἀλλ' ἐξαλλάσσει τὸ τερπνὸν εἶδος αὐτοῦ πολλάκις,
Κατὰ τὸ μέτρον δηλαδὴ τῶν ἀρετῶν ἑκάστου.
Ἀνθεῖ γὰς ἄλλαις τῶν ψυχῶν, ἐν ἄλλαις δὲ κυ-
[πρίζει,
Ἐν ἄλλαις δ' ὥριμός ἐστιν, ἐν ἄλλαις δὲ περκάζει.
Ἡ νύμφη τοίνυν φέρουσα κυπρίζοντα τὸν βότρυν,

Δείκνυσιν ὅτι προκοπὴν οὐκ ἔφθασε τελείαν.
Εἰθ' ὥσπερ ὑπαυξάνουσα τοῦ κυπρισμοῦ τὸ κάλλος,
Οὕτως, φησὶ, κυπρίζει μοι Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος,
Ὥσπερ κυπρίζουσι τερπνῶς ἐν τῷ Γαδδὶ τῷ τόπῳ
Οἱ τῶν ἀμπέλων βότρυες εὐώδεις πεφυκότες·
Γῆ γὰρ, ὡς φασι, τοῦ Γαδδὶ ἀμπελοτρόφος οὖσα,
Γῆν πᾶσαν ὑπερήλασεν εἰς τὴν ἡδυβοτρύαν.
Τῆς γοῦν ἁγνῆς καὶ καθαρᾶς ψυχῆς εἰποὺσης τάδε,
Ὁ λόγος ἀποκρίνεται λέγων ταῦτα·

Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ καλή· οἱ ὀφθαλμοί σου, περιστεραί.

Ὥσπερ οἱ χρυσογνώμονες, οὓς φασι χρυσοχόους, Ἂν τὸν χρυσὸν θελήσωσι τὸν κεκιβδηλωμένον, Λαμπρότερον ἐργάσασθαι καὶ καθαρὸν ἐξόχως, Πολλάκις βάλλουσιν αὐτὸν ἐν τοῖς χωνευτηρίοις Τοῦτον τὸν τρόπον δείκνυσι τὴν νύμφην νῦν ὁ λόγος, B Ὁ τῶν ψυχῶν θεραπευτὴς τῶν μεμελανωμένων· Ἵππῳ γὰρ ταύτην πρότερον τῷ λόγῳ παρεικάσας, Καὶ δείξας ἔτι χαμερπῆ τυγχάνειν τὴν παρθένον, Πρὸς ἀρετὴν ἠρέθισε ταύτην ὑψηλοτέραν. Ἡ δὲ προκόψασα τρανῶς ταῖς χάρισι τῶν φίλων, Γίνεται θρόνος πύρινος τοῦ πάντων Βασιλέως. Ἀλλ' ἔτι πάλιν φθάνουσα ταῖς ἀρεταῖς εἰς ὕψος, Καὶ πάλιν προσεγγίσασα τῷ καθαρῷ νυμφίῳ, Λαμπρῶς ἐγκωμιάζεται καὶ παρὰ τοῦ νυμφίου. Ἰδοὺ γὰρ εἶ καλὴ, φησὶν, ἡ πλησίον μου. Εἶτα διπλοῦς τὸν ἔπαινον τοῦ κάλλους ἐπιφέρων [πάλιν,

Ἰδοὺ, φησὶ, καλὴ τυγχάνεις, ὦ παρθένε. Ἔχεις γὰρ ὄμματα τερπνὰ περιστερᾶς παρθένου, Ὁπόταν σου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπέστρεψας τῆς πλάνης, Καὶ πρὸς ἐμὲ τὸν πλαστουργὸν τὸν σὸν ἐνατενίζεις, C Περιστερᾶς δὲ μέμνηται νῦν ὀφθαλμοὺς ὁ λόγος, Τὸ καθαρὸν τοῦ βλέμματος σημαίνων τῆς παρθένου. Καὶ γὰρ τοσοῦτον καθαρὸν ἔσχεν ἐκείνη βλέμμα, Ὥστε κατεῖδε καθαρῶς τὸν κάλλιστον νυμφίον.

Τῶν γ' Ἁτέρων.

Οὕτω τοίνυν τὴν νύμφην ὁ νυμφίος ὁρῶν κατὰ πρᾶξιν μὲν καθαρὰν, κατὰ θεωρίαν δὲ πεφωτισμένην, φησὶ πρὸς αὐτήν· Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλὴ· ὀφθαλμοί σου, περιστεραί. Ἤγουν, Ἰδοὺ ὑπάρχεις ὡραία κατὰ μετοχὴν τῆς ἐμῆς ὡραιότητος, ὡς τὸ διὰ τὴν πρώτην ἀπιστίαν αἰσχος ἀποβαλομένη, καὶ ἐγγίσασά μοι κατ' ἀρετὴν ἐν τῷ μιμήσασθαι τοὺς ἐμοὺς μιμητὰς ἀποστόλους. Ἰδοὺ ὑπάρχεις ὡραία ὡς παρὰ τῶν ἀγγέλων μου τὰς ἐν τῷ παντὶ διδαχθεῖσα ἐμφάσεις μου, κἀντεῦθεν D ὡραϊσθεῖσα καὶ κατὰ γνῶσιν, ἐπειδήπερ οἱ νοεροὶ ὀφθαλμοί σου πνευματικοὶ, ἐν τῷ μὴ ἀπατᾶσθαι τοῖς ἐν αἰσθήσεσι τερπνοῖς, ἀλλ' ὡς ἐν ἐσόπτροις τούτοις τὰ κεκρυμμένα διορᾷν νοητὰ κάλλη.

Τῶν γ' Ἁτέρων.

Πρὸς ταῦτα δὲ ἡ νύμφη, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ νυμφίου μεμαρτύρηται πνευματικοὺς ἔχειν ἀφθαλμοὺς, κἀντεῦθεν μὴ ἀπατωμένους· ἀλλὰ τὸ κυρίως καλὸν, ὅθεν ἡ ὡραιότης αὐτῇ γέγονε κατὰ μετοχὴν, γνωρίζοντας, τάδε φησίν· Ἰδοὺ εἶ καλὸς. ἀδελφιδοῦς μου δηλονότι, Σὺ μόνος ἂν δικαίως λέγοιο καλὸς ὁ ἀγαπητός μου, οὗ κατὰ μετοχὴν καλὰ τὰ καλά· καίγε

A botri jucunde florent in Gaddi : quæ quidem regio vitibus abundans uvæ suavitate cæteris omnibus antecellit. Hæc anima casta et pura cum dixisset, sponsus respondet ita sponsam alloquens :

Ecce pulchra es, propinqua mea, ecce pulchra es : oculi tui, columbæ.

Quemadmodum qui aurum tractant et elaborant, quos aurifices appellamus, si aurum adulteratum velint expurgare, et purius atque splendidius reddere, sæpius illud in fornaces conjiciunt : sic animas quæ nigredinem contraxerunt, curat expolitque Deus. Cum enim prius sponsam equæ comparasset, ostendissetque eam adhuc humi repere, virginem ad hanc sublimiorem virtutem incitavit : illa autem amicorum officiis vere proficiens, fit ignea sedes Regis universorum. Deinde virtutibus rursum altius provecta, atque iterum ad purum sponsum appropinquans, ab eo præclare commendatur *Ecce enim*, inquit, *pulchra es, propinqua mea ;* et pulchritudinis laudem ingeminans, *ecce*, inquit, *pulchra es*, o virgo. Jucundi enim es oculis prædita columbæ virginis, cum oculos tuos ab errore averteris, et eos in me Creatorem tuum intenderis. Columbæ autem oculos memorat, ut purum virginis obtutum significet. Tam mundos enim oculos habet, ut puriter pulcherrimum sponsum aspiciat.

Trium Patrum.

Sic igitur sponsam actionis puritate præstantem, et contemplationis luce splendentem sponsus aspiciens alloquitur *: Ecce pulchra es, propinqua mea : ecce pulchra es : oculi tui, columbæ.* En formosa exsistis ; quia particeps es pulchritudinis meæ : quoniam pristinæ incredulitatis turpitudinem abjecisti, et, imitatores meos apostolos imitando, ad me per virtutem appropinquasti. Ecce decora es, quippe quæ ab angelis meis species tuas quæ in mundo sunt, didicisti, atque ita cognitione etiam et scientia es exornata. Mentis enim oculi tui spiritales rebus sensui jucundis minime decipiuntur, sed in iis tanquam in speculo reconditas pulchritudines intelligibiles contemplantur.

Trium Patrum.

Ad hæc sponsa, cum testimonio sponsi spiritales habeat oculos qui decipi nequeant, sed quod vere pulchrum est, unde ipsa quoque fit pulchritudinis particeps, conspiciant : Ecce ; inquit, es pulcher, sponse mi. Tu solus videlicet, jure pulcher dici potes, dilecte mi, cujus partipatione pulchra sunt pulchra. Pulcher, inquam, inaccessa naturæ pul-

chritudine. Sic igitur pulcher, ad lectum nostrum umbrosus, in natura nostra nimirum, in qua tanquam in lecto quiescens tu Dei et Patris lucidissimus et sine umbra radius, per umbram aspiceris, tanquam in imagine exemplar. Quoniam et domus tua nos, Ecclesia nimirum quæ in te credit, sumus *Tigna nostra, cedri :* hoc est, pietatis et religionis dogmata quæ tanquam tigna domum, hoc est, fidelium Ecclesiam continent, et quasi cedri, fortiter constituta solida in Christum fide innituntur : neque Ecclesiam assiduis hæresum et tentationum motibus, veluti variis vehementium imbrium atque ventorum incursibus oppugnatam labefactari ac ruere patiuntur. *Laquearia nostra, cupressi.* Laquearia variam recti continent pulchritudinem, quæ constat ex concinna et fabrefacta contignatione tabularum ; quæ quidem si ex cupresso confectæ sint, tum bene olent, tum putredinem non admittunt. His virtutes sunt similes, quibus perturbationum et vitiorum corruptionis expertibus exornatur Ecclesia : earumque fragrantia spiritali conspergunturqui *animæ sensus habent exercitatos* [10].

Pselli.

Sponsam purus sponsus laudavit : quem nunc vicissim sponsa commendat,

Ecce, inquiens, *pulcher es, nepos meus* ; natura, inquam, es pulcher : *Ecce formosus es ac plane decorus et tu, sponse mi.*

Ac quemadmodum gemina ille laude sponsam extulit : sic illa duplici laude sponsum effert. Pulcher, inquiens, es, sponse, atque formosus. Nepotem autem sponsa Dominum appellat, eam innuens partem ipsius per quam illi propinqua est quæ pertinet ad humanitatem, quam quidem infra planius explicabit : sponsum enim sponsa vicissim laudans, sic ad eum statim dicit : Ad lectum nostrum umbrosus.

Ad infimum, inquit, lectum nostrum sic accessisti, ut dedita opera divinitatis fulgorem obumbrares. Nisi eam tu iis rationibus quæ tibi soli cognitæ sunt, abscondisses, divino splendore forte consumpti essemus. Quod quidem totum, Verbo divinitatem celante, factum est. Cum enim amici qui sponsam deducebant, ut supra declaravimus, ex argentea auream reddidissent, et tanquam lectulum regium purpura ornatum instruxissent ; in eo Rex accubuit. Itaque sponsa admirabunda sic eum alloquitur : Ad lectum nostrum, umbrosus, ut libuit, accessisti. Verum, quæ deinceps in Canticis sequuntur, audiamus. Pergit enim adhuc sponsa sponsum alloqui, Tigna, inquiens, nostra, cedri : laquearia, cupressi. Quando nunc ad nos, o sponse, venisti, nullos amplius horrendos imbres, nullos torrentium impetus, nullos

[10] Hebr. v, 14.

ὡραῖος τῷ ἀπροσίτῳ κάλλει τῆς οὐσίας. Ὁ γοῦν οὕτως ὡραῖος πρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιος, ἤτοι ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἐφ' ᾗ ὡς ἐπὶ κλίνῃ ἀναπαύῃ ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁλολαμπὴς καὶ ἄσκιος ἀκτίς, σκιωδῶς ὁρᾷ ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἰκητήριόν σου ἡμεῖς, ἡ πιστεύσασα εἰς σὲ Ἐκκλησία, ἐσμὲν, Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· ἤγουν, τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα, ἃ δίκην δοκῶν συνεχουσῶν οἰκίαν, τὴν τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαν συνέχουσιν, καὶ οἵαπερ κέδροι ἐδραίως ἐρριζωμένοι τῇ εἰς Χριστὸν στερρᾷ πίστει ἡδραίωνται· καὶ ταῖς προσβαλλούσαις τῇ Ἐκκλησίᾳ δίκην σφοδρῶν ὑετῶν καὶ ἀνέμων συχναῖς ἐπαγωγαῖς τῶν διαφόρων αἱρέσεών τε καὶ πειρασμῶν, οὐκ ἐῶσι ταύτην καταπεσεῖν. Φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι· φατνώματα δέ εἰσι διαποικίλλουσά τις τὸ τῆς ὀροφῆς κάλλος ἐναρμόνιος καὶ γλυφώδης πῆξις σανίδων· αἵπερ ἐὰν ὦσιν ἐκ κυπαρίσσων, τὸ εὔπνουν ἔχουσι, καὶ σηπεδόνος σχεδὸν εἴσιν ἀπαράδεκτοι. Ὧν δίκην αἱ ἀρεταὶ τὴν Ἐκκλησίαν καθωραΐζουσι, καὶ τῆς τῶν παθῶν σηπεδόνος εἰσὶν ἀπαράδεκτοι· καὶ εὐωδίαν πνευματικὴν ἀφιᾶσι τοῖς γεγυμνασμένοις τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια.

Ψελλοῦ.

Τὴν νύμφην ἐπαινέσαντος τοῦ καθαροῦ νυμφίου
Ἀνταποκρίνεται λοιπὸν κἀκείνη τὸν νυμφίον,
Ἰδοὺ καλὸς καί γε ὡραῖος ἀδελφιδός μου· φημὶ δὲ φύσει ὡραῖος. Ἰδοὺ καλὸς καὶ σὺ τυγχάνεις, ὦ νυμφίε.
Ὥσπερ δ' ἐκεῖνος εἴρηκε διπλοῦς αὐτῇ ἐπαίνους,
Οὕτω διπλοῦς ἀντείρηκεν ἐκείνη τοὺς ἐπαίνους,
Καλὸς, εἰποῦσα, πέφυκας, ὦ νυμφίε, καὶ ὡραῖος.
Ἀδελφιδοῦν δ' ὠνόμασεν ἡ νύμφη τὸν Δεσπότην,
Τὴν ἀπὸ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώ-[πους
Αἰνιττομένη προφανῶς συγγενικὴν μερίδα·
Ἵν μάλιστα πλατύτερον κάτωθεν διδαχθήσῃ.
Ἀντεπαινέσασα καὶ γὰρ ἡ νύμφη τὸν νυμφίον, φησὶ, καὶ ταῦτα παρευθὺς πρὸς τὸν αὐτὸν νυμφίον· Ἱρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιος.
Ἦλθες, φησὶ, πρὸς τὴν ἡμῶν ἀσθενεστάτην κλί-[νην,
Τὴν ἀστραπὴν τὴν θεϊκὴν ἐντέχνως συσκιάσας.
Εἰ μὴ γὰρ ἔκρυψας αὐτὴν οἷς οἶδας τρόποις μόνος,
Τάχ' ἂν κατηναλώθημεν ἐξ ἀστραπῆς τῆς θείας·
Ὅλον δὲ τοῦτο πέφυκε τοῦ Λόγου τὸ κρυψίνουν.
Ἐπεὶ γὰρ οἱ νυμφαγωγοὶ καὶ φίλοι τοῦ νυμφίου,
Ὡς ἄνωθεν εἰρήκαμεν τὸν λόγον περὶ τούτου,
Ὑπαργυρίζουσαν αὐτὴν ἐχρύσωσαν τοῖς τρόποις,
Καὶ κλίνην ἀπειργάσαντο βασιλικὴν πορφύραν·
Ἐπανεκλίθη τοιγαροῦν ὁ Βασιλεὺς ἐν ταύτῃ.
Λοιπὸν ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν ἐκθαμβουμένη λέγει·
Πρὸς κλίνην ἦλθες σύσκιος ἡμῖν ὡς ἠβουλήθης.
Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς Ἀσμάτων.
Φησὶ γὰρ ἔτι πρὸς αὐτὸν ἡ νύμφη τὸν νυμφίον·
Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι, φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.
Ἐπεὶ, φησὶν, ἐλήλυθας νῦν πρὸς ἡμᾶς, νυμφίε,

Οὐκέτι δεδιστόμεθα βροχάς τινας ῥαγδαίας,
Οὔτε κινήσεις ποταμῶν τῶν πονηρῶν ῥευμάτων,
Ἀλλ' οὐδὲ πνεύσεις τοῦ βορρᾶ πνεύματος ἐναντίου.
Ἐμὲ γὰρ ἦν εὐδόκησας εἶναί σου κατοικίαν,
Καλῶς ἐπῳκοδόμησας ἐν σεαυτῷ, νυμφίε,
Ὁ λίθος ὄντως ὁ τερπνὸς καὶ τῆς ζωῆς ἡ πέτρα.
Ὅθεν δοκῶμεν τοὺς δοκοὺς ἡμῶν κεδρίνους εἶναι,
Καὶ πάλιν τὰ φατνώματα δένδρων ἐκ κυπαρίσσων.
Ἐπεὶ γοῦν ἐμνημόνευσεν ἐνθάδε κατοικίας,
Καὶ φατνωμάτων καὶ δοκῶν οὐκ εἴασε μνησθῆναι·
Σὺ δέ μοι τὰ φατνώματα καὶ τοὺς δοκοὺς ἀκούων,
Καὶ ἀρετὰς ἐννόησον τυγχάνειν ταῦτα πάντα·
Ἐν αἷς ἐλθὼν ἐστέγασεν αὐτὴν ὁ θεῖος Λόγος,
Καὶ πειρασμῶν ἀνένδεκτον εἰργάσατο τελείως.
Ἀνέμους τοίνυν καὶ βροχὰς ἢ ποταμοὺς ἀκούων,
Δαιμόνων ταῦτα πειρασμοὺς γίνωσκε πεφυκέναι.

Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου. κρίνον κοιλωμάτων.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἤτοι, Ἐγὼ ἡ ἐξ Ἰσραὴλ καὶ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, κατὰ μὲν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς νόμῳ καὶ προφήταις ἀπιστίας καὶ κακίας προκαθαρθέντας, κάντεῦθεν δίκην πεδίου προομαλισθέντας, καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ τοῦ καλοῦ ἀφεστηκότας. ἤνθησα τῇ ἀρετῇ, τὸν ὄμβρον γνωστικῶς δεξαμένη τὸν ἐπουράνιον· κατὰ δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὡς διὰ τὴν πρώτην ἀπιστίαν τῆς φυσικῆς ὁμαλότητος στερηθέντας, καὶ τῷ χειμῶνι τῶν παθῶν κοιλανθέντας· οἷάπερ κρίνον ἀπὸ τοῦ κοίλου πρὸς τὸ ὑψηλὸν ἀναθάλλον, καὶ ἐφ' ἱκανὸν ἐκ τῆς ῥίζης καλαμοειδῶς ἀνατρέχον, ὡς ἂν μὴ κρύπτοιτο τοῖς κοιλώμασιν, ἀλλὰ τὸ κάλλος τούτου ἐν μετεώρῳ ὁρῷτο, τῇ εἰς Χριστὸν πίστει ἐρίζωμαι, καὶ διὰ καθάρσεως, τῆς τῶν παθῶν ὑπεξανέστην συγχύσεως, καὶ ἐπὶ τῷ ὕψει τῆς γνωστικῆς θεωρίας τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς καθωραΐσμαι.

Ψελλοῦ.

Καιρὸς λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς ἀκοῦσαι ταύτης λόγων. Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν ὥσπερ ἐγκαυχωμένη·

Ἐγὼ δὲ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.

Ὑπέρευγε τῆς προκοπῆς τῆς καθαρᾶς παρθένου!
Ἰδοὺ γὰρ. ἔγνω ἑαυτὴν τοῦ ξύμπαντος πεδίου
Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἄνθος ἐκλελεγμένον,
Εἶτα καὶ κρίνον καθεξῆς ἐκ των κοιλάδων θεῖον·
Μυρίζει γὰρ ὡς ἀληθῶς πᾶσα ψυχὴ τοῖς τρόποις,
Ταῖς ἀρεταῖς ἀνθήσασα καὶ καθωραϊσθεῖσα.
Καὶ μὴ μερίμναις κοσμικαῖς ὅλως ἀποπνιγεῖσα.
Καὶ μάρτυς τούτου πέφυκε Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος,
Προσμαρτυρῶν ὡς ἀληθῶς τῷ λόγῳ τῷ τῆς νύμφης.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν, ὡς καθ' εἱρμὸν εὑρήσεις·

Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτω ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων.

Ὀρθῶς, φησὶ, λελάληκας περὶ σαυτῆς, ὦ νύμφη·
Οὕτως γὰρ μέσον τῶν ψυχῶν τῶν δῆθεν θυγατέρων,
Τῶν ἐν μερίμναις πάντοτε συγκαταπνιγομένων,
Σὺ μόνη νῦν ἐξήνθησας ὥσπερ ἡδύπνουν ῥόδον
Καλεῖ δὲ ταύτην ἀδελφὴν ὁ Λόγος καὶ νυμφίος,

A furentis Boreæ flatus extimescimus. Me enim quam tibi domicilium esse voluisti, præclare in te, sponse, exædificasti, qui vere lapis es pulcher et vitæ petra. Cedrina sunt tigna nostra, cupressina laquearia. Quoniam hic domus est facta mentio, de tignis etiam et laquearibus loquitur. Quæ quidem omnia tu pro virtutibus accipe, quibus eam Verbum adveniens, adversus ventos et imbres et flumina, id est, contra lentationes communivit.

B

Ego flos campi, lilium convallium.

Trium Patrum.

Ego quidem Ecclesia ex Israelitis et ex gentibus congregata; quantum pertinet ad Israelitas, qui per legem et prophetas ab incredulitate et malitia ante purgati, atque instar campi exæquati, haud ita multum ab honesto distabant, pluvia cœlestis cognitionis irrigata, virtutibus florui: quantum autem attinet ad gentes, qui per infidelitatem naturali æqualitate privati, et vitiorum turbine depressi erant: veluti lilium ex imo in sublime consurgens, et ab radice ad idoneam magnitudinem per calamum ascendens, ne vallium profunditate abscondatur, sed excelsam pulchritudinem C suam præferat, fide in Christum innitor, et per purgationem ex confusione vitiorum emersi, atque in contemplationis fastigio, virtutum decore sum exornata.

Pselli.

Tempus jam est, ut quæ deinceps sponsa dicit, audiamus. Sic enim dicit ad eum velut gloriabunda:

Ego autem flos campi: lilium convallium.

O præclaram puræ Virginis progressionem! Ecce enim te ipsam cum eximium totius campi, naturæ humanæ florem, tum divinum convallium lilium agnovisti. Omnis enim profecto anima vitæ probitate ac virtutibus florens atque excel- D lens, nec mundi sollicitudinibus ullo modo suffocata, redolet. Cujus quidem rei testis est Christus ac sponsus; qui sponsæ sermonem, ut ordine invenies, ita confirmat:

Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum.

Recte, inquit, de te locuta es, sponsa. Sic enim inter animas, quæ curarum et sollicitudinum spinis suffocantur, ut odorifera rosa floruisti. Hanc autem sororem Verbum ac sponsus vocat, quoniam divinæ obtemperat voluntati. Eos enim in Evange-

liis, fratres et propinquos et amicos appellat, qui Patris sui voluntati parent.

Trium Patrum.

Itaque sponsus lilio sponsam similem dicit, ut quæ vitæ spinis non suffocetur:

Sicut lilium, inquit, *inter spinas, ita propinqua mea inter filias.* Et hanc quidem lilio comparat, quoniam eorum quæ ad victum pertinent, nulla premitur sollicitudine, sed rebus obviis satisfacit corporis necessitati. Quod etiam in Evangeliis docens: *De vestimento*, inquit, *quid solliciti estis? considerate lilia agri, quo modo crescunt; non laborant, neque nent* [11]. Ostendit, eos qui tranquillam et frugalem vivendi rationem propter regnum cœlorum complectuntur, liliis esse similes, quæ naturalis gloriæ nitore Salomonis purpuram superant. Animas vero carnis voluptatibus effeminatas, ac propterea diaboli filias, ut in Evangeliis rursum declarat (*Vos*, inquiens, *ex patre diabolo estis* [12]), spinis assimilat, quia omnem curam et sollicitudinem in eas conferunt res quæ ad vitam hanc spectant, ut undique voluptatum materiam aucupentur. Cum enim omnem suam spem, non in eo qui sapientia sua cuncta moderatur et rebus omnibus consulit, sed in se ipsis sitam habeant, terrenis sollicitudinibus suffocantur, nec perfectum fructum ferunt.

Trium sanctorum Patrum.

Quoniam per totum hoc drama sponsus et sponsa mutuis cantibus se vicissim celebrant, assiduis amoris significationibus ostendentes, alterum alterius ardere desiderio: ita rursus sponsa sponsum alloquitur: *Sicut pomum inter ligna silvæ, sic nepos meus inter filios.* Certe sicut pomum, tum specie decora, tum odore suavi, tum gustu dulci, ac propterea hominibus ad edendum utili, ter arbores hujus qualitatis expertes excellit, in silva quæ nemorosa est, et fructum ad vescendum non hominibus, sed bestiis idoneum suppeditat; sic dilectus meus inter hominum filios præstat. Pulchritudine enim *speciosus est inter filios hominum* [13], non solum ut Dei Filius unigenitus et Verbum, verum etiam ut inter homines solus sine peccato. Odore autem jucundo fragrans propter spiritalia gratiarum munera quæ in se credentibus dilargitur, ex quibus sensum ipsius percipimus. Gustu vero suavis est: *Gustate*, enim, inquit, *et videte, quoniam suavis est Dominus* [14]. Nam mellis dulcedo illis solum qui gustaverunt, cognita est. Quamobrem et hominum cibus est, qui vitam eis tribuit spiritalem. At cæteri hominum filii, quia omnes peccaverunt et divina gloria privati sunt, ad silvæ similitudinem luxuriant, et belluinis voluptatibus nutriuntur. Idcirco, *in umbra*, inquit, *ejus cupivi et sedi.* Umbra omnino Christi, est Christiana respublica, in qua qui desi-

Ὡς ἐκπληρώσασαν καλῶς τὸ θέλημα τὸ θεῖον.
Ὁ λέγων γὰρ αὐτός ἐστιν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις.
Ἐκείνους ἔχειν ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους,
Τοὺς πληρωτὰς τῶν Πατρικῶν ἐκείνου κελευσμάτων.

Τῶν γ' Πατέρων,

Ὅθεν ὁ νυμφίος κρίνῳ παρεικάζων τὴν νύμφην, ὡς μὴ συμπνιγομένην ταῖς τοῦ βίου ἀκάνθαις, φησί.

Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων. Καὶ ταύτην μὲν κρίνῳ παρομοιοῖ, διὰ τὸ μηδ' ὅλως ποτὲ τὴν ὑπὲρ τῶν βιωτικῶν μόριμναν ἀναδέχεσθαι, ἀλλ' ὀφροντίστως τοῖς παρατυχοῦσιν ἐκπληροῦν τὴν τοῦ σώματος χρείαν. Ὅπερ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις διδάσκων λέγει· Περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ οὐδὲ νήθει· δεικνὺς, ὅτι οἱ τὴν ἀπαλαίπωρον καὶ αὐτοσχέδιον διαγωγὴν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἑλόμενοι, παραπλήσιοί εἰσι κρίνεις ἀμφιεννυμένοις ἀπόνως τὴν τῆς ἀλουργίδος τοῦ Σολομῶντος ἐνδοξοτέραν φυσικὴν δόξαν· τὰς δὲ ἐκθηλυνομένας ψυχὰς ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς, καὶ διὰ τοῦτο θυγατέρας τοῦ διαβόλου (ὡς πάλιν φησὶν ἐν Εὐαγγελίοις, ὅτι Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστὲ), ἀκάνθαις παρεικάζει, διὰ τὸ πᾶσαν τὴν μέριμναν περὶ τὰ βιωτικὰ ἠσχοληκέναι, ἵν' εὐπορῶσι τῆς ὕλης τῶν ἡδονῶν· αἳ οὐχὶ τῷ τῶν ὅλων προνοητῇ πιστεύουσιν ἑαυτὰς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἑαυταῖς· καὶ διὰ τοῦτο ταῖς τῶν προσκαίρων φροντίσι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσιν.

Σῶν ἁγίων γ' Πατέρων.

Ἐπεὶ δὲ διὰ παντὸς τοῦ δράματος, ὥσπερ ἐναντιοφθόγγοις μελῳδίαις ὁ νυμφίος τε καὶ ἡ νύμφη ἀντευφημοῦσιν ἀλλήλους, ἐνδεικνύμενοι ταῖς συνεχέσι φιλοφροσύναις τὸν πρὸς ἀλλήλους πόθον· τάδε πάλιν ἀντιφθέγγεται πρὸς τὸν νυμφίον ἡ νύμφη· Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν. Ἤτοι, Καθάπερ μῆλον τὴν ὥραν μὲν εὐπρεπὲς, εὐῶδες δὲ τὴν ὀσμὴν καὶ τὴν γεῦσιν γλυκὺ, κάντεῦθεν χρήσιμον πρὸς ἐδωδὴν λογικοῖς, ἐν τοῖς τούτου ἑστερημένοις ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, ὃς ὑλώδης τέ ἐστι καὶ καρπὸν φέρει ἀλόγοις πρὸς βρῶσιν καὶ οὐ λογικοῖς ἐπιτήδειον· οὕτως ὁ ἀγαπητός μου ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς. Κάλλει μὲν γὰρ ὡραίος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὐ μόνον ὡς Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀναμάρτητος μόνος. Εὐώδης δὲ ταῖς πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας μεταδόσεσι τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος, δι' ὧν τούτου ἐν αἰσθήσει γινόμεθα. Τὴν δὲ γεῦσιν γλυχύς· Γεύσασθε γὰρ, φησὶ, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Ἐπειδὴ γλυκύτης μέλιτος οὐ τοῖς μὴ γευσαμένοις, ἀλλὰ τοῖς γευσαμένοις γνωστή. Ὅθεν καὶ τροφή ἐστι λογικῶν, ζωὴν πνευματικὴν τούτοις διδούς. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων υἱοὶ, ἐπειδὴ πάντες ἥμαρτον καὶ τῆς θείας δόξης ἐστέρηνται, δίκην δρυμοῦ τῇ σχέσει τῶν παρόντων ὑλομανοῦσι· καὶ διὰ τῶν παθῶν τῶν ἀλόγων ἑαυτοὺς ἐκτρέφουσιν. Διό φησιν. Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπε-

[11] Matth. VI, 28. [12] Joan. VIII, 44. [13] Psal. XLIV, 3. [14] Psal. XXXIII, 9.

θύμησα καὶ ἐκάθισα· σκιὰ δὲ πάντως Χριστοῦ ἡ Χριστοειδὴς πολιτεία, ἐφ' ἧς ὁ διὰ πόθου ἱδρυνθεὶς τῷ καύσωνι τῶν παθῶν τὸ συγκαίεται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς σκέπεται. Καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου· καρπὸς δὲ τούτου ἐστὶν ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος. Ὅς ἐστι κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, καὶ τὰ λοιπά· οὗ τῆς γλυκύτητος ἐν αἰσθήσει ὑπάρχουσι οἱ κατὰ πεῖραν τούτου τρεφόμενοι. Οὐδὲν γὰρ χαρᾶς πνευματικῆς ἀπαθείας τε καὶ ἀγάπης γλυκύτερον. Λάρυγξ δὲ τῆς γλυκύτητος τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ αἰσθανόμενος, εἴη ἂν ἡ λογικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς· ἐπειδήπερ ταύτης χωρὶς οὐ προφέρεται λόγος· ὥσπερ οὔτε βρώματα λάρυγγος ἄνευ.

derio est confirmatus, cupidinum æstu non comburitur, sed sub ea protegitur. *Et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Fructus autem ipsius, est fructus spiritus, qui est, ut magnus inquit Paulus, *gaudium, pax, longanimitas, bonitas* [15], et cætera. Cujus dulcedinem sentiunt illi qui experiuntur : nihil enim gaudio spirituali et tranquillitate et charitate dulcius. At guttur quod fructus spiritalis dulcedine fruitur, est vis animæ ratione prædita, sine qua Verbum non admovetur : quemadmodum nec cibus sine gutture.

Ψελλοῦ.

Τούτων ὡς δ' ἤκουσε λοιπὸν ἡ νύμφη τῶν ἐπαίνων,
Ἀντιτεχνάζεταί τινας ἐπαίνους τῷ νυμφίῳ.
Λέγει γὰρ λέξεσιν αὐταῖς τάδε πρὸς τὸν Δεσπότην·
Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ,
Οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν.
Ὥσπερ, ἐν ταῖς ψυχαῖς ἁπάσαις τῶν ἀνθρώπων,
Ἃς θυγατέρας εἴρηκας, ὦ Λόγε καὶ νυμφίε,
Ἔγωγε μόνη πέφυκα κρίνον ὥσπερ ἐν φύει·
Οὕτω καὶ σὺ τοὺς οὐρανοὺς ἀῤῥητοτύπως κλίνας,
Καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ὑλώδη βίον,
Καὶ σαρκωθεὶς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν τῷδε τῷ δρυμῶνι,
Ὤφθης ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν τοῦ τῇδε τῶν ἀνθρώπων,
Ὡς μῆλον εὐωδέστατον καὶ γεῦσιν καθηδύνον,
Τίνος δὲ χάριν, ἐρωτᾷς, τὸν Λόγον λέγει μῆλον;
Ὅτι καὶ χάριτας πολλὰς ἔχει καρπὸς τὸ μῆλον.
Καὶ γὰρ ἀποθλιβόμενον παρά τινος, ὡς θέμις,
Τὴν γὰρ ῥύσιν αἱματόμικτον τὴν ὑδαρώδη πέμπει.
Κἀντεῦθεν ὑπαινίττεται κρουνοὺς τοὺς σωτηρίους,
Τοὺς πρὶν πνευρόθεν βλύσαντας τοῦ Λόγου καὶ Σωτῆρος.
Ὡς ἄγαμαι τὴν φρόνησιν τῆς καθαρᾶς παρθένου!
Σοφῶς γὰρ εἴρηκεν αὐτὸν τυγχάνειν ὄντως μῆλον.
Πᾶσα μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη,
Κἂν ἀρεταῖς ὑπεραρθῇ, κἂν πρὸς ἀγγέλους φθάσῃ,
Ἄνθος καὶ μόνον κρίνεται καὶ κρίνον ἐκ κοιλάδων,
Τὸν γεωργὸν οὐ τρέφουσα (βοτάνη γὰρ οὐ τρέφει),
Ἀλλ' ἑαυτὴν λαμπρύνουσα τῷ κάλλει τῆς ἰδέας.
Οὐδὲ γὰρ χρῄζει παρ' ἡμῶν ὁ γεωργὸς κερδαίνειν,
Ὡς πού φησιν ὁ Ψαλμῳδὸς πρὸς τὸν αὐτὸν νυμφίον·
Ὡς ἀγαθῶν σὺ τῶν ἐμῶν οὐδ' ὅλως χρείαν ἔχεις.
Ἀλλ' ὁ Χριστὸς ὁ γεωργὸς ἡμῶν ὁ καὶ νυμφίος,
Ὁ μῆλον ὄντως γεγονὼς ἀπὸ τοῦ σαρκωθῆναι,
Τὰς τρεῖς καὶ πρώτας ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις ἐπευφραίνει,
Τὴν ὅρασιν, τὴν ὄσφρησιν, καὶ μάλιστα τὴν γεῦσιν·
Ὡραῖος γὰρ εἰς ὅρασιν ὡς ἀληθῶς τυγχάνει,
Ὁ πάντων ὡραιότατος τῶν γηγενῶν Δεσπότης,
Καὶ τοὺς ὁρῶντας εἰς αὐτὸν ἐργάζεται φωστῆρας.
Ἡδύς τε πρὸς τὴν ὄσφρησιν ὑπάρχων μύρου πλέον·
Τὸ μέχρι γὰρ τοῦ πώγωνος πρὶν καταβαῖνον μύρον
Τοῦ Ἀαρὼν, αὐτός ἐστιν ὁ καθαρὸς ὁ νυμφίος.

Pselli.

Has laudes sponsa cum audivisset, quibusdam ipsa quoque sponsum laudibus extollit. Dominum enim hisce verbis alloquitur : *Sicut pomum inter ligna silvæ : sic nepos meus inter filios.* Quemadmodum, inquit, inter omnes hominum animas, quas, o Verbum et sponse, filias appellasti, ego sola sum tanquam lilium in germine : sic etiam tu arcana ratione *cœlos inclinans*, et *descendens* [16] super terram in hanc vitam mortalem, et carnem nostram assumens, in hac silva te inter filios hominum conspicuum præbuisti, tanquam pomum suavissimum et gustu jucundissimum. Cur autem Verbum appellat pomum ? Quia multiplici gratia hic fructus est præditus. Etenim si forte a quopiam comprimatur, liquorem sanguineum et aqueum emittit, et proinde innuit fontes illos salutares, qui ex latere Verbi et Salvatoris emanarunt. O puræ Virginis prudentiam admirabilem ! sapienter enim ipsum vere pomum dixit esse. Nam omnis profecto anima humana, licet virtutum præstantia ad angelos accedat, flos tantummodo et lilium convallium judicatur ; (non alens agricolam, neque enim herba alit), sed se ipsam speciei pulchritudine exornans. Etenim lucrum ex nobis non quærit agricola, ut quodam in loco sponsum ipsum alloquens, ostendit David : *Deus* inquit, *meus es tu, quia bonorum meorum non eges* [17]. At Christus agricola sponsusque noster, cum carnem humanam induens, vere pomum evaserit, tres nostros eosque præcipuos sensus oblectat, visum, odoratum atque in primis gustum. Aspectu enim sane quam decorus est : quippe cum sit omnium qui in terra nati sunt [18], speciosissimus, respicientesque se clarissimos reddat. Olfactu autem perjucundus : est enim unguento plenus : imo unguentum ipsum quod descendit in barbam Aaron [19]. Gustatu vero quam suavissimus : gustantibus enim se vitam tribuit immortalem. Nam qui digne manducat corpus ejus, ipse ait, vitam vere æternam possidebit [20]. Ac de proposito hujus carmini hactenus. Ad reliqua Canticorum expli-

[15] Gal. v, 22, 23. [16] Psal. xvii, 10. [17] Psal. xv, 2. [18] Psal. xliv, 3. [19] Psal. cxxxii, 2. [20] Joan. vi, 55.

canda pergamus. Sponsa, de Verbo divino. *In umbra*, inquit, *ejus desideravi et sedi; et fructus dulcis gutturi meo*. Hujus, inquit, admirabilis vitalisque pomi sæpenumero umbram aspicere concupivi, cum ardor tentationum me vehementer exureret. At ecce in ea jam confidens oblector et gaudeo, atque ardorem tentationum declino : quandoquidem me in omnibus mandatis Domini meditantem, Verbum ac sponsus meus dulcissimus divinis suis obumbrans alis, procul avertit tentationum faces. Hæc cum veluti lætabunda protulisset, ad amicos sponsi convertit sermonem suum, hortaturque illos, ut progrediantur, et ad formosum sponsum accurrant. Sed verba ipsius mihi sunt expendenda :

A Γλυκύτατος γὰρ πέφυκε καὶ μάλιστα πρὸς γεῦσιν,
Ὡς τὴν ζωὴν τὸν ἄληκτον διδοὺς τοῖς γευσαμένοις·
Ὁ τρώγων γάρ, φησὶν αὐτός, σῶμα τοὐμὸν ἀξίως,
Αὐτὸς κερδήσει τὴν ζωὴν τὴν ὄντως αἰωνίαν.
Ἀρκοῦσι ταῦτα τῷ σκοπῷ καὶ λόγῳ τῷ τοῦ μέλους,
Τὸ τῶν Ἀσμάτων δὲ λοιπὸν καλῶς ἑρμηνευτέον·
Φησὶν ἡ νύμφη καθεξῆς περὶ τοῦ θείου Λόγου·
Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα.
Καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου.
Τούτου φησὶ τοῦ θαυμαστοῦ καὶ ζωηφόρου μήλου
Πολλάκις ἐπεθύμησά που τὴν σκιὰν προσβλέψαι,
Ὅταν ἡ φλὸξ τῶν πειρασμῶν σφόδρα κατέφλεξέ με.
Ἀλλ' ἰδοὺ νῦν ἐκάθισα, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρω
Καὶ τὸν φλογμὸν ἐξέφυγον τὸν τῶν πειρατηρίων,
Καὶ μελετῶ τὰς ἐντολὰς ἁπάσας τοῦ Κυρίου,
B Ὁπόταν ὁ γλυκύτατος ὁ Λόγος καὶ νυμφίος,
Κατασκιάσῃ καὶ αὐτὴν ταῖς πτέρυξι ταῖς θείαις,
ratione trudente,obliqua figura redditur.Cum enim omne desuper emissum inferiora petat, ignis vero natura habeat ut tendat sursum, pressione cogente ad inferiora tendere, et natura vicissim cogente sursum eniti,nascitur mista quædam veluti et obliqua motio.

92. *De apparentibus in cælo sanguinolentis coloribus et hiatibus.*

Sanguinolenti colores in cœlo conspiciuntur, quando nubes nigra ad latus splendidæ nubis exstiterit,nec minus quando infra splendidam nubem nubes nigricans colligitur.Ac cum quidem ad latus consistit, tunc visum illud contingit per refractionem radiorum.Hiatus vero sive chasmata apparent, quando nigra splendidaque nubes eadem superficie cœli consistunt,ita ut nigra interius stet,splandida exterius. Tunc quippe visus noster splendida magis occupatus nigramque tardius comprehendens, videtur sibi hiatum videre,quod per imaginationem a nigro colore objectam accidit.

93. *De magnitudine solis, lunæ et terræ.*

Sol ad terram ex Aristarchi rei astronomicæ peritissimi sententia majorem rationem habet, quam sexies mille,octingenta et undesexaginta ad septem et viginti. Diameterque solis ad terræ diametrum majorem habet rationem quam undeviginti ad tria. Præterea diameter solis diametro lunæ major plusquam duodeviginti vicibus. Et sol ad lunam majorem habet rationem quam quinquies mille, octingenta et triginta duo ad unum.Hæc non simpliciter ita et sine demonstratione apud astrologos proponuntur, sed geometricis et certissimis demonstrationibus confirmata, de quibus dicere non locus est in præsenti ; itaque tibi, imperator divinissime, propositiones hasce jam sine demonstratione accipere satis fuerit, demonstrationes autem alio tempore a me requires.

94. *De eclipsi solis.*

Proprie nulla est solis eclipsis, neque enim unquam solis lumen obscuratur, sed modo nobis occultatur.Id vero accidit, quando in nodis eclipticis luna perpendiculariter infra solem versatur. Cum enim luna infra nos simus, illa oculis nostris lumen solis occultat ac subducit Cæterum astronomi, corpus lunæ duodecim digitis mensurantes, interdum toti illius corpori, interdum paucioribus digitis radios solis intercipi observant. Quando enim per superiorem apsidem sive partem circuli sui soli propiorem luna fertur, exigua parte eum obumbrare videtur ; cum autem inferiorem transit, siquidem tunc maxima nostris oculis apparet luna, totum obstruit solem.

95. *De eclipsi lunæ.*

Deficit luna quando in umbram terræ incidit. Terra enim a sole illuminata umbram facit non cylindriformem,sive qualis est figura columnæ,sed quæ conum refert. Conus porro sive trochus ex latiore basi in acutum desinit, talisque terræ umbra

A Δοξὴ δὲ γίνεται ἡ κίνησις δι' αἰτίαν ἑτέραν, ὅταν ὑποψύξεως ὠθούσης τὸ σχῆμα γένηται. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ ἄνωθεν ἀκοντιζόμενον κάτω φέρεται, φύσει δὲ ἔχει τὸ πῦρ τὴν ἄνω φορὰν διώκειν, τῆς μὲν θλίψεως ἐπὶ τὰ κάτω βιαζομένης φέρεσθαι, τῆς δὲ φύσεως ἐπὶ τὰ ἄνω ἀναγκαζούσης, οἷον μίξις τις γίνεται καὶ λοξὴ ἡ κίνησις.

ρβ'. Περὶ τῶν φαινομένων ἐν τῷ οὐρανῷ χρωμάτων αἱματωδῶν καὶ χασμάτων.

Φαίνονται αἱματώδη χρώματα δῆθεν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅταν μέγαν νέφος εἰς τὰ πλάγια τοῦ λαμπροῦ τυγχάνῃ· καὶ πάλιν ὅταν νέφος μελάγχρουν ὑποκάτω τοῦ λαμπροῦ συναχθείη. Ἀλλ' εἰ μὲν εἰς τὰ πλάγια εἴη τὸ νέφος, τότε δὴ κατὰ διάκλασιν αὐγῶν γίνεται ἡ ὅρασις. Χάσματα δὲ φαίνεται, ὅταν τὸ μέλαν νέφος καὶ τὸ λαμπρὸν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσιν ἐπιπέδῳ, καὶ τὸ μὲν μέλαν ἔσω συνειστήκει, τὸ δὲ λαμπρὸν ἔξω. Τηνικαῦτα δὲ ἡ ὄψις τοῦ μὲν λαμπροῦ μᾶλλον ἀντιλαμβανομένη, τοῦ δὲ μέλανος βραδύτερον, χάσμα δοκεῖ ὁρᾷν, ὅπερ παρὰ τὴν φαντασίαν τοῦ μέλανος χρώματος γίνεται.

ργ'. Περὶ μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης καὶ γῆς.

Ὁ ἥλιος πρὸς τὴν γῆν κατὰ τὸν ἀστρονομικώτατον Ἀρίσταρχον, μείζονα λόγον ἔχει ἢ ὃν τὰ ἑξακισχίλια ὀκτακόσια πεντήκοντα ἑννέα, πρὸς τὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. Ἡ δὲ διάμετρος αὐτοῦ πρὸς τῆς γῆς διάμετρον, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν τὰ δεκαεννέα πρὸς τὰ τρία. Καὶ αὖθις ἡ τοῦ ἡλίου διάμετρος τῆς διαμέτρου τῆς σελήνης, μείζων ἐστὶν ἢ ὀκτωκαιδεκαπλασίων. Καὶ πάλιν ὁ ἥλιος πρὸς τὴν σελήνην μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν τὰ ,εωλβ' πρὸς ἕν. Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς οὕτως καὶ ἀναποδείκτως παρὰ τοῖς ἀστρολόγοις προτείνεται, ἀλλὰ μετὰ γεωμετρικῶν καὶ ἀναντιῤῥητικῶν ἀποδείξεων. Περὶ ὧν οὐ καιρὸς νῦν λέγειν, ἀλλὰ τὺ, θειότατε βασιλεῦ, τὰ προβλήματα ἀναποδείκτως τε ὡς δεξάμενος, τὰς ἀποδείξεις ὕστερον ἐπιζήτει με.

ρδ'. Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου.

Οὐ κυρίως ἔκλειψις ἐπὶ τοῦ ἡλίου γίνεται. Οὐ γὰρ ἐκλείπει ποτὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς, ἀλλ' ἐπισκότησις. Ἐπισκοτεῖται δὲ, ὅταν ἐν τοῖς ἐκλειπτικοῖς συνδέσμοις κατὰ κάθετον αὐτῷ ἡ σελήνη γένηται. Ὑπὸ ταύτην γὰρ οἰκούντων ἡμῶν, ἐπισκιάζει τοῖς ὄμμασιν ἡμῶν τὸ ἡλιακὸν φῶς. Πλὴν δώδεκα δακτύλοις τὸ σῶμα τῆς σελήνης διαμετροῦντος οἱ ἀστρονόμοι, ἔστι μὲν ὅτε τῷ ὅλῳ τῆς σελήνης σώματι τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἀντιφράττουσιν, ἔστι δὲ ὅτε ἐλάττοσι κτούτων. Ὅτε μὲν γὰρ τὴν ὑψηλοτέραν ἀψῖδα ἡ σελήνη φέρεται καὶ τὴν ἐγγίζουσαν τῷ ἡλίῳ, ὀλίγῳ ὤερει δοκεῖ τοῦτον ἐπισκιάζειν· ὅταν δὲ κατώτερον δίεισιτ,ἐπειδὴ εὐμεγέθης τηνικαῦτα τοῖς ὄμμασιν ἡμῶν ἐμπίπτει, ἅπαντα τὸν ἥλιον ἀντιφράττειν.

με'. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

Ἐκλείπει ἡ σελήνη εἰς τὸ τῆς γῆς ἐμπίπτουσα σκίασμα· φωτιζομένη γὰρ ὀπὸ τοῦ ἡλίου ἡ γῆ, σκιὰν ποιεῖ, ἀλλ' οὐ κυλινδρικὴν, οἷον τὸ τοῦ κίονος ἐστὶ σχῆμα, ἀλλὰ κωνοειδῆ.Κῶνος δὲ ὁ στρόβιλος λέγεται, ὅστις ἀπὸ πλατείας βάσεως εἰς ὀξὺ ἀπολήγει. Τοι-

αὕτη δὲ ἡ τῆς γῆς ἐστι σκιά. Διότι ὅταν τι σῶμα ὑπὸ ἰσομεγέθους φωτίζηται σώματος, κυλινδρικὴ γίνεται ἡ σκιά· ὅταν δὲ ὑπὸ μείζονος, κωνοειδής. Μείζων οὖν ὁ ἥλιος τῆς γῆς ὤν, καὶ φωτίζων αὐτὴν, κωνικὴν ποιεῖ τὴν σκιάν. Ὅταν οὖν εἰς τὸ τῆς γῆς σκίασμα ἡ σελήνη ἐμπέσῃ, ἀμαυρὰ ἡμῖν φαίνεται καὶ οἷον ἐκλείπουσα. Καὶ ὅταν μὲν εἰς τὴν ῥίζαν ἐμπέσῃ τῆς σκιᾶς, τελείως ἐκλείπτει. Ὅταν δὲ εἰς τὴν κορυφὴν, ἀμυδροτέρα, διότι τῆς κωνοειδοῦς σκιᾶς ἡ μὲν βάσις πλατυτέρα, ἡ δὲ κορυφὴ βραχυτέρα.

A est. Nam quando ab æqualis magnitudinis corpore alterum illuminatur, umbra prodit cylindrica, at si a majore, coniformis. Jam major utique est sol tellure, igitur dum eam illuminat, conicam umbram efficit. Quando igitur in terræ umbram incidit luna, obscura fit ac veluti deficiens. Et quando in radicem sive inferiorem umbræ incidit partem, deficit tota. At quando in partem supremam, tunc non tota obscuratur, quandoquidem in coniformi umbra basis latior, fastigium angustius brevisque est.

ιϛ'. Εἰ θερμὸς ὁ ἥλιος.

Πλάτων μὲν ἅπαν τὸ αἰθέριον σῶμα ἐκ πυρὸς καὶ γῆς καὶ τῶν ἑτέρων δύο στοιχείων κατασκευάζων, εἰκότως ἂν εἴπῃ θερμὸν τὸν ἥλιον· Ἀριστοτέλης δὲ ἕτερον παρὰ τὰ στοιχεῖα τὸ τοιοῦτον σῶμα τιθεὶς, οὔτε θερμὸν λέγει τὸν ἥλιον, οὔτ' ἄλλην ποιότητα ἔχοντα. Εἴποι δ' ἂν ἐρωτώμενος, Πῶς μὴ θερμὸς ὢν θερμαίνει; Ὅτι κινούμενος τὸ ὑπέκκαυμα ποιεῖ καὶ τὸν περίγειον ἀέρα, κἀντεῦθεν θερμότητος τῆς ὑποκειμένης καθίσταται αἴτιος. Τοῦ δὲ ὑπεκκαύματος καὶ τὴν φύσιν καὶ τὸ ὄνομα. αὐτὸς πρῶτος ἐφεῦρε καὶ ὠνόμασεν. Ὑπέκκαυμα οὖν λέγει τὴν ἀναπεμπομένην ἀπὸ τῆς γῆς ἀναθυμίασιν θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ οἷον καπνώδη. Αὕτη οὖν ἡ κεπνώδης ἀναθυμίασις μέχρι τῆς σελήνης ἀναγομένη διὰ κουφότητα, εἶτα κινουμένη κατὰ μέρος ἐξάπτει καὶ ὡς πῦρ φαίνεται, κσὶ θερμαίνει τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν. Ὅτι δὲ ἡ κίνησις θερμότητα ποιεῖ, δηλοῦσιν αἱ ἀκίδες τῶν βελῶν· τῇ γὰρ κινήσει λύουσι τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς μόλιβδον.

96. *Num sol sit calidus?*

Plato qui omne cœleste corpus ex igne, terra et duobus cæteris elementis componit, merito solem calidum affirmavit. At Aristoteles aliud præter illa elementa corpus cœlo tribuens, nec calidum esse nec alia tali qualitate præditum affirmat. Quod si dixerit aliquis. Quomodo igitur, si calidus non est, calefacit? respondet, quod dum movetur sol excitat ὑπέκκαυμα, sive fuliginosos vapores, aeremque vicinum terræ, atque inde caloris subjecti est auctor. Ὑπέκκαυμα veluti fomitem flammæ concipiendæ primus dixit et naturam ejus explicavit Aristoteles, intelligens per illam vapores ex terra prodeuntes calidos siccosque ac veluti fuliginosos, qui ad lunam usque propter levitatem suam feruntur, atque moti et agitati ex parte succenduntur, et ignis instar apparent ac subjectam substantiam calefeciunt. Quod vero motus calorem generet, docent vel sagittarum cuspides, siquidem motus celeritate plumbum illis impositum liquefit.

ιζ'. Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων.

Ἁπάντων τῶν ἀστέρων τῶν τέ γε ἀπλανῶν καὶ πλανητῶν κατὰ μὲν Πλάτωνα μία οὐσία, ἡ διαυγεστέρα τῶν στοιχείων μερὶς, καὶ τὸ οἷον ἐξάφρισμα τούτων, κατὰ δὲ Ἀριστοτέλην ἡ ἐπίνοια τοῦ πέμπτου σώματος. Οὐ γὰρ ἐξονομάζει τὴν οὐσίαν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸν πάντα οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἀστέρας ἅπαντας διὰ τὴν διάφορον κίνησιν πρὸς τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα, πέμπτον σῶμα καλεῖ. Τῶν δὲ συμπάντων ἀστέρων, ἑπτὰ μόνον εἰσὶν οἱ πλανῆται, κυρίως δὲ πέντε, ὁ γὰρ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη οὐ πεπλάνηνται, ἀλλ' οἱ πέντε, διὰ τὸ δοκεῖν ἱστᾶσθαι, καὶ ὑποποδίζειν, πλανῆται ὠνομάσθησαν.

97. *Qualis sit astrorum substantia?*

Omnium siderum inerrantium, errantiumque secundum Platonem una substantia est, pars nempe subtilior splendidiorque quatuor elementorum, et illorum veluti despumatio. Aristoteles vero quintum quoddam corpus de illis cogitandum relinquit, neque enim nominat quæ sit stellarum substantia, sed cœlum omne universaque sidera, quia diverso motu quam elementa quatuor prædita sunt, quintum corpus appellat. Ex omnibus porro stellis septem tantummodo sunt planetæ sive errantes, vel proprie quinque tantummodo, sol enim et luna non errant, at illi quinque quia videntur jam stare jam retrogredi, errantes dicti sunt.

ιη'. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως.

Οἱ μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρες ἅπαντες ἑστηριγμένοι ὄντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, καὶ τῷ οὐρανῷ ἀμεταθέτως συγκινούμενοι, ἐπειδήπερ οὗτος ἐξ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς φέρεται, τὴν αὐτὴν καὶ οὗτοι τῷ οὐρανῷ κινοῦνται κίνησιν. Οἱ δὲ πλανῆται διὰ τὴν ἀντίθετον ἀντέρεισιν καὶ ἰσόσταθμον ὑπὸ σοφῆς προνοίν, ἵνα μὴ σύρρηξις ὑπὸ τῶν αὐτῶν καταδρόμων καὶ κυλισμάτων γένηται, κατὰ τὴν ἰδίαν καὶ φυσικὴν κίνησιν ἐκ δύσεως εἰς ἀνατολὴν φέρονται. Κινοῦνται δὲ καὶ ἐξ ἀνατολῶν εἰς δόσιν, ἀλλὰ τῷ οὐρανῷ συμπεριφερόμενοι· ὅθεν ὁ ἥλιος κατὰ μὲν τὴν ἰδίαν κίνησιν, τέσσαρας ὥρας πλῆροι τοῦ ἐνιαυτοῦ, νῦν μὲν βόρειος, νῦν δὲ νότιος κινούμενος· καθὸ δὲ συγ-

B

C

D

Stellæ inerrantes universæ fixæ sunt, ut ait Aristoteles, et sine ulla transpositione una cum cœlo moventur, quod cum ab oriente feratur versus occidentem, eadem et illæ cum cœlo motione circumferuntur. Planetæ vero propter contrarium et æqualem renixum, a sapienti providentia, ne ex consimili cursu et volutione conflictus esset, proprio et naturali motu feruntur ab occidente in orientem. Quamquam et ipsi ex oriente moventur in occidentem, sed una cum cœlo circumagitati: unde sol propria motione quatuor anni tempora implet, jam in septentrione jam in meridionali parte constitutus; prout vero movetur eodem motu

cum cœlo ex oriente in occidentem, dies facit et noctes.

A κινεῖται τῷ οὐρανῷ ἐξ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, ἡμέρας καὶ νύκτας ποιεῖ.

99. *Quales figuræ stellarum?*

Cum multiplices figuræ sint, ut triangulares, quadrangulares, cubicæ, pyramidales aliæque planiformes, pulcherrima est sphærica. Itaque cœlum et stellæ omnes sphærica figura præditæ sunt, quod et ex lunæ illuminationibus perspicuum est. Siquidem illa ob gibbositatem suam non simul tota a sole, sed paulatim crescenti lumine illustratur. Fas certe erat corpore ætheria in pulcherrimam figuram aptari, mentis figuræ æmula. Sicut enim mens in se reflectitur, sic et æterium corpus a mente directum et ad mentem conversum in semet vergit.

ϟθ'. Ποταπὰ τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα.

Πολλῶν ὄντων σχημάτων, τριγώνων, τετραγωνικῶν, κυβικῶν, πυραμοειδῶν καὶ τῶν λοιπῶν εὐθυγραμμικῶν, κάλλιστόν ἐστι τὸ σφαιροειδές. Ὁ τοίνυν οὐρανὸς καὶ σύμπαντες οἱ ἀστέρες τοῦ σφαιρικοῦ σχήματος ὄντα τυγχάνουσι. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης φωτισμῶν. Διὰ γὰρ τὸ κύρτωμα ταύτης οὐκ εὐθὺς ὅλη παρὰ τοῦ ἡλίου φωτίζεται, ἀλλὰ κατὰ τὸ βραχὺ τὴν αὔξησιν δέχεται τοῦ φωτός. Ἔδει γὰρ τὸ αἰθέριον σῶμα τῷ καλλίστῳ τῶν σχημάτων ἀποτορνεύεσθαι. Νοῦ γὰρ μιμεῖται τὸ σχῆμα. Ὥσπερ ὁ νοῦς ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸν, οὕτω δὴ καὶ τὸ αἰθέριον σῶμα συννεύει πρὸς ἑαυτὸ, ὑπὸ νοῦ κυβερνώμενον, καὶ πρὸς

B νοῦν ἐπιστρεφόμενον.

100. De *ordine stellarum.*

Cum in duo genera stellæ dividantur, inerrantium errantiumque, inerrantes planetis altiores sunt, non tamen ipsæ omnes in eadem cœli summitate constitutæ, sed aliæ aliis sublimiores. At septem planetæ sub inerrantibus locum sortitæ sunt, primus quidem Saturnus, post hunc Jupiter, inde Mars, hinc Sol, deinceps Venus, ac sub Venere Mercurius, et postrema Luna. Post illam sequuntur quatuor elementa de quibus dixi. Definita porro singulis planetis tempora suæ cujusque motionis, admirandum inter se concentum sive symphoniam habent.

ρ'. Περὶ τάξεως ἀστέρων.

Εἰς δύο μέρη τῶν ἀστέρων διαιρουμένων, εἰς τὸ ἀπλανὲς καὶ τὸ πλανώμενον, οἱ μὲν ἀπλανεῖς τὴν ὑψηλοτέραν τάξιν τῶν πλανητῶν ἔχουσι, οὐκ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ αἰθερίου σώματος κείμενοι καὶ φερόμενοι, ἀλλ' οἱ μὲν ὑψηλότεροι αὐτῶν εἰσιν, οἱ δὲ ταπεινότεροι. Οἱ δὲ ἑπτὰ πλανῆται μετὰ ἀπλανεῖς τετάχαται, ὧν πρῶτός ἐστιν ὁ τοῦ Κρόνου λεγόμενος ἀστὴρ, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τοῦ Διὸς, καὶ ὑπ' αὐτὸν ὁ τοῦ Ἄρεος, εἶτα ὁ Ἥλιος, μεθ' ὃν Ἀφροδίτη καὶ μετὰ ταύτην Ἑρμῆς, καὶ τελευταῖον ἡ Σελήνη. Μεθ' ἣν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὥσπερ εἰρήκαμεν. Ὡρισμένοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ χρόνοι τῶν κινήσεων, θαυμασίαν τὴν συμφωνίαν ἔχοντες.

101. *Unde lumen habent stellæ?*

Neque inerrantium ulla stellarum, neque planetæ omnes, sed sola luna a sole illuminatur. Igitur et pars ejus lucida semper soli obversa est, neque unquam tota caret luna lumine, sed usquequaque dimidia pars ejus lumine gaudet. Nam in conjunctione sive novilunio gibbus nobis obversus lucis est expers, at superior ut ita dicam calvaria illuminata est. In plenilunio vicissim hemisphærium ad nos vergens totum est lucidum, superius autem illud expers luminis. Inter novilunium vero ac plenilunium pro ratione qua a sole distat, fit nobis vel corniculata, vel dimidiata vel decrescens, aut enim minus quam dimidium ejus illuminatur, aut dimidium, aut plus dimidio.

C

ρα'. Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες;

Οὔτε τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων οὐδεὶς, οὐδὲ πάντες οἱ πλανῆται, ἀλλ' ἡ σελήνη μόνη παρὰ τοῦ ἡλίου φωτίζεται. Διὰ τοῦτο καὶ πεφωτισμένον ἀεὶ μέρος αὐτῆς πρὸς τὸν ἥλιον νένευκεν, οὐκ ἔστι δὲ ὅτι ἀφώτιστος παντάπασίν ἐστιν ἡ σελήνη, ἀλλ' ἀεὶ ἐνδέδυται φῶς ἡμισέληνον. Ἐν μὲν οὖν ταῖς συνόδοις ἀφώτιστον μέν ἐστι τὸ πρὸς ἡμᾶς αὐτῆς κύρτωμα, πεφωτισμένον δὲ τὸ ἄνω φαλάκρωμα. Ἐν δὲ ταῖς πανσελήνοις τὸ μὲν νεῦον πρὸς ἡμᾶς ἡμισφαίριον αὐτῆς ὁλοφαές ἐστι, τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον, φωτὸς ἄμοιρον. Μεταξὺ δὲ τῆς συνόδου καὶ τῆς σανσελήνου κατὰ τὸ μέτρον τῆς πρὸς τὸν ἥλιον διαστάσεως, μηνοειδὴς γίνεται, καὶ διχότομος, καὶ ἀμφίκυρτος, ἢ γὰρ ἔλαττον τοῦ ἡμίσεως φωτίζεται, ἢ κατὰ τὸ ἥμισυ, ἢ κατὰ τὸ πλέον.

102. *De stellarum significatione, et quomodo hiems et æstas fiat?*

Significatio stellæ est, quando oriens vel cum sole exorta ut canis, vel orion, aut acturus, aut alia quædam fixarum, aerem quatuor anni temporibus alterat. Nam et Moyses hoc subinnuit cum ait: *Erunt in signa, et in tempora, et in annos.* Stella siquidem matutino vel vespertino ortu suo aliquam ex aeris affectionibus significat. De æstate vero et hieme atque cæteris anni temporibus sciendum est, quod quando sol nobis est australis, et super capite nostro fertur, facit æstatem; et quando in austrum abit, hiemen facit; quando au-

D

ρβ'. Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν καὶ θέρος;

Ἐπισημασία ἐστὶν, ὅταν ἐπιτέλλων ἀστὴρ καὶ συνανατέλλων τῷ ἡλίῳ ὥσπερ ὁ καλούμενος κύων, καὶ ὠρίων, καὶ ὁ ἀρκτοῦρος, ἢ ἕτερός τις τῶν ἀπλανῶν, ἀλλοιώσῃ τὸν ἀέρα, κατὰ τοὺς τέσσαρας καιροὺς τοῦ ἔτους. Τοῦτο γὰρ Μωϋσῆς ὑπαινίττεται λέγων, Ἔσονται εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἐνιαυτούς. Ἐπισημαίνεται γάρ τι ὁ ἀστὴρ τῶν περὶ τῶν ἀέρα παθῶν, ἐὰν ἐπιτολὴν ἢ ἐσπερίαν ποιούμενος. Περὶ μέντοι γε θέρους ἢ χειμῶνος καὶ τῶν λοιπῶν ὡρῶν ἰστέον, ὡς ὅταν μὲν ὁ ἥλιος βόρειος ἡμῖν γένηται, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς κινοῖτο, θέρος

ποιεῖ· ὅταν δὲ πρὸς νότον ἀπέλθῃ, χειμῶνα ἐρ- A
γάζεται, καὶ ὅταν μὲν κατὰ τὸν κριὸν τὸ ζῴδιον
γένηται, ἰσημερίαν ποιεῖ· ὅταν δὲ κατ' ἄντικρυ
διαπορεύηται τῶν χηλῶν, μετοπώραν καὶ ἰσημερίαν
αὖθις.

ργ'. Πόσος ἑκάστῳ τῶν πλανητῶν ὁ χρόνος τῆς περιοδου ;

Τοῖς πλανηταις πᾶσι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ μεγέθους τῶν σφαιρῶν καὶ τοῦ μέτρου τῶν ἀποστάσέων χρόνους ὡρισμένους ἀφώρισεν ὁ Θεὸς, τῶν κινήσεων. Καὶ ὁ μὲν Κρόνος ἅτε ὑψηλότερος τῶν ἄλλων, καὶ μείζονα κύκλον περιερχόμενος διὰ τριακοντατείας τὴν αὐτοῦ περίοδον ἐκπληροῖ. Ὁ δὲ Ζεὺς εὐθὺς μετ' αὐτὸν ὢν διὰ δωδεκατείας. Ὁ γε Ἄρης διὰ δύο καὶ ἡμίσεως ἐνιαυτῶν. Τῷ δὲ Ἡλίῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ Ἑρμῇ ἰσόδρομος ἡ περίοδος καὶ B
ἐνιαύσιος. Ἡ δὲ Σελήνη διὰ κθ' ἡμερῶν πρὸς τῇ ἡμισείᾳ ἀποκαθίσταται. Εἰ δέ τις μουσικώτερον ἅπτοι τὸν τῶν τοιούτων ἀριθμὸν, τὴν τοῦ Δημιουργοῦ σοφίαν θαυμάσεται πῶς ἅπαντες οἱ τῶν συμφωνιῶν λόγοι ἐν τοῖς τοιούτοις ἐμφαίνονται, ὁ διὰ πασῶν, ὁ διὰ πέντε, καὶ διὰ τεσσάρων.

103. *Quanti temporis periodus singulis planetis sit tributa?*

Singulis planetis Deus tempora definita statuit motionum, secundum proportionem magnitudinis sphærarum, et mensuræ qua distant. Saturnus igitur tanquam cæteris sublimior et majorem describens circulum, triginta annorum spatio periodum suam explet et absolvit. Jupiter ipsi proximus annis duodecim. Mars duobus et dimidio. Soli, Venerique ac Mercurio æqualis periodus unius anni est constituta. Luna undetrigenta diebus et dimidia. Quod si quis musice numeros hosce consideraverit, sapientiam Conditoris mirabitur, siquidem omnes rationes harmonicas in illis observare licet, octavam, quintam quartamque.

ρδ'. Περὶ κομήτου.

Ὁ κομήτης ἐν τῷ ὑπεκκαύματι γίνεται· ὅταν γὰρ ἐξαφθῇ τι μέρος τοῦ ὑπεκκαύματος διὰ τὴν κίνησιν, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ ἡ μὲν λεπτὴ σύστασις εἴη, διατρέχει εὐθὺς τὸ ἐξαφθὲν κατὰ διάδοσιν, καὶ γίνεται ὁ καλούμενος διάττων ἀστήρ. Εἰ δὲ παχυτέρα εὑρεθῇ ἡ ὕλη, κατέχεται ἐκεῖσε τὸ σπέρμα τοῦ ἐξαφθέντος πυρὸς, καὶ ποιεῖ τὸν κομήτην. Εἰσὶ δὲ τῶν κομητῶν τὰ σχήματα διάφορα, διὰ τὴν διάφορον τῆς ὕλης C
ἔξαψιν. Ἡ γὰρ κατὰ μῆκος μόνον ἐστὶν ἡ ἔξαψις, καὶ γίνεται ὁ καλούμενος δοκός· ἢ κατὰ μῆκος καὶ πλάτος, καὶ ἀποτελεῖται ὁ κυρίως καλούμενος κομήτης, ἢ ἐν βάθει ἔχει οἷον ἀποσπινθηρισμούς τινας, καὶ καλεῖται πωγωνίας. Ἔστι δὲ ἕτερα ὀνόματα τῶν κομητῶν περὶ ὧν ἐροῦμεν προϊόντες.

104. *De cometa.*

Cometa generatur ex fuliginosa materia ; quanto enim pars hujus per motum, ut diximus, succenditur, et tenuior illa compages fuerit accensa, statim procurrit ulterius, fitque stella cadens sive quam discurrentem appellant. Si vero materia fuerit crassior, semen ignis succensi ibi continetur, et cometam efficit. Sunt et variæ formæ cometarum propter diversimodam materiæ illius succensionem. Nam quædam in longum modo fit, et vocant trabem, aut in longum et latum, unde proprie dictus cometa nascitur, aut in profundum habet quasdam veluti descintillationes, et vocatur pogonias sive barbatus. Sunt et aliæ cometarum appellationes, quas sermone procedente dicemus.

ρε'. Περὶ ὑετοῦ, καὶ χαλάζης, χιονος, πάχνης καὶ δρόσου.

Κομῆται μὲν καὶ γαλαξίας, ἔτι δὲ δοκίδες καὶ διάττοντες, καὶ τ' ἄλλα τὰ εἰρημένα, ἐν τῇ καπνώδει γίνονται ἀναθυμιάσει· ὑετὸς δὲ καὶ χάλαζα καὶ χιὼν καὶ πάχνη καὶ δρόσος ἐν τῇ ἀτμώδει ἀναφορᾷ, ἥτις μετὰ τὴν καπνώδη διακέχυται ὑγρὰ τὴν φύσιν ἐκ τῆς γῆς, καὶ αὐτὴ ἀναφερομένη. Αὕτη γὰρ ἡ ἀτμώδης ἀναθυμίασις ἡ ὑγρὰ καὶ θερμὴ, ἢ ἀλλοιοῦται καὶ μεταβάλλεται εἰς ὕδωρ, καὶ εἰ μὲν λαμ- D
πρότερον κατέλθοι, ὑετὸν ποιεῖ, εἰ δὲ κατὰ μέρος ἐνεχθῇ, ψεκάδα· ἢ πήγνυται μόνως καὶ ποιεῖ χιόνα, ἢ μεταβάλλεται πρότερον, εἶθ' οὕτως πήγνυται καὶ γίνεται χάλαζα. Εἰ μὲν οὖν ἄνω κουφισθῇ ἡ ἀτμὶς, ταῦτα ποιεῖ. Εἰ δὲ ἐν τῷ περιγείῳ σταίη ἀέρι ἢ πήγνυται, καὶ γίνεται ὁ παγετός. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης αἴτιον τούτων ἁπάντων τὴν ψυξιν λέγει.

105. *De pluvia, grandine, nive, pruina et rore.*

Cometæ quidem et circulus lacteus, trabesque et stellæ cadentes aliaque de quibus jam dixi, ex fuliginosis vaporibus nascuntur. Pluvia autem grandoque, et nix ac pruina et ros ex vaporibus exhalantibus fit natura humidis, effundentibus sese post fuliginosos illos, et ex terra ipsis etiam sursum ascendentibus. Hæ enim exhalationes vaporesque humidi ac calidi aut in aquam vertuntur et mutantur, quæ si conspectior descendat, facit pluviam, si minutatim demittatur, rorem, aut modo concrescunt, faciuntque nivem, aut in aquam prius mutantur ac deinde congelascunt, unde grando nascitur. Hæc fiunt quando levitate elati vapores altius ascenderunt ; si vero in proximo terræ aere subsistant, ibique congelent, generatur pruina Cæterum Aristoteles horum omnium causam statuit esse frigus.

ρς'. Περὶ ἴριδος.

Ἡ ἶρις τὸ καλούμενον τόξον παρὰ τοῖς πολλοῖς, τῇ φύσει μὲν ἀνυπόστατόν ἐστι, καὶ φάντασμα τῆς

106. *De iride.*

Iris quem vulgus arcum vocat, natura non subsistit, sed imaginatio est videntium, dum radii ab

oculis in illam incidunt ac deinde refringuntur atque ita arcus figuram referunt. Vere autem arcum repræsentat iris,nunquam enim circulum, sed semper semicirculo minorem majoremve. Ut plurimum a sole, rarius etiam a luna apparet, et de die frequentius, rarius noctu : sæpius prope horizontem, minus frequenter circa meridianum.Non raro simul duo conspiciuntur irides,estque singulis color triplex. Interior zona puniceum habet, altera viridem, tertia colorem croceum ac veluti subpurpureum, constatque iris inæqualibus et dissimilibus nubibus.

A ὁρώσης ὄψεως, ἀκτίνων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν προσπιπτουσῶν, εἶτα δὴ ἀνακλωμένων, καὶ τὸ τοῦ τόξου σχῆμα ἐμφαινουσῶν· Ἔστι δὲ ὡς ἀληθῶς τόξον ἄντικρυς κατὰ τὸ σχῆμα, οὐδέποτε γὰρ φαίνεται κυκλοτερὲς, ἀλλ' ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἡμικύκλου. Φαίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μὲν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, σπανίως δὲ ἀπὸ τῆς σελήνης, καὶ μάλιστα μὲν ἡμέρας, σπανίως δὲ νυκτὸς, καὶ πλεῖστον μὲν ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα, σπανίως δὲ περὶ τὸν μεσημβρινὸν κύκλον. Πολλάκις δὲ ἐν ταυτῷ καὶ δύο φαίνονται ἴριδες. Ἔστι δὲ πᾶσα ἶρις τρίχροος. Ἡ μὲν γὰρ ἐντὸς αὐτῆς ζώνη φοινικῆ ' ἡ δὲ δευτέρα πράσινος, ἡ δὲ τρίτη ἁλουργὸς, καὶ οἷον ὑποπόρφυρος. Συνίσταται δὲ ἐπὶ ἀνωμάλοις καὶ ἀνομοιομερέσι νέφεσι.

107. *De halone.*

Etiam quod in sublunari regione apparet veluti halonium, tantum ita videtur, neque substantiam habet propriam, cæterum multa illi sunt iridis naturæ contraria. Frequentius enim conspicitur ut circulus perfectus, haud ita sæpe minor circulo, crebriusque circa lunam quam circa solem, et de die minus frequenter quam de nocte, sæpissimeque circa meridianum, at prope horizontem rarenter : et unica semper uniusque coloris, nimirum albicantis, ac consistit ex nubibus æqualibus et similaribus. Oritur et halo ex visionis refractione. Oportet vero id quod visum refringit esse læve ac pellucidum, ut ibi species visibilis appareat. Cæterum halonis quoque circulus et iridis figura rationibus demonstrantur geometricis, quas ægre admittunt regiæ aures.

ρζ. Περὶ τῆς ἅλω.

B Καὶ τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην δὲ φαινόμενον οἷον ἁλώνιον, κατ' ἔμφασίν ἐστιν, ἀλλ' οὐ καθ' ὑπόστασιν, τὰ ἐναντία δὲ ἔχει τῆς ἴριδος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ πλεῖστον κύκλος φαίνεται τέλειος, σπανιώτερον δὲ ἐλάττων κύκλου. Καὶ περὶ μὲν τὴν σελήνην μάλιστα, ἔλαττον δὲ καὶ περὶ τὸν ἥλιον φαίνεται, καὶ νυκτὸς μὲν πλέον, ἔλαττον δὲ ἡμέρας. Καὶ περὶ μὲν τὸν μεσημβρινὸν κύκλον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσσον, σπανίως δὲ περὶ τὸν ὁρίζοντα. Καὶ μία ἀεὶ καὶ μονοχροος, ἤτοι λευκὴ, καὶ συνίσταται ἐπὶ ὁμαλοῖς καὶ ὁμοιομερέσι νέφεσι. Γίνεται δὲ καὶ αὕτη ἐξ ἀνακλάσεως τῆς ὄψεως. Δεῖ δὲ τὸ ἔνοπτον, ἀφ' οὗ ἀνακλᾶται, εἶναι καὶ λεῖον καὶ δισφανὲς, ἵνα ἐκεῖσε ἐμφαίνηται τὸ εἴδωλον τοῦ ὁρατοῦ. Ἔστι δὲ ἡ ἀπόδειξις καὶ τοῦ τῆς ἅλω κύκλου, καὶ τοῦ τῆς ἴριδος σχήματος γεωμετρικὴ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δυσπόριστος βασιλικῇ ἀκοῇ.

108. *De virgis.*

Quæ in aere apparent tanquam virgæ,neque luci adversæ consistunt instar iridis,neque perpendiculariter exstant sub illa, ut halo, tantumque conspiciuntur de die, et circa solem modo, et circa horizontem maxime occidentalem, rarius etiam in meridiano, fiuntque ex inæqualibus et dissimilaribus nubibus perinde ut iris. Habent et ipsæ triplicem colorem,multa enim virgis et iridi communia sunt, excepta figura,quæ iridi est imperfectus circulus, cum virgæ sint in rectam lineam conformatæ.Fiunt vero per refractionem, visione ex una nube delabente in alteram, atque inde refracta ad aliam nubem candicantem. Quando itaque Aristoteles de virgis loquens, ait refringi visionem in sole, noris candicantem nubem isto in loco nomine solis intelligi.

ρη'. Περὶ ῥάβδων.

Αἱ φαινόμεναι οἷον ῥάβδοι κατὰ τὸν ἀέρα, οὔτε κατάντικρυ συνίστανται τοῦ λαμπροῦ, ὥσπερ ἡ ἶρις, οὔτε κατὰ κάθετον, ὥσπερ ἡ ἅλως. Φαίνονται δὲ ἡμέρας μόνον, καὶ περὶ τὸν ἥλιον μόνον, καὶ περὶ τὸν ὁρίζοντα μάλιστα τὸν δυτικὸν, ἔλαττον δέ καὶ ἐν τῷ μεσημβρινῷ, καὶ ἐπὶ ἀνωμάλων, καὶ ἀνομοιομερῶν νεφῶν ὥσπερ καὶ ἡ ἶρις. Εἰσὶ δὲ τρίχροοι · πολλὴ γὰρ συγγένεια ταῖς ῥάβδοις καὶ τῇ ἴριδι πλὴν τοῦ σχήματος, ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἀποτετμημένος κύκλος ἐστὶν, αἱ δὲ ῥάβδοι καθ' εὐθυωρίαν τέτανται. Γίνονται δὲ αὗται κατὰ ἀνάκλασιν προσπιπτούσης τῆς ὄψεως, ἀπὸ νέφους εἰς νέφος, κἀκεῖθεν ἀνακλωμένης πρὸς ἕτερον νέφος λευκόν. Ὅταν δὲ λέγῃ Ἀριστοτέλης περὶ τῶν ῥάβδων, ὅτι ἐπ' αὐτῶν ἀνακλᾶται ἡ ὄψις πρὸς τὸν ἥλιον, γνῶθι ὅτι ἥλιον νῦν τὸ λευκὸν νέφος ἐκάλεσεν.

109. *De parheliis.*

Multa sunt parheliis communia cum virgis,nam et hi per transversum a luce oriuntur, et de die solummodo, nec nisi circa solem, et maxime circa occidentalem horizontem vel meridianum. Cæterum virgæ in nubibus inæqualibus ac dissimilaribus generantur perinde ut irides, parhelii autem halonis in modum in æqualibus ac similaribus. Ac virgæ quidem triplici colore sunt ut halo. De illis vero sciendum est,quod tunc refractio a nube

ρθ'. Περὶ παρηλίων.

Πολλὴν κοινωνίαν ἔχουσιν οἱ παρήλιοι πρὸς τὰς ῥάβδους · καὶ γὰρ καὶ οὗτοι ἐκ πλαγίων τοῦ λαμπροῦ γίνονται, καὶ ἡμέρας μόνον, περὶ τὸν ἥλιον μόνον, καὶ μάλιστα περὶ τὸν ὁριζοντα τὸν δυτικὸν ἢ τὸν μεσημβρινόν · πλὴν αἱ μὲν ῥάβδοι ἐπὶ ἀνωμάλων γίνονται νεφῶν, καὶ ἀνομοιομερῶν, ὥσπερ ἡ ἶρις · οἱ δὲ παρήλιοι ἐπὶ ὁμαλῶν καὶ ὁμοιομερῶν, ὥσπερ ἡ ἅλως. Καὶ αἱ μὲν ῥάβδοι τρίχροοι κατὰ τὰ τῆς ἴριδος χρώματα, οἱ δὲ παρήλιοι μονό-

χροοι, καὶ λευκοὶ κατὰ τὸ χρῶμα τῆς ἅλω. Περὶ δὲ τῶδ παρηλίων ἐκεῖνο χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἡ ἀνάκλασις ἀπὸ τοῦ νέφους γίνεται πρὸς τὸν ἥλιον, τοῦ νέφους πυκνοτέρου ὄντος καὶ στερεμνίου, παρὰ τὸ ἐν ταῖς ῥάβδοις, καὶ ὁμαλοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ λευκὸς φαίνεται ὁ παρήλιος, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ὁμαλοῦ ἓν καὶ τοῦτο καὶ συντόμως ἀνακλᾶται ἡ ὄψις,

ad solem, cum nubes densior est et solidior quam in virgis, lævisque et æqualis, quamobrem et albicante colore parhelius apparet,quoniam ab lævitate illa unus idemque color servatur, et a densitate magis faciliusque visus refringitur.

ρι'. Περὶ ἀνέμων.

Ὁ ἄνεμος οὐκ ἔστιν ἀὴρ κινούμενος, ὡς Ἱπποκράτης ὁ Κῶος ἰατρὸς οἴεται, ἀλλ' ἐκ τῆς καπνώδους ἐστὶν ἀναθυμιάσεως. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος κίνησις ἐκλυτος ὑπάρχει καὶ χαλαρὰ, ἡ δὲ τοῦ ἀνέμου, τυραννικὴ καὶ βιαιοτάτη, ὡς δηλοῦσιν οἱ σεισμοὶ, οἱ κινοῦντες τὴν γῆν, οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ὁ σεισμὸς, εἰ μὴ ὑπόγειος ἄνεμος. Τεσσάρων δὲ ὄντων, ὡς συντόμως εἰπεῖν, καθολικῶν ἀνέμων, ἀπηλιώτης μὲν καὶ ζέφυρος οὐκ εἰσὶ σφοδρότατοι, βορρᾶς δὲ καὶ νότος τυραννικώτεροι· διότι ἐν μὲν τῷ βορείῳ καὶ νοτίῳ πόλῳ, ἔνθεν ὁ βορρᾶς καὶ ὁ νότος πνεῖ, μὴ γινόμενος ὁ ἥλιος οὐ θερμαίνει τὰ ἐκεῖσε χωρία, ἀλλὰ μένει ψυχρά· ψυχρὰ δὲ ὄντα ἀεὶ ἔνικμά εἰσιν, ὥστε ὄμβρων πολλῶν γενομένων διὰ τὴν ψύξιν. Εἶτα, τῆς γῆς διαβρόχου γενομένης, πολλὴ καπνώδης ἀναθυμίασις ἐκδίδοται, καὶ διὰ τοῦτο, σφοδροὶ ἄνεμοι γίνονται, ὁ βορρᾶς καὶ ὁ νότος. Ἐν δὲ τοῖς ἀνατολικοῖς καὶ δυτικοῖς χωρίοις κινούμενος ὁ ἥλιος οὐκ ἐᾷ ψύξιν γίνεσθαι πολλὴν, ἔνθεν δὲ οὔτε πολὺς ὑετὸς γίνεται, οὔτε ἡ πολλὴ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἅτε τῆς γῆς μὴ διαβρεχομένης, καὶ οὐ γίνονται διὰ τοῦτο ἄνεμοι σφοδροὶ ἐντεῦθεν. Πλὴν ἐν μὲν τοῖς νοτίοις μέρεσι πλεῖον μέν ἐστιν ἡ γῆ, οὐκ ἔνικμος δὲ, ἐν τοῖς βορείοις ὀλίγη μὲν, ἀλλ' ἔνικμος. Διὰ γὰρ τὴν ψύξιν ὄμβροι γίνονται, καὶ διὰ τὸ ἔνικμον τῆς γῆς πολλὴ γίνεται ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ πλῆθος αὐτῆς. Ἔνθεν τοι καὶ οἱ σφοδροὶ ἄνεμοι ἀπὸ τῶν νοτίων εἰσὶ καὶ τῶν ἀρκτῴων μερῶν, ὡς ἂν ἐκεῖ γινομένης πολλῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως. Ἐν γὰρ τῇ ἀνατολῇ καὶ δύσει οὐ γίνονται σφοδροὶ, ἅτε τοῦ ἡλίου ἐκδαπανῶντος τὴν ἐκεῖσε γενομένην ἀναθυμίασιν, καὶ οὐκ ἐῶντος ὑποστῆναι. Καλοῦνται δὲ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἄρκτου βορέαι, οἱ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας, νότοι. Αἰτία δέ ἐστι τῆς λοξῆς τοῦ ἀνέμου κινήσεως, ἡ τοῦ παντὸς κυκλοφορία, τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν κάτωθεν ἀνιοῦσαν πλανῶσα, καὶ τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρουσα. Γίνονται δὲ οἱ βόρειοι ἐτησίαι ἄνεμοι μετὰ ἡμέρας εἴκοσι τῆς θερινῆς τροπῆς, μετὰ τὴν τοῦ κυνάστρου ἐπιτολήν. Τηνικαῦτα γὰρ τῆς χιόνος λυομένης, γίνονται αὖραι ψυχραὶ βόρειοι, αἵτινες ἐτησίαι λέγονται. Εἰσὶ δὲ νότιοι ἐτησίαι ὡς ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸ πᾶν νότου. ἀλλ' ἡμῖν ἀνεπαίσθητοι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς νότου ἐτήσιοι ἄνεμοι. Οὗτοι δὲ μετὰ ἑβδομήκοντα ἡμέρας τῆς χειμερινῆς τροπῆς ἄρχονται πνεῖν, τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν Ἰχθύσι. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἰσημερινῆς δύσεως, πνεῖ ὁ ζέφυρος, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολικῆς ἰσημερίας πνεῖ ἀπηλιώτης. Καὶ αὖθις ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ μὲν πόλου πνεῖ ὁ ἀπαρκτίας, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου πνεῖ ὁ νότος. Καὶ πάλιν ἀπὸ μὲν τῆς θερινῆς ἀνατολῆς πνεῖ ὁ καικίας, ἀπὸ δὲ τῆς χει-

110. *De ventis.*

Ventus non est agitatus aer,ut Hippocrates Cous medicus sibi persuasit, sed ex vapore atque exhalatione terræ oritur. Aeris quippe motus languidus est ac remissus, venti tyrannicus ac vehementissimus, ut demonstrant terræmotus, qui nihil aliud sunt quam subterranei venti.Cum vero, ut breviter dicam, quatuor sint venti catholici sive cardinales,ex his subsolanus ac zephyrus non adeo incitati sunt, sed violentissimi boreas atque auster. Quoniam nimirum ad septentrionalem atque australem polum ubi boreas et auster spirant, sol longius absens illa non calefacit, ita ut frigida maneant : frigidaque cum sint, semper sunt humida, imbribus plurimis propter frigiditatem ibi cadentibus. Hinc deinceps terra humectata multos emittit vapores exhalationesque, unde venti vehementes nascuntur boreas atque auster. At enim in orientalibus atque occidentalibus partibus versans sol non patitur multum frigus fieri, unde nec multa pluvia, nec multi vapores atque exhalationes ex terra quippe non adeo humectata, hinc nec venti inde impetuosi spirant. Cæterum in australibus partibus plus quidem terræ est,sed minus humida, at in septentrionalibus non adeo multa est terra, sed admodum humida. Sane a frigore imbres oriuntur, et a terræ humiditate non ab magnitudine multi vapores multæque exhalationes. Hinc etiam vehementes venti ex australibus et borealibus veniunt partibus, quod ibi multi vapores ex terra exhalant. In oriente autem et occidente non sunt venti tam immites, sole nimirum vapores ibidem prodeuntes consumente nec permittente subsistere. Porro ventos ab septentrione flantes vocamus boreas, ab meridie notos sive austros. Causa obliqui ventorum motus est circumrotatio orbis terrarum, quæ vapores deorsum tendentes divertit et huc atque illuc transfert. Etesiæ venti Septentrionales spirant post viginti dies ab æstivo solstitio, ortumque caniculæ,tunc siquidem solutis nivibus auræ frigidæ flant boreales, quas etesias appellant. Spirant et australes etesiæ ab australi parte orbis terrarum, sed eas nos percipere non possumus. Veniunt tamen et ex parte australi nobis propiore etesiæ venti,sed quæ post septuagesimum diem a bruma sive hiberno solstitio incipiunt spirare, quando sol est in Piscibus. Ab occidente æquinoctiali flat zephyrus,ab oriente æquinoctiali subsolanus : atque a septentrionibus sive arctico polo aparctias, a meridie auster. Ab oriente solstitiali æstivo cæciam, a brumali occasu liba vocant. A brumali oriente spirat eurus sive vulturnus, ab

occasu solstitiali æstivo argestes quem Ptolemæus appellat japyga.Atque hi octo venti e diametro sibi invicem opponuntur. Alius ventus est ab una sectione poli arctici, et vocatur boreas sive meses, spirans inter cæciam aparctiamque. Alius ex altera poli arctici sectione et vocatur thrascias, inter aparctiam atque japygem. Alius ex sectione una poli australis flat euronotus, medius inter eurum atque austrum. Et alius denique ex sectione poli australis altera libonotus,inter austrum et libs,dictus etiam Phœnicias. Atque boreales quidem venti frequentes sunt, minus intensi tamen, quoniam a valde humidis spirant regionibus. Australes minus frequentes propter defectum materiæ, intensiores vero propter terrarum ex quibus veniunt siccitatem. Ex his ventis nubilosi esse solent cæcias, boreas et aparctias : fulgurales boreas, aparctias, thrascias et argestes.Ex nube prorumpens, conephiam Græci appellant,est boreas et nubes obducens meses atque aparctias.Grandinem affert aparctias, thrasciasque et argestes : æstum auster, zephyrus atque eurus. Cæterum zephyrus natura quidem sua frigidus est, quatenus autem in æstate spirat,ascititium calorem obtinet : boreas vero exhalationum multitudine nubes semper absorbet,ac serenitatem inducit,nisi frigidus fuerit : si vero fuerit frigidus,vapores spissat indensatque antequam nubem summoveat, facitque pluviam. Atque contrarii quidem venti spirare eodem tempore non possunt. Qui porro apud nos flat auster,non a polo australi sive austro orbis terrarum spirat,sed ab æstivo tropico.

A

B

C

111. *De typhone.*

Typhon venti genus est quod Homerus procellam vocat, Aristoteles typhonem, quod densus hic spiritus τύπτει et verberat ac prosternit quidquid ei se obtulerit. Causa ejus sunt crassiores vapores desuper e nubibus recta deorsum descendentes in terram vel in mare, qui in resistentem quamdam incidentes materiam retro pelluntur. Quando quidem vero repercussa horum pars propter succedentes alios vapores resurgere prohibetur, ad obliqua feruntur perfringuntque, atque etiam ibi occurrentibus quæ renituntur aliis partibus,iterum disperguntur faciuntque helicem sive vorticem venti, qui a terra et a mari in sublime attolit quæcunque corpora apprehenderit.Hic est ventus quem nonnulli typhonem appellant.

D

112. *De ecnephia.*

Ecnephias etiam genus est, parumque a typhone diversum. Sed non cernitur ecnephias, oculis autem sentitur typho, utpote qui crassissimam materiam, vapores fuliginosos ex nube secum vehit. Ecnephiam sopit pluvia, sed typhoni compescendo impar est, qui a boreali vento tollitur et exstinguitur. Nihil aliud porro est ecnephias vehemens quam typho,et typho remissus haud diversus est ab ecnephia. Sæpius et ex frigidis oris per calida loca spirantes et alterati venti flant calidum, et ex

μερινῆς δύσεως πνεῖ ὁ λίψ. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς χειμερινῆς ἀνατολῆς ἕξειαιν ὁ εὖρος, ἀπὸ δὲ τῆς θερινῆς δύσεως πνεῖ ἀργέστης, ὃν ὁ Πτολεμαῖος ἰάπυγα προσαγορεύει. Καὶ οὗτοι μὲν οἱ ὀκτὼ ἄνεμοι κατὰ διάμετρον ἀλλήλων εἰσίν. Ἕτερος δὲ ἄνεμος ἀπὸ τῆς μιᾶς τομῆς ἐστι τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου, καὶ καλεῖται βορέας ἢ μέσης, μεταξὺ πνέων καικίου καὶ ἀπαρκτίου. Ἄλλος δὲ ἀπὸ τῆς ἄλλης τομῆς τοῦ ἀρκτικοῦ, καὶ καλεῖται οὗτος θρασκίας, μεταξὺ ὢν ἀπαρκτίου καὶ ἰάπυγος. Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς μιᾶς τομῆς τοῦ νοτίου πόλου πνεῖ ὁ εὐρόνοτος μεταξὺ ὢν εὔρου καὶ νότου. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τομῆς ὁ λιβόνοτος, μεταξὺ ὢν λιβὸς καὶ νότου, ὃς καὶ Φοινικίας καλεῖται. Καὶ τὰ μὲν βόρεια πνεύματα, πολλὰ μὲν, οὐκ εὔτονα δὲ, διὰ τὸ ἀπὸ πολλῆς ὑγρότητος πνεῖν· τὰ δὲ νότια ὀλίγα μὲν διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ὕλης, εὔτονα δὲ διὰ τὴν τῆς γῆς ξηρότητα. Τούτων τῶν ἀνέμων ἐπινέφελοι μὲν καικίας καὶ βορέας, ἀπαρκτίας· ἀστραπαῖοι δὲ βορέας, ἀπαρκτίας, θρασκίας καὶ ἀργέστης. Ἐκνεφίας δὲ ὁ βορρᾶς καὶ νεφελώδης μὲν μέσης καὶ ἀπαρκτίας, χαλαζώδης δὲ ἀπαρκτίας καὶ θρασκίας καὶ ἀργέστης, καυματώδης δὲ νότος καὶ ζέφυρος καὶ εὖρος· Ὁ δὲ ζέφυρος κατ' οὐσίαν μέν ἐστι ψυχρὸς, καθὸ δὲ ἐν τῷ θέρει πνεῖ νοθευόμενος θερμαίνεται, ὁ δὲ βορέας διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀναθυμιάσεως ἀεὶ ἀποσοβεῖ τὰ νέφη, καὶ εὐδίαν ποιεῖ, πλὴν ὅταν μὴ ψυχρός· εἰ δὲ εἴη ψυχρὸς, παχύνει τὴν ἀτμίδα πρὶν ἢ ἀποσοβῆσαι τὸ νέφος καὶ ποιεῖ ὑετόν. Καὶ οἱ μὲν κατ' ἄντικρυς ἄνεμοι οὐ δύνανται ἅμα πνεῖν, Ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς νότος οὐκ ἀπὸ νότου τοῦ παντὸς πνεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ.

ρια'. Περὶ τυφῶνος.

Ὁ τυφῶν ἄνεμός ἐστιν, ὃν ὁ μὲν Ὅμηρος θύελλαν ὀνομάζει, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἀπὸ τοῦ παχὺ εἶναι τὸ πνεῦμα, καὶ οἷον τύπτον τὸ παρατυχὸν, τυφῶνα. Αἰτία δὲ τούτου, ἀτμὶς παχεῖα ἄνωθεν ἀπὸ τῶν νεφῶν φερομένη κατ' εὐθὺ ἐπὶ τὸ κάταντες, ἢ κατὰ τῆς θαλάσσης, ἥτις προσπταίουσα τινὶ ἀντιτύπῳ ὀνόματι ἀναπάλλεται εἰς τοὐπίσω. Ἐπειδὴ δὲ κωλύεται τὸ ἀντιπαλλόμενον αὐτοῦ μέρος εἰς τοὐπίσω ἀναπάλλεσθαι ὑπὸ τοῦ ὄπισθεν ἐπακολουθοῦντος αὐτοῦ μέρους, ἐπὶ τὰ πλάγια διακλᾶται, εἶνα κἀκεῖσε ἀντιτύπῳ συναντήσασα μέρει, πάλιν σκορπίζεται, καὶ γίνεται ἕλιξ, ἤτοι συστροφὴ τοῦ ἀνέμου, μετεωρίζουσα καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης τὰ ἐπιτυχόντα σώματα. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄνεμος ὁ καλούμενος παρά τινων τυφῶν.

ριβ'. Περὶ ἐκνεφίου.

Ἄνεμός ἐστι καὶ ὁ ἐκνεφίας σχεδὸν ὁ αὐτὸς τῷ τυφῶνι. Πλὴν ὁ μὲν ἐκνεφίας οὐχ ὁρᾶται, ὁ δὲ τυφῶν ὁρᾶται, διὰ τὸ ποχυμερεστέραν οὐσίαν συνεφέλκεσθαι ἐκ τοῦ νέφους τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν. Καὶ τὸν ἐκνεφίαν παύει ὑετὸς, τὸν δὲ τυφῶνα οὐχ ἱκανός ἐστι παῦσαι, ἀλλ' ὁ βορέας αὐτὸν κατασβέννυσιν. Οὐδὲν δὲ ἕτερόν ἐστιν ἐκνεφίας, ἢ τυφῶν ἐπιτεταμένος. καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὸ εἶδος ταυτόν ἐστιν ἐκνεφίας καὶ τυφῶν, κατὰ δὲ τὴν ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν διαφέρουσιν. Ὁ μὲν γὰρ τυφῶν ἐπιτεταμένος ἐστὶν

ἐκνεφίας, ὁ δὲ ἐκνεφίας ἀνειμένος τυφῶν. Ὁλλάκις μὲν, οἱ μὲν ἀπὸ ψυχρῶν τόπων πνέοντες ἄνεμοι, νοθευόμενοι διά μέσου θερμῶν τόπων θερμοὶ καταπνέουσιν· οἱ δὲ ἀπὸ θερμῶν κεραννύμενοι ψυχρῷ διὰ μέσου ἀέρι, ψυχροὶ διαῤῥέουσιν.

A calidis flantes in medio frigidæ permisti auræ frigidi affluunt.

ριγ'. Περὶ κεραυνῶν.

Ὁ κεραυνὸς οὐκ ἔχει τὸ φλέγον, λεπτομερὴς γάρ ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ, ὅθεν ταχέως διερχόμενος τὰ σώματα διὰ τὴν λεπτότητα οὐ καταφλέγει αὐτά. Ἔνθεν τοι καὶ κεραυνὸς ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ εὐκραὴς, εἶναι καὶ μὴ φλέγειν. Ἰάνυ γὰρ λεπτομερέστερος ὢν, ὡς εἴρηται, ὀξύτατα τὸ σῶμα δίεισιν, ὥστε μήτε καίειν, μήτε μελαίνειν. Ὅθεν καί τινες ἀργῆτα τοῦτον ὠνομάκασιν ἤτοι λαμπρύν. Ἀργὸν τὸ λευκόν. Εἰ γὰρ πῦρ ἐστι καὶ φύσει ἔχει τὸ καίειν. ἀλλ' ἡ λεπτότης καὶ ἡ ταχύτης τῆς διόδου μὴ ἐγχρονίζουσα τῷ σώματι ἄκαυστον τοῦτο ἐᾷ. Πᾶν γὰρ τὸ καῖον, οὐ μόνον μεγέθους οἰκείου δεῖται πυρὸς τοῦ καῦσαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ καὶ ἐμβραδῦναι τῷ καυστῷ σώματι. Παρὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν οὐ φλέγει ὁ κεραυνός.

B

113. *De fulminibus.*

Fulmen non solet incendere, substantiam enim habet subtilissimam, unde corpora celeriter transeundo propter subtilitatem ea non inflammat. Inde et Græcis dictus κεραυνὸς quasi εὐκραὴς quod facile permeat, neque adeo accendat; subtilissimum enim cum sit, ut dixi, celerrime corpus pervadit ut nec inflammet neque nigrum faciat, unde et nonnulli vocant ἀργῆτα sive candens, ἀργὸν enim candidum significat. Quanquam enim fulmen ignis est, quod natura urit at subtilitas velocitasque transitus non per momentum immorans corpori, illud relinquit sine ustione. Quidquid enim urit, non modo magnitudine debita indiget ad urendum, sed etiam ut corpori urendo per aliquod tempus immoretur. Ob hanc itaque causam non inflammat nec urit fulmen.

ριδ'. Περὶ πρηστῆρος.

Ὁ πρηστὴρ καταφλέγει, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα. Πρηστὴρ γὰρ ἀπὸ τοῦ πρήθειν ἢ ἐμπιπρᾶν ὠνόμασται. Φλέγει δὲ διὰ τὸ συνεπισπᾶσθαι μεθ' ἑαυτοῦ παχυμερεστέραν οὐσίαν ἐκ τοῦ νέφους καὶ ταύτην ἐμφυροῦν. Τούτου δὲ πρηστῆρος καὶ προηγεῖται πνεῦμα, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ, τὰ μέλλοντα ἐμπίπρασθαι, πρῶτον πνεῦμα τοῦ πρηστῆρος θειῶδες ὂν πλήττει καὶ ῥήγνυσι, ὅθεν καὶ τὰ κεραυνωθέντα μένει διεστηκότα ἐπὶ χρόνον τινά. Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα οὐ προηγεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύνεστι τῷ πρηστῆρι καὶ ἐπακολουθεῖ. Σποράδην δὲ διαχεόμενον καὶ λεπτομερέστερον ὂν, βροντὰς ποιεῖ καὶ ἀστραπὰς, καὶ ἐξαφθὲν μὲν ποιεῖ κεραυνὸν καὶ ἀστραπὴν καὶ πρηστῆρα, μὴ ἐξαφθὲν δν, ἐκνεφίαν καὶ τυφῶνα. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ ἐκπυρηνισμὸν γίνονται.

C

114. *De prestere sine igneo turbine.*

Prester incendit et inflammat, ut nomine etiam ipso indicatur. Dictus enim prester Græcis est a vocabulo πρήθειν quod accendere significat. Accendit autem, quia ex nube secum vehit crassiorem materiam eamque inflammat. Præcedit presterem ventus, quod inde constat, siquidem quæ inflammari debent, prius a spiritu presteris sulfureo percelluntur rumpunturque, unde et fulmine tacta per aliquod tempus hiant. Nec tantum præcedit presterem ventus, sed comitatur etiam, et sequitur. Latius ac passim diffusus et subtilior si fuerit, tonitru facit et fulgur: si inflammetur, efficit fulmen, et fulgur, presteremque. Ex non inflammato fiunt ecnephias ac typho. Cæterum omnia hæc contingunt per violentam excussionem.

ριε'. Πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος;

Τὴν σύστασιν ὁ κόσμος ἔλαβεν ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ κινήσεως τῶν στοιχείων. Ἐπειδὴ γὰρ τούτων τὰ μέν εἰσι κουφότατα, οἷον τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ, τὰ δὲ βαρύτατα, οἷον ὕδωρ καὶ γῆ, τὰ μὲν ὅσα βαρύτατα κάτω τοῦ παντὸς ὑπεκάθητο, τὰ δ' ὅσα μετέωρα, εἰς τὸ πῦρ ἐξεφέρετο. Πᾶν δὲ ἀπὸ γῆς φερόμενον ἄνω ἐστί. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν οἷον περικεκλασμένος καὶ κυρτὸς ὁ κόσμος ἐστί. Συνθλιβομένων δὲ τῶν σωμάτων ἀλλήλοις, ἡ τοῦ ὕδατος ἐγενήθη φύσις, ῥευστικῶς δὲ καὶ τοῦτο φερόμενον ἐκοίλανε τοὺς ὑποκειμένους τόπους, καὶ τοὺς κοιλουμένους τόπους θαλαττίους ἐποίησεν. Ἐκ μὲν οὖν τῶν ὑποκαθιζόντων σωμάτων ἐγενήθη ἡ γῆ· ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων ὁ οὐρανὸς, πῦρ, ἀὴρ.

D

115. *Quomodo cæperit mundus?*

Mundus subsistere cœpit a natura et motu elementorum. Horum enim cum quædam levia sint ut ignis et aer, alia gravia, ut aqua et terra, graviora ad inferiores partes universi subsiderunt, levia ut ignis sursum sese extulerunt. Quidquid vero terræ imminet, sursum est. Propter hanc causam mundus circumquaque flexus est ac gibbosus. Attritis vero invicem corpusculis, aquæ prodiit natura, quæ fluxu suo subjecta loca excavit, ei spatia mari recipiendo fecit. Ex subsidentibus igitur corporibus terra facta est, ex levibus et sublimibus cœlum, ignis, aer.

ριϛ'. Εἷς ἐν τὸ πᾶν;

Οὐ πολλοὶ κόσμοι σωματικοὶ, κατ' ἐνίους τῶν φιλοσόφων, εἰσίν· ἀλλ' εἷς τέλειος, καὶ οὐδὲ κυρίως ἓν ὀνομάζεται (πῶς γὰρ ἓν ὁ κόσμος σύνθετος ὢν καὶ πολυμερής;), ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν αὐτοῦ ἕνωσιν, τὴν τοῦ ἑνὸς ἔχει προσηγορίαν. Κυρίως γὰρ ἓν ὁ Θεὸς, ὡς ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα.

116. *Num unum sit hoc universum?*

Non multi sunt mundi corporales, ut quibusdam philosophis persuasum (sed unus perfectus, licet non proprie unum dicitur, quomodo enim unum fuerit mundus ex tot et tam diversis compositus?), verum propter partium ejus invicem unionem unum appellatur. Cæterum proprie unum Deus est omni

simplicitate sublimior,quæcunque vero infra Deum sunt,non proprie sunt unum, sed propter unionem et participationem ex uno, ita dicuntur. Nam et mens unum est et multa. Quotquot enim sunt res, tot etiam mens est, nam et exempla illorum in se continet. Etiam animæ, quæ et multo magis dividua est, contingit multa esse,nec minus elementis ac corporibus. Quandoquidem igitur accuratæ unionis etiam mundus est particeps,propterea unum appellatur, et quoniam perfectus est unus et solus, nec multi sunt mundi.

A Ὅσα δὲ μετὰ Θεὸν, οὐ κυρίως ἕν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ μετοχὴν τοῦ ἑνὸς, οὕτω πρασαγορεύεται. Καὶ γὰρ καὶ ὁ νοῦς ἕν ἐστι καὶ πολλά. Ὅσα γὰρ τὰ ὄντα, τοσαῦτα καὶ ὁ νοῦς, ἐπεὶ καὶ παραδείγματα τούτων ἐν ἑαυτῷ περιέχει. Πολλὰ καὶ ἡ ψυχὴ (διαιρετὴ γὰρ πολλῷ πλέον), τὰ στοιχεῖά τε καὶ τὰ σώματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἑνώσεως ἀκριβοῦς καὶ ὁ κόσμος κεκοινώνηκεν, ἓν διὰ τὴν ἕνωσιν ὀνομάζεται, καὶ διὰ τὴν τελειότητα τῶν στοιχείων αὐτοῦ εἷς ἐστι καὶ μόνος ἀλλ' οὐ κόσμοι πολλοί.

117. *De vacuo.*

Vacuum non omnes,sed aliqui in scriptis suis induxere atque nominavere philosophi,aiuntque illud esse omni spoliatum corpore,veluti invisibile quoddam chaos,et ante mundum fuisse statuunt,deinde elementis prodeuntibus et cœlo circumrotatione sua corpora omnia colligante ac constringente,vacuum quidem intus relictum nullum fuisse, extra cœli vero ambitum omne vacuum esse, quod infinitum in infinito spatio licet cogitare. Hanc sententiam omnino rejicit Aristoteles,et nusquam admittit vacuum, neque intra mundum neque extra. At Cleomedes philosophus intra mundum reperiri negat, extra vero illum dari vacuum,vehementer contendit,

ριζ'. Περὶ κενοῦ.

Τὸ κενὸν οὐ πάντες, ἀλλ' ἔνιοι τῶν φιλοσόφων εἰσήνεγκάν τε τῷ λόγῳ καὶ ὠνομάκασιν. Ἀποφαίνονται δὲ τοῦτο παντὸς σώματος ἔρημον, οἷόν τι χάος ἀόρατον. Καὶ φασὶ τοῦτο προϋποκεῖσθαι τοῦ B κόσμου. Εἶτα τῶν στοιχείων γεγονότων καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ κυκλοφορίᾳ τὰ σώματα πάντα συσφίγξαντος, κενὸν μὲν ἐντὸς μηδὲν ἀπολελεῖφθαι, τὸ δὲ ἐκτὸς τῆς ἔξω περιφερείας αὐτοῦ ὅλον κενὸν εἶναι, ἄπειρον ἐν ἀπείρῳ τόπῳ ἐμφανταζόμενον. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον Ἀριστοτέλης μὲν ἀπογινώσκει παντάπασι, καὶ οὐδαμῶς τίθεται οὔτε ἐντὸς τοῦ κόσμου, οὔτε ἐκτός· Κλεομήδης δὲ ὁ φιλόσοφος, ἐντὸς μὲν τοῦ κόσμου οὗ φησιν εἶναι κενὸν, ἐκτὸς δὲ καὶ πάνυ βιάζεται.

118. *De loco.*

Locus secundum vocabuli vim est aliquid, quod corpus vel rem incorporalem potest complecti.Quoniam igitur materia complectitur formam,materia formæ quæ res incorporalis est, possit dici locus. Sic spatium desertum ac vacuum, quandoquidem C corpora recipere potest, non male locus corporum dicetur. Proprie vero locus est extremum quod ambit corpora; ita aer ambit corpora naturalia,sed non aer quicunque, non enim ille qui montibus sublimior et proximus cœlo est,sed inferior ejus pars nos ambit. Hæc igitur aeris superficies corporum nostrorum est locus.

ριη'. Περὶ τόπου.

Ὁ τόπος ὡς τ' οὔνομα δηλοῖ, πρᾶγμά ἐστι δεκτικὸν σώματος, ἢ ἀσωμάτου φύσεως. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὕλη τὸ εἶδος δέχεται, τόπος λέγοιτο ἂν ἡ ὕλη τοῦ εἴδους· ἀσώματον δὲ τὸ εἶδος. Πάλιν, ἐπεὶ τὸ διάστημα ἔρημον ὂν καὶ κενὸν, σώματα δύναται δέξασθαι, τόπος σωμάτων εἴη ἂν τὸ διάστημα. Κυρίως δὲ τόπος ἐστὶ τὸ ἔσχατον τοῦ περιέχοντος μέρος τὰ σώματα. Οἷον, ὁ ἀὴρ περιέχει τὰ φυσικὰ σώματα, ἀλλ' οὐ πᾶς ὁ ἀήρ· οὐ γὰρ καὶ ὁ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἢ ὁ πλησίον τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον μέρος αὐτοῦ περιέχει ἡμᾶς· αὕτη οὖν ἡ τοῦ ἀέρος ἐπιφάνεια, τόπος ἐστὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων.

119. *De spatio, quod philosophi* χώραν *appellant.*

Arithmetici χώραν vocant intervallum intelligibile inter numeros,inter unum et duo,inter duo et tria, quatuor atque ita deinceps.Quoniam enim non continuus est numerorum ordo, sed discretus, intervalla inter numeros χώρας appellarunt. Sed et χώραν vocant philosophorum aliqui partem ac veluti regionem receptaculi corpus capientis,uti dolii D quod capit vinum. Si enim ponatur ventrem dolii tantummodo vino plenum,non quidem totum dolii corpus, sed tantum venter ejus circumferentia sua vinum comprehendit, atque hujusmodi partem philosophi quidam χώραν regionem vocant, quam non absurde aliquis etiam locum appellaverit.

ριθ'. Περὶ χώρας.

Χώρα ἐστὶ κατὰ τοὺς ἀριθμητικοὺς. τὸ νοητὸν τῶν ἀριθμῶν διάστημα, οἷον τὸ μεταξὺ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν δύο, καὶ τοῦ τρία, καὶ τοῦ τέσσαρα, καὶ τοῦ ἑφεξῆς. Ἐπεὶ γὰρ οὐ συνεχής ἐστιν ἡ τάξις τῶν ἀριθμῶν, διαστήματα χώρας ἐπωνομάκασι. Χώραν πάλιν τινὲς τῶν φιλοσόφων εἰρήκασι τὴν μερικὴν τοῦ περιέχοντος τὸ σῶμα περιοχὴν, οἷον ὁ πίθος περιέχει τὸν οἶνον. Ὑποκείσθω δὲ ὁ οἶνος περὶ κοίλης, ἀλλ' οὐχ ὅλον τὸ σῶμα τοῦ πίθου τὸν οἶνον ἐδέξατο, ἀλλὰ μόνη ἡ κοίλη αὐτοῦ περιφέρεια. Τοῦτο γοῦν τὸ μέρος χώραν φασὶ τῶν φιλοσόφων τινές. Οὐκ ἀπεικότως δὲ τοῦτο καὶ τόπον τις ὀνομάσειεν.

120. *Num mundus sit animatus.*

Nostra christianorum sententia ne summis quidem auribus admittit animatum esse mundum, quem providentia gubernari novimus. Ac præstantissimi philosophi Plato et Aristoteles,quique hos sequuntur, et anima et mente præditum esse mundum

ρκ'. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

Ὁ μὲν καθ' ἡμᾶς λόγος, οὐδὲ ἀκροθιγῶς τὸ ὡσὶν ἔμψυχον εἶναι τὸν κόσμον προσίεται, προνοίᾳ μέντοιγε διοικούμενον. Οἱ δὲ τελεώτεροι τῶν φιλοσόφων, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ ὅσοι τούτοις ἐπηκολούθησαν, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν σαφῶς ἀπεφή-

ναντο. Ἐγκλεῖσθαι δὲ οὐ τὰς ψυχὰς ἔν τε τῷ οὐρανῷ καὶ ταῖς ὑποκειμέναις σφαίραις, ἀλλ' ἀνάπαλιν τὰ σώματα τῶν θειοτέρων ἠρτῆσθαι διωρίκασι. Διακεῖσθαι μέντοι καὶ ὑπὸ φύσιν αὐτὰ νενομίκασιν, οὐκ ἐντικεῖσθαι μέντοιγε τὴν φύσιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς τούτωνφ οὔτε ταῖς νοεραῖς διατάξεσιν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν μάλιστα καθευθύτεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ δεσμεῖσθαι τὰς ψυχὰς, ἢ τοὺς νοῦς τοῖς τούτων ᾠήθησαν σώμασιν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων ἐξάπτεσθαι καὶ καταλάμπεσθαι.

A aperte statuunt. Neque animas inesse cœlo et infra positis sphæris, sed e contrario corpora ab illis tanquam divinioribus dependere arbitrantur. Atque naturæ quidem etiam subjecta illa putant, sed naturam non adversari illorum animabus aut mentalibus legibus, sed ab illis maxime dirigi neque animas aut mentes ab corporibus illis suis existimarunt alligari, sed ab illis potius suspensa esse et illustrari corpora.

ρκα'. Εἰ ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος.

Οὔτε ἀγέννητος παρ' ἡμῖν ὁ κόσμος δοξάζεται, οὔτε ἄφθαρτος, γεγεννῆσθαί τε γὰρ αὐτὸν πρὰ τῆς Γρασῆς καὶ φθαρήσεσθαι μεμαθήκαμεν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἀγέννητον αὐτὸν καὶ ἄφθαρτον τίθεται. Πλάτων δὲ γεννᾷ μὲν αὐτὸν ἐν Τιμαίῳ, ἀποφαίνεται δὲ μηδὲ φθαρήσεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον. Καὶ ἐπειδὴ ἀντίκειται αὐτῷ, ὅτι σύνθετος ὢν καὶ φθαρήσεται· πᾶν γὰρ τὸ σύνθετον καὶ διαλυτὸν διαστέλλεται λέγων, ὅτι ὅσον μὲν ἐπὶ τὴν φύσιν, φθαρτός ἐστι, σῶμα γὰρ οὐ χωρεῖ ἀϊδιότητα, ἀλλὰ οὐ ἄφθαρτον ἐπεισάκτως παρὰ τοῦ Θεοῦ κομίζεται. Ὁ δὲ γε Πρόκλος ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς τοῖς πρὸς Τίμαιον λόγοις, πειρᾶται δεικνύναι βιαιότερον, ὅτι μηδὲ γεννητὸν ὁ Πλάτων τὸν κόσμον οἴεται, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀποφαίνεται, κατὰ δὲ τὸ σύνθετον, ἐπινοίᾳ γεννητόν.

B

121. *Num mundus ingenitus sit et incorruptibilis.*

Neque ingenitus neque incorruptibilis apud nos christianos mundus esse docetur, quem et factum esse et periturum e Scriptura didicimus. Aristoteles vero et ingenitum illum et incorruptibilem ponit. Plato in *Timæo* tradit eum genitum esse, nullo autem tempore corrumpendum. Cui quoniam objici potest, quod cum sit compositus etiam corrumpetur, quidquid enim compositum est etiam dissolvi potest, excipit ille ac respondet, quod naturæ suæ ratione utique sit corruptibilis mundus, corpus enim nullum in se habere sempiternitatem, sed a Deo accepisse esseque illi superadditum ut sit incorruptibilis. Proclus in commentariis sive explanationibus suis in Timæum omni contentione studet demonstrare, quod nec genitum Plato mundum senserit, sed tempore quidem ingenitum esse putat, vel ut rectius dicam confirmare annititur, sed quatenus compositus est, genitum licet cogitare.

ρκβ'. Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος.

(8) Ita Polybio (XXVI, 10) Ἐπιφανὴς est Ἐπιμανής. Nomen illius furiosi Paracleti (ita se vocabat), a cujus nomine postmodum omnes impii Manetes Judæis dicti, ut Mezentii Latinis. Elias in Thesb.: אתמיה אני כי נמצא בספרי היונים שהיה אדם אחד שהיה שמו מני ולא היה בעל דתועל שמו נקראיתו כל הנמשכים אחריו מניתם. *Idque ego miror, cum inveniatur in libris Græcorum fuisse hominem quemdam nomine Manem, qui vixerit sine lege, a quo omnes qui eum secuti fuere Manetes uppellati sunt.* Male omnes, quicunque τὸ Μάνης id significare putant. Epiphan.: Τὸ γὰρ Μάνη ἀπὸ τῆς Βαουλωνίας εἰς τὴν Ἑλληνίδα μεταφερόμενον σκεῦος ὑπόφαίνει τοὔνομα. Verum est. מאן Daniel. (V, 5) vas, *man*. Turbat Nicet, in *Thesauro orthod. fid.*, qui dialecticum etiam significare pertendit. Viderit ille; nam in Chaldaica, de qua cum Epiphanio intelligere debuit, nihil tale, sed neque in Arabica, quam illius tempore certum est locutos illius tractus incolas.

(9) Pater ille Persis, e quorum magia nugas suas cudit Manes, Ζαρουὰμ est, Oromasdis et Arimanii pater: quod hactenus omnes fugit qui de magia Persarum dixerunt. Theodorus Mopsuestæ docuerat in libro Περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, Photii (*Bibl.* cod. 81): Ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Ηερσῶν δόγμα, ὃ Ζαράσδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουὰμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ Τύχην καλεῖ, καὶ ὅτι σπένδων (lege σπεύδων) ἵνα τέκῃ τὸν Ὡρομάσδην, ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν Σατανᾶν. Ille Satanas Arimanius est notissimus: at de Ζαρουὰμ non est cur aliquis dubitet; Syriace ad verbum, ἀρχηγὸς πάντων, *sator omnium*.

(10) Solius cœli καὶ τῶν οὐρανίων dominum, reliquorum incuriosum credebant, qualis vulgo ignotus Grughumo Africanorum in Leone Afric. (nos alibi plenius de illo), vel Βαλσάμης Phœnicum in Philonis Byblicnsis fragmentis (apud Euseb. *Præp. Evang.* I; de quo ingeniosissime ὁ μακαρίτης Scaliger: Τοῦτον γὰρ Θεὸν ἐνόμιζον μόνου οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ, בעל שמים, dominus cœlorum: epithetum quod sæpissime Deo Judæi tribuunt, ut Esr. c. VI: לאלה שמיא. Unde et forte cœli numen adorare dicti: *Nil præter nubes et cœli numen adorant* (Juven. XIV, 97). Non pertendimus tamen neque Arabibus aliquid illius fermenti inbæsisse, quia frequentissima illis hæc jurandi formula per cœli Deum vel Dominum. Cæterum illas nugas habeban' in libro quem Gigantæum vocabant, Γιγάντειον Photio (*Bibl.* cod. 85); forte et ex evangeliis suis quæ κατὰ Θωμᾶν καὶ Φίλιππον habuerunt: Leont. *De Sectis* (p. 432).

(11) Τῶν ἐγκοσμίων τὸ κράτος Satanæ tribuebant quem ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων, κόσμου κράτορα et κοσμοκράτορα vocabant impie prorsus illi, sed sancti Patres pie. Œcumen. in Epist. I Joannis (c. II, 15): Τούτου δὲ τοῦ κόσμου πατὴρ ὁ διάβολος, τῆς κοσμικῆς φημι ἡδυπαθείας καὶ συγχύσεως. Aliique sine numero. Damascenus pariter et Athanasius κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου δαίμονας vocant, diversa prorsus a Manichæis ratione, sed magi diversissima, apud quos septem κοσμοκράτορες δαίμονες sunt. Liber nugicanoricrepus et fictus, *Testamentum Salomonis* ms.: Καὶ ἐκέλευσα παρεῖναί μοι ἕτερον δαίμονα, καὶ εἰσήλθοσαν πνεύματα συνδεδεμένα, εὔμορφα τῷ εἴδει. Κἀγὼ Σαλομὼν ταῦτα ἐθαύμασα, καὶ ἐπηρώτησα λέγων· Καὶ ὑμεῖς τίνες ἐστέ; οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν ἔφησαν μιᾷ φωνῇ καὶ εἶπον· Ἡμεῖς ἐσμεν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα, οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου, Ἀπάτη, Ἔρις, Κλώθων, Ζάλη, Πλάνη Δύναμις, etc.

(12) Ex *Iliad.* O, 187:

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου ἐσμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε Ῥεία,
Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων·
Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς

Loquacissimus interpres Eustathius τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου, τὸ συνέχον αἴτιον τὴν θάλασσαν, τὸν ὑπὸ γῆν ἀέρα, somniat.

λήλοις ὁμόφρονες· τὸ δ' ἐντεῦθεν τριχῇ ταῖς γνώ- A
μαις δείστανται. Οἱ μὲν γὰρ τούτων νέμουσιν ἀμφοῖν τοῖν υἱοῖν τὸ σέβας (κἂν γὰρ πρὸς ἀλλήλους διαφέρεσθαι φῶσι νῦν, ἀλλ' ὅμως ἄμφω σεβαστέον ὡς ἐκ πατρὸς ἑνὸς καταλλαγησομένους ἐπὶ τοῦ μέλλοντος)· οἱ δὲ θατέρῳ τῷ νεωτέρῳ λατρεύουσιν, ὡς τῆς κρείττονος καὶ ὑπερκειμένης μερίδος κατάρχοντι· τὸν πρεσβύτερον οὐκ ἀτιμάζοντες μὲν, φυλαττόμενοι δ' αὐτὸν ὡς κακοποιῆσαι δυνάμενον. Οἱ δὲ χείρους αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν τοῦ μὲν οὐρανίου διϊστῶσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ πᾶν, αὐτὸν δὲ μόνον τὸν ἐπίγειον Σαταναὴλ (13) ἐνστερνίζονται. Τῶν τε ὀνομάτων τοῖς εὐφημοτέροις ἀποσεμνύνοντες πρωτότοκον τὸν ἀλλότριον ἐκ πατρὸς καλοῦσι, φυτῶν τε καὶ ζώων καὶ τῶν λοιπῶν συνθέτων δημιουργὸν τὸν φθοροποιὸν καὶ ὀλέθριον. Ἀποθεραπεύειν δ' αὐτὸν καὶ μᾶλλον ἔτι B
βουλόμενοι, φεῦ! ὁπόσα παροινοῦσιν εἰς τὸν οὐράνιον. φθονερόν τε λέγοντες εἶναι, τάδελφῷ παρᾳλόγως διαφθονούμενον εὖ διακοσμοῦντι τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ φθόνῳ τυφόμενον σεισμοὺς (14) καὶ χαλάζας (15) καὶ λοιμοὺς ἐπάγειν. Διὸ καὶ ἐπαρῶνται αὐτῷ ἄλλα τε καὶ τὸ παλαμναῖον ἀνάθεμα (16).

consentiunt, in ea vero quæ consequitur, trifariam sententiis differunt. Eorum enim alii utrique filio cultum divinum deferunt (quamvis enim dissidere nunc alterum ab altero dicant, ambos tamen adorandos asserunt, quippe qui ab uno patre procedentes olim sint in gratiam redituri); alii autem alterum illum venerantur, tanquam melioris et supramundanæ regionis moderatorem; seniorem interim honore suo nequaquam dedignantes, ita tamen ut ab ipso sibi caveant, tanquam eo qui nocere possit. Cæterum qui maxima inter eos impietate laborant, cœlestis illius cultu se prorsus abdicant, terrestremque solum Satanael pectorum suorum penetralibus induunt: quem insignioribus nominibus venerantes, Primogenitum eum, qui a Patre alienus est, appellant, plantarum omnium, animalium et cæterorum compositorum corporum creatorem, eum qui corruptionis perniciei auctor est. Quem ut majore etiam honore cultuque prosequantur, Dii boni, quod contumeliis cœlestem illum lacessunt! quem invidum esse fratri dicunt: quippe qui nefando eum odio prosequatur, a quo terrestria recte administrentur: qui etiam invidiæ fastu elatus terræmotum, grandinem et famem inducat. Proinde cum alia ipsi imprecantur, tum et exsecrandum illud anathema.

CAPUT III.

Quare Satanael Dei filius ab Euchitis dicatur. Hæreseon origo a Satana. Quam cæci mentisque capti sint hæretici, qui dæmonis illusiones non deprehendant.

ΤΙΜΟΘ. Τίσι δὲ λόγοις, ὦ Θρᾷξ, πεπείκασιν ἑαυτοὺς τὸν Σαταναὴλ υἱὸν Θεοῦ καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν, τῶν τε προφητικῶν καὶ θείων χρησμῶν ἕνα Υἱὸν πανταχοῦ λεγόντων, τοῦ τε ἐπιστηθίου (17) κατὰ τὰ ἄχραντα Εὐαγγέλια κεκραγότος περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· καὶ αὖ, C
ὁ Μονογενὴς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς ἐξηγήσατο. Πόθεν οὖν αὐτοῖς ἐπῆλθεν ἡ τοσαύτη πλάνη,

ΘΡΑΞ. Πόθεν ἄλλοθεν, ὦ Τιμόθεε, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ ψεύδους ἄρχων ταῦτα περιαυτολογῶν τῶν ἀνοή-

TIMOTH. Quibus rationibus, o Thrax, adducuntur Euchitæ, ut Satanael filium Dei esse credant, et dicant propheticis divinisque oraculis unum ubique Filium astruentibus, sanctoque illo, qui supra pectus Domini recubuit, in sacris Evangeliis clamante de Deo et verbo, *Gloriam quasi unigeniti a Patre*[1]; et iterum, *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit*[2]? Unde igitur in tantum errorem impegerunt?

THRAX. Undenam, o Timothee, nisi quia mendacii princeps hæc ex seipso confingens, vecor-

[1] Joan. I, 14.

GAULMINI NOTÆ.

(13) Inde Sataniani dicti Nicetæ in *Thesauro orth. fid.* a numinis sui cultu, cui et tribuebant τινὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς Γραφῆς· Leont. p. 432 *De sect.* Nec soli colucre. Ophitæ in Philastr. init. Hodie Calecutensium Deumus notissimus ex Ludov. Vartom. (v, c. 2). Nec alios exscribo. — Tollius *Insign. it. Ital.*, p. 107, ait esse pro Σατανᾶν, insuper monens errare Psellum, quod Euchitis originem sectæ a Manete repetat, cum hæ sectæ initio longe diversæ fuerint, sed postea in unum confluxerint, salva tamen sententiarum seu dogmatum diversitate. EDIT.

(14) Σεισμοὺς immittit, sed per ἀγγέλους σεισμῶν, ut credebant illi siderati, quos magi quinque esse agnoscunt, puto, ob quinque σεισμῶν εἴδη, quia sunt ἐπικλινίαι, βράσται, ῥῆκται, σεισταὶ, ἴζηματίαι. Astrologus man. plura disserit. Inde et veteribus Persarum, si nebuloni Græculo adhibenda fides est, οἱ μάγοι τῶν σεισμῶν.

(15) Ἀγγέλους χαλάζης inde nugantur magi; quos primi Babylonii commenti sunt. Sed et μάγους χαλάζης habuerunt. Docuerat Jamblicus ἐν Βαβυλωνικοῖς. Photius (*Bibl.* cod. 94, p. 241), ex illo: Καὶ μάγον μυῶν, ἐξ οὗ καλεῖσθαι καὶ τὰ μυστήρια ἀπὸ τῶν μυῶν· πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν μυῶν μαγικήν· καὶ μάγον δὲ λέγει χαλάζης. Mox ab illis Græci magicas χαλαζῶν ἐκχύσεως καταστολὰς καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλαττίων ἀπευδιασμοὺς didicerunt: Malch. et Jambl. in Vita Pythag. Pariter λοιμῶν ἀποπροπαὶ notiores sunt, quam ut debeant illini huic chartæ.

(16) Proverbialis loquendi formula, ἐπαρᾶται ἀνάθεμα, quam alibi observamus. Glossar. Reg. ineditum (ἐκλογὴν κατὰ στοιχεῖον vocant): Χάρμα, κατάρα. Prorsus τὸ χάρμα Syriacum est חרמא *charma*. Nemo sanæ mentis dubitabit.

(17) Ὁ Ἐπιστήθιος est discipulus ille quem diligebat Jesus; ut ὁ Θεόπτης, Moses; οἱ Ἀνάργυροι. Cosmas et Damianus (*Jus. Gr. Rom.* περὶ ἡμεροἀπράκτ.).

dium illorum mentes fascinat. Qui enim thronum se nubibus impositurum gloriatur. Altissimoque similem futurum prædicat, eaque de causa dejectus est in tenebras, is ipse illis apparens, seipsum primogenitum Dei esse ait, atque terrestrium omnium creatorem, qui pro animi arbitrio quæ in mundo sunt omnia susque deque ferat : atque hoc pacto in uniuscujusque cogitationem penetrans fucum dementibus facit, qui cum arrogantiæ mendaciique auctorem esse sibi persuadere, atque vana omnia insolentius efferentem ludibrio habere deberent, non ita faciunt, sed in omnibus ei fidem habent, agunturque naribus tanquam boves : atqui poterant eum non ita multo post mendacii convincere. Si enim ab eo petiissent, ut jactabunda illa promissionum lenocinia factis exhiberet, nihil aliud eum esse deprehendissent, quam asinum Cumanum leonis pelle amictum. quem rugire conantem rugitus coarguisset. Nunc autem velut oculis capti audituque privati, nec sane mentis compotes, nec eorum quæ sunt cognatione adducti, unum esse Creatorem vident, nec idipsum attestantes Scripturas [3] audiunt, nec ad rationis examen explorant, si duo eorum quæ sunt diversi creatores essent, haud unum fore ordinem illum conjunctionemque, quibus omnia colligantur atque connectuntur. Atqui asini quidem et boves, attestante propheta [4], nec præsepe, nec dominum suum ignorant, hi autem Domino suo longum valere jusso, eum sibi deum elegerunt, qui creaturarum omnium abjectissimus et despicatissimus est, seque adeo ipsos pyraustæ, ut proverbio fertur, in ignem præcipitant, qui jam olim et ipsi et coapostatis, hoc est defectionis ejus consortibus, præparatus est [5].

A των ἀπατᾷ τὰς γνώμας, ὁ γὰρ τὸν αὑτοῦ θρόνον θεῖναι (18) ἐπὶ τῶν νεφελῶν καυχώμενος καὶ ἔσεσθαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ λέγων, καὶ διὰ τοῦτο ἔκπτωτος καὶ σκότος γενόμενος (19), αὐτὸς οὗτος τούτοιν ἐμφανιζόμενος, υἱὸν Θεοῦ πρωτότοκον ἑαυτὸν ἀναγγέλλει καὶ τῶν ἐπιγείων ἁπάντων δημιουργὸν, ἄγειν τε καὶ φέρειν (20) τὸ ἐγκόσμιον πᾶν. Καὶ οὕτω, τὴν ἑκάστου ἄνοιαν μετιὼν, φενακίζει τοὺς ἄφρονας, οὓς δέον, κατὰ νοῦν λαβόντας ὡς ἀλαζὼν καὶ ψεύδους ἀρχηγός ἐστι, καταγελάσαι κομπάζοντος. Οἱ δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ πείθονται ταῦτα λέγοντι, καὶ ἄγονται καθάπερ βόες ἀπὸ ῥινῶν (21). Καίτοι ἐνῆν οὐ διὰ πολλοῦ φωράσαι ψευδόμενον. Εἰ γὰρ ἀπῄτουν αὐτὸν τὰς μεγαληγόρους ταύτας ἐπαγγελίας ἐπὶ τῶν ἔργων ἐνδείξασθαι, οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὁ περὶ Κύμην ὄνος ἐνδεδυμένος λεοντῆν εὑρέθη (22), ὃν ἤλεγχε βρυχήσασθαι πειρώμενον ἡ βοή. Νῦν δὲ, ὥσπερ ἐκκεκομμένοι τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἐκκεκωφημένοι τὰ ὦτα καὶ νοῦ μηδαμῶς μετέχοντες ἔμφρονος, οὔτε παρὰ τῆς τῶν ὄντων συγγενείας ἕνα τὸν δημιουργὸν ὁρῶσιν, οὔτε τοῦτ' αὐτὸ λεγούσης [τῆς Γραφῆς] ἐπαΐουσιν, οὔτε λογισμῷ βασανίζουσιν ὡς, εἰ δύο διεστῶτες τῶν ὄντων ἦσαν δημιουργοὶ, οὐκ ἂν ἦν μία τὰ πάντα συνδέουσα τάξις καὶ ἕνωσις. Καὶ ὄνοι μὲν καὶ βόες, κατὰ τὸν προφήτην, οὐκ ἠγνοήκασι τὴν φάτνην καὶ τὸν κτησάμενον· οἱ δὲ, χαίρειν τὸν ἑαυτῶν Θεὸν καὶ δεσπότην ἐάσαντες, θεὸν αὐτοὶ κεχειροτονήκασι τὸν ἐν τοῖς κτίσμασιν ἀτιμότερόν, καὶ ἕπονται οἱ πυραῦσται, κατὰ τὴν παροιμίαν (23), εἰς τὸ πῦρ ἑαυτοὺς καθιέντες, ὃ παλαι αὐτῷ καὶ τοῖς αὐτῷ συναποστᾶσιν ἡτοίμασται.

B

CAPUT IV.

De spurcissimis Euchitarum cæremoniis, qui sacrorum initio cibos et pocula oleto et stercore perlita degustant.

TIMOTH. Quid autem ex eo percipiunt lucri, C quod abjurato cultu divino a patribus accepto, certam in perniciem ruunt ?

THRAX. Certe num quid inde lucri percipiant, ignoro; nullum tamen eos percipere arbitror. Aurum enim, possessiones et gloriosam, ut se datura

ΤΙΜΟΘ. Κέρδους δὲ τίνος παραπολαύοντες ἐξόμνυνται μὲν τὸ θεῖον σέβας καὶ πάτριον, ὀλέθρῳ δὲ προφανεῖ στοιχοῦσι ;

ΘΡΑΞ. Κέρδους μὲν οὐκ οἶδ' εἴ τοῦ παραπολαύουσιν· ἀλλ' οἶμαι ὡς οὐδενός. Χρυσὸν μὲν γὰρ καὶ κτήσεις καὶ τὸ παρ' ἀνθρώποις δοξάριον εἴ καὶ

[3] Ibid. 18. [4] Psal. XVIII. [4] Isai. I, 3. [5] Matth. XXV, 41.

GAULMINI NOTÆ.

(18) Hoc ex fastu τοὺς χθονίους καὶ ψευδεῖς καὶ κακοὺς in theurgicis sacris agnoscunt magi medii ævi. Porphyr. Π. ἀποχ. (II, 42) : Βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ, καὶ ἡ προειστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. Nos sine ullo differentia omnes malos scimus et credimus.

(19) Habemus ab ipsomet mendacii patre testimonium verissimum. Ἐξοφώθημεν φωτεινοὶ ὄντες τὸ πρότερον · *Testam. Salom*

(20) Proverbialis loquendi formula, quam restituimus fidenter, sublato συν, quia συνάγειν legebatur. D

(21) Utimur hoc adagio Galli, *se laisser mener par le nez.*

(22) Affertur ὄνος εἰς Κυμαίους a Suida, ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ σπανίων, διότι παρὰ Κυμαίοις ἐδόκει φοβερὸς ὄνος (puta λεοντῆν ἐνδεδυμένος). Καὶ κατὰ τουτουσὶ τοὺς καιροὺς πάντες ἦσαν Κυμαῖοι σεισμοῦ καὶ χαλάζης φοβερώτερον εἶναι τὸν ὄνον ἡγούμενοι. Quæ verba alicujus vetusti scriptoris sunt. Apologus asini λεοντῆν ἐδεδυμένου cuique obvius.

(23) Zenobius : Εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς προξενούντων ἀπώλειαν. Ælian. lib. XII, c. 8, *Hist. Anim.* Simile in Suida χαρὰν πυραύστου χαίρειν, et in Eustath. Πυραύστης κανδηλοείστρα postea Tzetzæ Chil. 9. Cui non dictus Hylas?

(24) Πάτριον σέβας non est πατροπαράδοτον, ut accipit interpres, sed simpliciter paternum ; quia scelerati nebulones, patre et altero filio contemptis, solum Satanam, dignum se numen, colebant.

παρέχειν ἐπαγγέλλεται τὰ δαιμόνια, πλὴν οὐχ οἷά τέ A dæmonia polliceantur, dare certe non possunt, ἐστι διδόναι (25), μηδενὸς κρατοῦντα (26) · φαντάσματα δὲ τοῖς τελουμένοις ἐμποιεῖ ποικίλα καὶ ἐξαλλα, ἃς θεοπτίας οἱ θεοστυγεῖς καλοῦσιν (27). Ὧν βουλομένοις γίνεσθαι θεαταῖς, ἰοὺ ἰού, πόσα μὲν αὐτοῖς τῶν αἰσχρῶν τελεῖται, πόσα δὲ τῶν ἀρρήτων καὶ μυσαρῶν! ἅπαν γὰρ ἔννομον παρ' ἡμῖν ῥητόν τε δόγμα πρακτόν τε ἔργον ἀθετοῦντες, λυττῶσι, καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς φυσικοὺς ἀθετοῦντές εἰσι νόμους. Καὶ τὰς παροινίας εἰς γραφὴν ἐνεῖναι μόνης ἂν εἴη τῆς Ἀρχιλόχου βδελυρίας (28) ἔργον. Οἶμαι δὲ κἀκεῖνον, εἰ παρῆν, ὀκνῆσειν ἀξιῶσαι μνήμης ὄργια κατάπτυστα καὶ ἐξάγιστα, μήτε ἐφ' Ἑλλάδος, μήτε βαρβάρου γῆς γενόμενα πώποτε. Ποῦ γὰρ καὶ πότε καὶ παρὰ τίσιν ἠκουσταί που τῆς ὑγρᾶς καὶ τῆς ξηρᾶς (29) ἀπογεύσασθαι περιττώ- B ματος ἄνθρωπον, τίμιον ζῶον καὶ ἱερόν; ὃ μηδὲ τοὺς λυττῶντας θῆρας καρτερῆσειν οἶμαι. Ἀλλ' ὅμως τοῖς κακοδαίμοσι τούτοις προτελεῖται τοῦτο (30).

auditum fuit alicubi siccæ et arridæ, excrementum ab homine, venerando illo et sacro animali, degustari? Quod ne rabidas quidem feras facturas esse puto, ad hoc tamen exsecrandi illi sacrorum suorum initio faciunt.

ΤΙΜΟΘ. Δι' ἣν αἰτίαν, ὦ Θρᾷξ;

ΘΡΑΞ. Τὸ μὲν ἀπόῤῥητον, ὦ ἑταῖρε, εἰδεῖεν ἂν οἱ ταυτὶ τελοῦντες · ἐμοὶ δὲ πολλάκις ἀνερομένῳ πλέον εἶπον οὐδὲν, πλὴν ὅτι τῶν περιττωμάτων μεταλαχοῦσι φίλα σφίσι γίνεται καὶ προσήγορα τὰ δαιμόνια. Καὶ τουτὶ τὸ μέρος οὔτι μοι δοκοῦσιν ἐψεῦσθαι, καίτοι τἄλλα μηδὲν ἀληθὲς εἰδότες λέγειν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τοῖς ἀντικειμένοις πνεύμασιν ἥδιστον, ὡς τὸ τὸν φθονούμενον ἄνθρωπον, εἰκόνι τιμηθέντα θείᾳ, πρὸς τοσαύτην ὀλισθαίνειν ὕβριν. Τοιοῦτον μὲν δὴ τῆς ἀνοίας αὐτῶν τὸ ἀποτέλεσμα, κοινὸν ὂν οὐ μό- C νον τοῖς προεστῶσι τοῦ δόγματος, εἰς οὓς καὶ τὴν τῶν ἀποστόλων καταβρίπτουσι προσηγορίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Εὐχίταις καὶ τοῖς Γνωστοῖς (31) · τὴν δὲ δὴ μυστικὴν θυσίαν (32), ἀλεξίκακε Λόγε, τίς ἂν ἐξενέγκοι λόγος; Ἐγὼ μὲν αἰσχύνομαι (33), νὴ τὴν

THRAX. Arcanum quidem sacrum, o amice, ii noverint qui eo initiantur certe mihi quamlibet sciscitanti nihil aliud responderunt, quam excrementa degustantibus benevola tandem et affabilia fieri dæmonia. Et hac quidem in parte mihi neutiquam mentiri videntur, quamvis alias veri nihil effari soleant. Siquidem nulla res est quæ spiritus adversarios æque delectat, atque si homo, cui invident, quia divina imagine sit insignitus, eo contumeliæ prolabatur. Hic ergo est dementiæ illorum effectus, qui communis est non solum hæreseos antistitibus, quos apostolos appellant, sed etiam Euchitis et Gnostis. Mysticum porro seu arcanum illorum sacrificium, o Deus Verbum malorum averruncator! quisdam verbis assequatur? Me certe,

GAULMINI NOTÆ.

(25) Et tamen angelos sive dæmones divitiarum sibi fingunt. De aliquo ex illis *Testam. Salom.* Ἐμφαίνει θησαυροὺς, ποιεῖ δὲ καὶ τὸν χρώμενον ἀθεώρητον ὑπὸ μηδενὸς θεωρούμενον. Nugæ, quas viri docti pridem est cum ludibrio, ut fieri debuit, traduxerunt.

(26) Μηδενὸς κρατοῦντα, quia *Domini est terra et plenitudo ejus* (*Psal.* XXIII, 1).

(27) Θείας αὐτοψίας vocat Damascius in Isidori Vita apud Photium (*Bibl.* cod. 181, p. 1029). Illarum duo genera in theurgicis veteres constituere, τὸν αἰσθητικὸν τῶν ἐγρηγορότων, τὸν δὲ φαντασιώδη τῶν καθευδόντων. Jamblichus lib. *De myster. Ægyptior.* quomodo alia numina aliter appareant atque agant optime omnium ex theurgica doctrina distinguit; quo toto capite nihil apud veteres magos accuratius reperies.

(28) Illius qui *Lycambæ spretus infido gener* et quem ideo *proprio rabies armavit iambo.* Ἀρχιλόχου πατρὶς et Ἀρχίλοχον πατεῖν inde in Diogeniano (II, 95) et Suida, ἐπὶ τῶν λοιδορούντων καὶ κακηγόρων, notiora sunt. Nos, ne quod omnes sciunt dicamus, dabimus illius epitaphium, quod ex tempore scripsimus :

Ἰὸν ἀποστάζουσα σελὶς καὶ πικρὸς ἴαμβος
Εἴσετι μαινομένης μάρτυρες εὐσπίλης.
Βαιὸς Ἔρως καὶ πικρὸν ἔπος καὶ κηκάδα γλῶσ- [σαν
Καὶ ἐμὰ νίκησέν στήθεα πυρπολέων.
Κάμνε τὸ πῦρ θυμοῦ ἑτέρῳ πυρὶ (*Amoris scilicet*)· [ἀλλὰ Λυκάμβης
Ἠρέθισεν σφηκῶν ἐσμὸν ἀπηλεγέα.

(29) Reposui ξηρᾶς, quod deerat in ms. meo. Familiarem Hebræis loquendi modum, et Græcis postea, viri docti observarunt.

(30) Verum est, imo et signum τοῦ ἐνεργουμένου. Athanas. in Antonii Vita (num. 63) : Ἄλλος δέ τις τῶν ἐπιφανῶν ἦλθεν, ἔχων δαίμονα, πρὸς αὐτόν · ἦν δὲ ὁ δαίμων ἐκεῖνος οὕτω δεινὸς, ὡς τὸν ἐνεργούμενον μὴ γινώσκειν εἰ πρὸς Ἀντώνιον ᾖει, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ τὰ περιττὰ κατήσθιεν.

(31) Lege Γνωστικοῖς, qui notissimi ex Philastrio et aliis.

(32) Μυστικὴν θυσίαν nebulones acceperant a fidelibus Christianis, qui sacratissimum Eucharistiæ sacramentum τὴν μυστικὴν θυσίαν vocabant. Tamen αἱρετικῶν μυστήρια vocat occultas hæreticorum cæremonias Attaliata Procons. tit. III *Synopsis.*

(33) Alcæus :
Θέλω τι᾽ εἰπεῖν · ἀλλά [μα] κωλύει αἰδώς.

per sanctum pudorem juro, me illa affari pudet, quæ procul dubio libens reticuero. Quia vero me precibus tuis, o Timothee, prævertisti, et illa ut edissererem obtinuisti, modeste dicam, turpibus longum valere jussis, ni videar etiam, tanquam e proscenio tragœdiam agere.

A αἰδὼ, διὰ γλώττης ἄγειν, καί που καὶ ἐπεῖχον ἂν · ἐπεὶ δὲ σύ μου. Τιμόθεε, φθάσας κεκρατηκας, μετρίως φῶ, τὰ αἰσχίω παρεάσας χαίρειν, μὴ καὶ δόξω καθάπερ ἐν σκηνῇ τινι καὶ δράματι (34) τραγῳδεῖν.

—

CAPUT V.

Mystici Euchitarum sive potius exsecrandi sacrificii explicatio, quod cineribus et sanguine infantis ex incestu concepti et a se occisi constat.

Vesperi enim luminibus accensis, quo tempore salutarem Domini celebramus passionem, puellis quas sacrilegis sacris suis initiaverunt, in domum præscriptam deductis, luminibusque restinctis, ne lucem exsecrandi, quod designant, flagitii testem habeant, cum puellis libidinose volutantur, in quamcunque tandem, seu sororem, seu propriam filiam quilibet inciderit. Siquidem et in hac re se B dæmonibus rem gratam facere arbitrantur, si leges divinas transgressi fuerint in quibus cautum est, ne nuptiæ cum sanguine cognato contrahantur. Et hoc quidem sacro tunc peracto, domum dimittuntur. Novem autem mensium decurso spatio, instanteque tempore, ut infandi fetus ex infando semine procreati nascantur, eumdem in locum denuo conveniunt, quartoque post partum die infelices a matribus infantes depellunt, eorumque carunculis novacula circumscarificatis et incisis defluentem sanguinem phialis excipiunt, ipsos autem adhuc spirantes in pyram conjectos exurunt, tum postea eorum cinerem cum sanguine phialis contento miscent, pharmacumque abominandum componunt, quo cibos et pocula inficiunt, quemadmodum ii qui melicrato venenum inspargunt. C Et hæc est ipsorum communio, atque cæterorum, qui delitescens virus ignorant.

Ἐσπέρας γὰρ περὶ λύχνων ἁφὰς, ὁπόθ' ἡμῖν τὸ σωτήριον ἐξυμνεῖται πάθος (35), εἰς ἀποτεταγμένον δωμάτιον ἀγηρχότες τὰς παρ' αὐτοῖς ἐνασκουμένας (36) κόρας, τούς τε λύχνους ἀποσβεννύντες, ἵνα μὴ τὸ φῶς τοῦ γιγνομένου μύσους ἔχωσι μάρτυρα, ταῖς κόραις ἐνασελγαίνουσιν ὁποίᾳ ἂν ἕκαστος, κἂν ἀδελφῇ κἂν ἰδίᾳ θυγατρὶ, ξυντύχῃ. Οἴονται γὰρ κἀν τούτῳ χαριεῖσθαι τοῖς δαίμοσιν, εἰ παραλύσουσι τοὺς θείους θεσμοὺς, ἐν οἷς τὰ περὶ τῶν ἐξ αἵματος ὁμογνίου γάμων ἀπαγορεύουσι. Καὶ τότε μὲν ταυτὶ τελέσαντες ἀπαλλάττονται · τὴν δ' ἐννεάμηνον περίοδον ἀναμείναντες, ὅτε καιρὸς ἐκτεχθήσεσθαι τὰ ἐξ ἀθεμίτου σπέρματος ἀθέμιτα ἔκγονα, κατὰ ταὐτὸν ἁπαντῶσιν αὖθις. Καὶ δὴ, τῇ μετὰ τὸν τόκον τρίτῃ, τὰ δύστηνα τῶν μητέρων ἀποσπῶντες (37) βρέφη, καὶ ξυρῷ τὰ τούτων σαρκία περιαμύττοντες, τὸ ῥυϊσκόμενον αἷμα φιάλαις ὑπολαμβάνουσιν · αὐτὰ δὲ, ἐπὶ πυρὰν βάλλοντες (38), ἔτ' ἐμπνέοντα κάουσιν. Εἶτα, τὴν ἐκ τούτων τέφραν τῷ ἐν φιάλαις αἵματι φύροντες, σύνθετόν τι βδέλυγμα συντιθέασιν, ᾧ τά τε σῖτα καὶ τὰ ποτὰ λαθραίως μολύνοντες, καθάπερ οἱ τῷ μελικράτῳ παραμιγνύντες τὸ δηλητήριον, αὐτοί τε τούτων καὶ τῶν ἄλλων οἱ τὸ κρυπτόμενον μὴ φωράσαντες συμμετέχουσι.

GAULMINI NOTÆ.

(34) Proverbialis loquendi formula, quæ ubique obvia.

(35) Accepi de lucernario, ut vocat Augustinus, vel περὶ λυχνικοῦ, ut Græci. Ritum integrum hauries ex Menolog.; de quo vir diffusæ lectionis Meursius in Glossario. Sed antiquior illa temporis designatio, imo et vetustissimis Græcorum nota. Herodot. lib. VII, (215) : Ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἁφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου.

(36) In ms. eruditiss. viri Fed. Morelli erat ἐνησκημένας, ita ut legerat interpres; puta quod τῆς ἀσκητικῆς, vocabulo abuterentur illi tenebriones. In meo ἐνεσκαμμένας. Scio σκαμμάδας πόρνας in Varino; σκάμμα etiam turpi notione, ut sulcum et vomerem Lucretio, scrobem Arnobio, *scrobem virginalem effodere;* παρθενίαν ἀποσυλᾶν, Gelas. Id poetæ dicerent ὑποκλέπτειν φιλότητα et φιλότητος ἀνάγκην, Museo. Tamen rejicio illam lectionem. — Τὰς παρ' αὐτοῖς ἐνησκημένας κόρας significat puellas apud eos vitam asceticam professas. Ἐνεσκαμμένας vero mendum est; ex quo tamen suspicari datur Psellum scripsisse ἐνεσκωμμένας, *illusas, delusas.* Verum nolim asseverare. COTELERIUS.

(37) Extrabebant sacrificaturi dæmonibus, aliquando cæso ventre quod Lucanus (VI, 558) :

Vulnere sic ventris, non qua natura vocabat,
Extrahitur partus, calidis ponendus in aris.

Mantuanus illum locum in mente habebat, cum in vita Kath. scriberet. :

Viventum gravidas matrum secat ensibus alvos,
Immatura trahens, Stygiis quæ destinet aris,
Pignora : funestos docuit Proserpina ritus.

Quintiliani pariter pueri occisi sanguine initiati Epiphanio hæresi XL : Gnostici hæresi XXVII ; Carpocratiani Philastrio ; Cataphryges, Pepusiani Augustino Catalog. hæres., aliique plures, quorum D aut cœtus nequissimi aut infanticidia notissima. Ritus infandus primum a Simone Mago (Clem. Rom., quisquis ille fuerit, de rebus gest. Petri), ob illa male intellecta : « Nisi comederitis carnem Filii hominis, » etc. (*Joan.* VI, 54.)

(38) Ut arderent Satanæ. Antiquissimus ritus והספרים שרפים את בניהם באש לאדרמלך וענמלך אלה ספרוים Hebræorum magistri de illis ut et de מלך mira somniant. Ritus traducendi per ignem alius est, qui satis notus. Sed illius prima inter Græcos vestigia liquido exstant. Πύρσσος (πυρίσσος) Ἀχιλλεὺς Didymo, sive quis alius sit, ad Iliad. π. Scholiastæ Apollon. ad lib. IV *Argon.* (816), et et Aristoph. ad Νεφέλ.)106). Et de Carthaginiensibus nemo nescit, qui a Phœnicibus, ut Phœnices ab Assyriis habuerunt.

ΤΙΜΟΘ. Τί βούλεται οὗτος αὐτοῖς ὁ ἀποτρόπαιος μολυσμός ; A

ΘΡΑΞ. Πείθονται, φίλ' ἑταῖρε, διὰ τούτου τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς θεῖα σύμβολα (39) διωθεῖσθαί τε καὶ ἀπαλείφεσθαι· τούτων γὰρ ταῖς ψυχαῖς ἐνόντων, ὥσπερ τινὸς ἐν οἰκίσκῳ σημαίας βασιλικῆς, τὸ δαιμόνιον φῦλον δέδιε καὶ ἀφίσταται. Ἵν' οὖν δύνηται τὰ δαιμόνια ταῖς σφῶν ψυχαῖς ἐνδιατρίβειν ἐπὶ σχολῆς, τὰ θεῖα σύμβολα διώκουσι τοῖς βδελύγμασι τούτοις οἱ νήπιοι, ἀνθ' οἵων οἷα διαμειβόμενοι (40). Καὶ οὐ μόνοι τοῦτ' τὸ δεινὸν ἀγαπῶσιν ἔχειν· ἀλλ' ἵνα πρὸς τὸν αὐτὸν αὐτοῖς καὶ ἑτέρους ὑποσπῶσι βόθρον (41), ἀποπειρῶνται καὶ τῶν εὐσεβῶν τὰ καθάρματα (42), καὶ τούτοις τοῖς θαυμαστοῖς ἐδίσμασι λανθάνοντες ἑστιῶσι. Τάνταλοί τινες παρατιθέντες πανδαισίαν Πελόπειον.

TIMOTH. Quid hæc exsecranda corruptione tandem sibi volunt ?

THRAX. Ejus intermedio sibi persuadent, mi Timothee, divina illa nostris animis impressa symbola depelli atque aboleri. Illa enim animis nostris non aliter inhærentia, quam vexillum aliquod regium in ædibus, dæmones timent et adversantur. Itaque ut dæmones in eorum animis conversari queant, vecordes illi symbola divina spurcitiis hujusmodi exagitant, talia talibus compensantes; nec se solos hoc scelere contaminare volunt, sed ut alios etiam eamdem in fraudem pelliciant, pios quoque viros tentant abominandi epulones, eosque tam mirorum cibariorum apparatu clam, quidam quasi Tantali, convivio Pelopeo excipiunt.

—

CAPUT VI.

Querela de bonarum litterarum bonorumque morum studio, hæreticorum Antichristi præcursorum strophis et seditionibus ubique gentium profligato.

ΤΙΜΟΘ. Βαβαί, ὦ Θρᾷξ ! τοῦτο ἐκεῖνο ὁ πάλαι μοι πάππος ὁ πρὸς πατρὸς προσηγόρευσεν. Ἀσχάλλων γὰρ ἐγώ ποτε τά τε ἄλλα τῶν ἀγαθῶν καὶ δὴ καὶ τὰ μαθήματα ὑποῤῥεῖν, ἠρόμην ἐκεῖνον εἴ τις ἔσται αὖθις ἐπίδοσις. Ὁ δὲ, κάρτα γέρων ὢν καὶ πολλὰ τῶν ἐσομένων ξυνιδεῖν ἀγχίνους, ἠρέμα καταψήσας μου τὴν κόμην, καὶ βαθὺ στενάξας, Ὦ τέκνον, ἔφη, φίλον, ὦ παῖ, λόγους τὸ ἀπὸ τοῦδε ἤ τινα ἄλλην ἀρετὴν ἐπιδώσειν οἴει ; Καιρὸς ἐφέστηκε νῦν ὅτε βιώσουσιν οἱ ἄνθρωποι χεῖρον καὶ αὐτῶν τῶν θηρίων (43). Τὸ γάρ τοι κράτος τοῦ κοσμοκράτορος ἐγγὺς ἐπὶ θύραις ἥκει· καὶ δεῖ τῆς αὐτοῦ παρουσίας πρόδρομα κακὰ προηγήσασθαι, δόματά τε ἀλλόκοτα καὶ ἀθέσμους πράξεις, οὐδὲν τῶν ἐν Διονύσου τελεταῖς ἀμείνους· καὶ ἅπερ Ἕλλησι τετραγῴδηται, Κρόνος ἢ Θυέστης ἢ Τάνταλος τὰ ἔκγονα καταθύοντες, Οἰδίπους τε μητρὶ συμφυρόμενος καὶ Κινύρας τῇ θυγατρὶ, ταῦτα δὴ τὰ πάνδεινα καὶ περὶ πολιτείαν ἐπεισφρήσει τὴν ἡμεέραν. Ἀλλ' ὅρα καὶ φυλάττου, τέκνον. Ἴσθι γὰρ, καὶ πάνυ γε ἴσθι ὡς οὐ μόνον τῆς ἀπαιδεύτου καὶ ἀμούσου μοίρας, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῆς πεπαιδευμένης, εἰς ταῦτα συναπαχθήσονται. Ταῦτα ὁ μὲν, ὡς ἔοικεν, ἐπεθείασεν· ἐγὼ δὲ, ἔκτοτε καὶ εἰς δεῦρο τῶν ἐκείνου μεμνημένος λόγων, σοῦ ταῦτα λέγοντος νῦν θαυμάζων διατελῶ. B C

TIMOTH. Papæ ! hoc illud est mi Thrax, quod mihi pridem paternus avus prædixit. Cum enim aliquando graviter et iniquo animo ferrem, quod cum alia bonorum virorum ornamenta, tum vero maxime liberalium disciplinarum studia pessumirent, eum percontatus sum, numnam pristinis illis bonis accessio ulla fieri denuo posset. At ille jam senio gravis, et futurorum pleraque animo præsentiscere gnarus, sensim capitis hujus comam demulcens, et ab imo pectore suspirans. O chare fili, o puer, inquit, censen' vero fore, ut disciplinis liberalibus, aut cuivis alii virtuti, ulla unquam fiat accessio ? Tempus jam instat, cum homines vitam vel brutis animantibus deteriorem agent. Antichristi enim regnum jam pro foribus est. Cujus adventum necesse est mala præcurrere, absurdas inquam, hæreses, exlegesque actiones, nihilo Bacchanalibus orgiis illis meliores, quæque adeo Græcorum tragici poetæ in theatra invexerunt, Saturnus vel Thyestes, vel Tantalus, filiorum se sanguine commaculantes. Œdipus nefando cum matre concubitu se commiscens, et Cinyras cum filia, ea, inquam, malorum omnium gravissima, in nostram quoque rempublicam obreptura sunt. Sed attendito, tibique cavetо, fili. Scias enim, scias, inquam, futurum, ut plerique non tantum ex indocta illaet imperita populi fæce, verum etiam ex doctorum grege precipites ea in mala ferantur. Hæc ille, ut

GAULMINI NOTÆ.

(39) Θεῖα σύμβολα · quæ in anima constituunt magi ex Zoroastre (*Orac. Mag.* p. 22 θεῖα σύμβολα ψυχαῖς πατρικὸς νόος ἐνέσπειρε), illa deleri putabant ἀλογιστίᾳ τῶν παθῶν · Porphy. Περὶ ἀποχ. (I, 31). Chaldæi in anima ponebant divinitatis et originis suæ μνημόσυνον, quia esset θεότητος ἀποῤῥώξ, ut loquitur Nazianzenus; Platonici, quod docerent cum Pythagoræis, τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς γίνεσθαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος τοῖς τε ἐγκοσμίοις θεοῖς καὶ τοῖς δαίμοσιν καὶ τοῖς ἀγαυοῖς ἥρωσιν · Hierocl. ad Pythag. D

(40) Ἀνθ' οἵων οἷα διαμ. Adagium est de quo alibi plenius.

(41) Utimur Galli : *il est tombé dans la fosse qu'il avait préparée aux autres.*

(42) Καθάρματα · περικαθάρματα καὶ περιψήματα D. Paulus (*I Cor.* IV, 13), ἀντὶ ἀποβλήτων, sed et ἀπονίμματα Eustathius ad Homer. (*Ad. Od. A*); σπογγίσματα et λύματα etiam grammatici Græcorum ; illa tamen distinguunt. Ritus notissimus est καθαρμάτων, φαρμακῶν, etc.

(43) Prorsus habet ex Athanasio, apud quem Antonius de Arianis, ut iste de Manichæis : μέλλει τὴν ἐκκλησίαν ὀργὴ καταλαμοάνειν, καὶ μέλλει παραδίδοσθαι ἀνθρώποις ὁμοίοις ἀλόγοις κτήνεσιν. Utrumque suo tempore verum fuit.

e re nata constat, divino afflatus numine vacinatus est. Ego vero jam inde usque ad hæc tempora sermones illius memoria repetens, te nunc taliu dicentem subinde admiror.

THRAX. Est etiam mehercule, quod admireris, Timothse. Cum enim multæ perabsurdæ gentes apud Hyperboreos, multæ item circa Libyam et Syrtim ab historiographis esse memorentur, hujusmodi certe absurditatis flagitium nullum apud ipsos commissum, neque apud Celtas audies,neque si ulla gens alia Britanniæ proxima exlex et effera sit.

ΘΡΑΞ. Καὶ θαυμάζειν δεῖ σε, Τιμόθεε. Ἄτοπα μὲν γὰρ πολλὰ καὶ περὶ τῶν ἐν Ὑπερβορείοις ἐθνῶν, πολλὰ καὶ τῶν ἀμφὶ Διβύην καὶ Σύρτιν ἱστόρηται· τοιοῦτον δὲ κακίας εἶδος οὐδὲν ἀκούσῃ οὔτε περὶ αὐτοὺς, οὔτε περὶ Κελτοὺς, οὐδ' ἄν τι περὶ Βρετανίαν ἔθνος ἔκνομον καὶ ἄγριον ᾖ.

CAPUT VII.

Corpora, dæmonibus nihilo secius atque angelis ipsis cœlestibus esse hominibusque apparere.

TIMOTH. Certe dolendum est, mi Trax, quod hujusmodi piaculum in hunc nostrum orbem irrepserit. At vero suis eos hæresibus intabescere, malosque male perdi sinito. Me autem scrupulus nescio quis de dæmonibus multos ante annos subortus dubium discruciat, cum aliis de rebus, tum vero, an cacodæmonibus illis, malove genio percitis Euchitis videndos se dæmones exgibeant?

ΤΙΜΟΘ. Δεινόν γε, ὦ Θρᾷξ, εἰ τοιοῦτον μύσος εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς εἰκουμένην ἐπεχωρίασεν. Ἀλλὰ τούτους μὲν ἔα φθινύθειν, καὶ κακοὺς κακῶς αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐξαπόλλυσθαι· ἐμὲ δὲ δαιμόνων περὶ πολυετὴς ἀπορία διαταράττει, τά τε ἄλλα καὶ εἰ τοῖς κακοδαίμοσι τούτοις ἐμφανῶς ὁρῶνται.

THRAX. Atqui, o bone vir, eo illorum omnium studium, conciliabulum, sacrificium, cultusque divinus tendit, nihilque non spurcitiæ ab ipsis perpetratur, quo hujusmodi præsentiæ dæmonum compotes evadant.

ΘΡΑΞ. Καὶ μήν, ὦ λῷστε, πρὸς τοῦτο πᾶσιν αὐτοῖς ἡ σπουδὴ συντείνει καὶ ἔντευξις καὶ θυσία καὶ τελετὴ, καὶ πᾶν ἐπιῤῥητον καὶ ἀπόῤῥητον, τῆς αὐτοφανείας ταύτης ἕνεκα, παρ' αὐτοῖς τελεῖται.

TIMOTH. Qui vero, cum incorporei sint, exterioribus oculis apparent?

ΤΙΜΟΘ. Πῶς οὖν, μὴ σῶμα ὄντες, τοῖς ἐκτὸς ὄμμασιν ὁρῶνται;

THRAX. At, heus tu, dæmones incorporei non sunt; imo corporei, et circa corpora versantur; quod quidem vel ab ipsis venerandis Patribus, religionis nostræ antistitibus, ediscere possumus, si modo quis ea quæ illis exciendis necessaria sunt sedulo exsequatur. Audire vero multos quoque licet, qui eos sibi cum corporibus apparuisse dicant. Et magnus Basilius exponens Isaiæ verba, *Ululate sculptilia*[6] ait quia « idolis latenter assident astantes quidam dæmones ex impuris sacris voluptatem capientes. Quemadmodum enim in locis macellorum ubi cruor et sanguis jam corruptus invenitur, canes cupediis deditl commorantur; ita et dæmones gulæ servientes, voluptatemque ex sanguine ac nidore sacrificiorum captantes, circa aras statuasque sibi consecratas volutantur. Forte etiam nutriuntur eorum corpora quæ aeria sunt aut ignita aut ex utroque elemento composita. » Et rursus divinus ille Basilius, rerum quæ sub aspectum non cadunt, et nobis incognitæ sunt, inspector, non dæmonibus solis, at intemeretatis etiam angelis,inesse corpora contendit,quasi tenues

ΘΡΑΞ. Ἀλλ' οὐκ ἀσώματον (44), ὦ γενναῖε, τὸ δαιμόνιόν ἐστι φῦλον· μετὰ σώματος δέ γε καὶ ἀμφὶ σώματα διατέτριφε. Καὶ τοῦτο ἔστι μὲν καὶ παρ' αὐτῶν μαθεῖν τῶν ἡμεδαπῶν καὶ σεπτῶν πατέρων, εἴ τις τὰ αὐτῶν οὐκ ἀργῶς ἐπίοι· ἔστι δὲ καὶ πολλῶν ἀκοῦσαι, τὰς μετὰ σωμάτων αὐτοῖς αὐτοφανείας διηγουμένων. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, ἐξηγούμενος τὸ ἐν Ἡσαΐᾳ ῥητὸν, τὸ φάσκον « ὀλολύξατε, τὰ γλυπτὰ, » ταῦτά φησιν (45), ὅτι « τοῖς εἰδώλοις ἐκ τοῦ ἀφανοῦς δαίμονές τινες προσπτάντες παρακαθέζονται, τῆς ἀπὸ τῶν μιασμάτων ἡδονῆς ἀπολαύοντες· ὥσπερ γὰρ τὰ λίχνα κυνίδια περὶ τοὺς τόπους τῶν μακέλλων παρακαθέζονται, ἐν οἷς αἷμα καὶ ἰχῶρές εἰσιν, οὕτω καὶ τὰ λίχνα δαιμόνια, θηρώμενα τὴν ἀπὸ τῶν αἱμάτων καὶ τῆς κνίσσης τῶν θυσιῶν ἀπολαυσιν, περὶ τοὺς βωμοὺς εἵληται καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτοῖς ἀνακείμενα· τούτοις γάρ που καὶ τρέφεται τὰ ἀέρινα αὐτῶν σώματα, εἴτε καὶ πύρινα, ἢ καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στοιχείων μικτά. Καὶ πάλιν ὁ θεῖος Βασίλειος,ὁ τῶν ἀθεάτων ἐπόπτης τῶν ἡμῖν ἀδήλων,οὐ δαίμοσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀχράντοις ἀγγέλοις ἐνεῖναι σώματα διατείνεται (46), οἷά τινα πνεύματα λεπτὰ

[6] Isa x, 11.

GAULMINI NOTÆ.

(44) Dionys. *De cœlesti Hier.* c. 15. Οἱ θεόσοφοι τὰς οὐρανίας οὐσίας ἐκ πυρὸς διαπλάττουσιν.

(45) Basil. in Isaiam, t. I, ed. Garnerii, p. 558.

(46) Basilii testimonium quod laudat est cap. 16 ib. ad Amphiloch. *De Spiritu sancto* : Ἡ μὲν οὐσία αὐτῶν (περὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων) τὸ ἀέριον πνεῦμα, εἰ τύχοι, ἢ πῦρ ἄϋλον κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Διὸ καὶ ἐν τόπῳ εἰσὶ καὶ ὁρατοὶ γίνονται, ἐν τῷ εἴδει τῶν οἰκείων αὐτῶν σωμάτων τοῖς ἀξίοις ἐμφανιζόμενοι.

καὶ ἀερώδη καὶ ἄχραντα · καὶ τοῦ λόγου παρέχεται μάρτυρα Δαυΐδ, τὸν ἐν προφήταις ὀνομαστότατον, Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα λέγοντα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς φλογίνους. Καὶ πᾶσα ἀνάγκη · τοῖς γὰρ λειτουργοῖς καὶ ἀποστελλομένοις πνεύμασιν, ὡς ὁ θεσπέσιος ἀποφαίνεται Παῦλος, ἔδει σώματός τινος ὡς κινήσονται καὶ ἑστήξονται καὶ φανήσονταί γε. Οὐ γὰρ ἄλλως ταῦτα ἐνὸν, ἀλλὰ διὰ σώματός τινος, οὑτωσὶ τελεῖσθαι. A

ΤΙΜΟΘ. Πῶς οὖν ὡς ἀσώματοι πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς ὑμνοῦνται ;

ΘΡΑΞ. Ὅτι καὶ τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς θύραζε (47) καὶ τοῖς ἀπωτέρω καὶ θύραθεν εἰωθός ἐστι τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων σωματώδη λέγειν· ὃ δὲ λεπτομερές ἐστι, καὶ τὴν ὄψιν διαφυγγάνον καὶ τὴν ἁφὴν, ἀσώματον οὐ μόνον οἱ καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ἐκτὸς ἀξιοῦσι λέγειν (48). B

quosdam aereos defæcatosque spiritus; et in dictorum suorum confirmationem Davidem illum prophetarum omnium celeberimum testem citat cujus hæc verba sunt. *Qui facit angelos spiritus, et ministros flammeos*[7]. Quod ita se habeat necesse est. Ministris enim et in suam ablegatis provinciam spiritibus, ut D. Paulus asserit[8], corpore quopiam opus est, ut moveantur, et quiescant, atque adeo appareant. Nec enim fieri hæc alio modo possunt, at cujusdam corporis intermedio ita fiunt.

TIMOTH. Qui fit ergo, ut plerisque Scripturæ locis tanquam incorporei celebrantur?

THRAX. Et nostri et externi, atque adeo a nostra religione remotissimi et antiquissimi quique corpora illa, quæ crassiora sunt, corporea dicere solent, quod autem perexiguum est et pertenue, nec sub aspectum cadit, nec tactui exponitur, id incorporeum non solum religionis nostræ, verum etiam externæ superstitionis antistites appellandum censent.

CAPUT VIII.

De angelici corporis a dæmoniaco, splendorisque a solari differentia et discrimine.

ΤΙΜΟΘ. Ἀλλὰ τί δή ; τοῦτο τὸ συμφυὲς τοῖς ἀγγέλοις σῶμα πότερον ταυτόν ἐστι καὶ τοῖς δαίμοσιν ;

ΘΡΑΞ. Ἄπαγε · πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Τὸ μὲν γὰρ ἀγγελικὸν, αὐγάς τινα ἐξανίσχον ξένας, τοῖς ἐκτὸς ὀφθαλμοῖς ἐστιν ἀφόρητόν τε καὶ ἀνυπόστατον · τὸ δαιμόνιον δὲ, εἴ μὲν τοιοῦτον δή ποτε ἦν οὐκ οἶδα εἰπεῖν · ἔοικε δ' οὖν, Ἑωσφόρον Ἡσαΐου τὸν ἐκπεσόντα κατονομάζοντος · νῦν δὲ ἀλλά ζοφῶδες οἷον καὶ ἀμαυρόν ἐστι, καὶ τοῖς ὄμμασι λυπηρὸν, γυμνωθὲν τοῦ συζύγου φωτός. Καὶ τὸ μὲν ἀγγελικὸν παντάπασίν ἐστιν ἄϋλον · διὸ καὶ διὰ παντός ἐστι στερεοῦ διαδύνον καὶ διϊὸν, καὶ τῆς ἡλικῆς ἀκτῖνος ὃν ἀπαθέστερον. Τὴν μὲν γὰρ διὰ σωμάτων διαφανῶν ἰοῦσαν ἀποστέγει τὰ γεώδη καὶ ἀλαμπῆ, ὡς καὶ κλάσιν ὑπομένειν, ἅτε δὴ τὸ ἔνυλον ἔχουσαν · τῷ δὲ οὐδὲν αὐτῶν ἐστι πρόσαντες, οἷα μηδεμίαν ἔχοντι πρὸς μηδὲν ἀντίθεσιν, μηδέ τισιν ὁμόστοιχον ὄν. Τὰ δὲ δαιμόνια σώματα, κἂν ὑπὸ λεπτότητος ἀφανῆ καθέστηκεν, ἀλλ' ὅμως ἔνυλά πη καὶ ἐμπαθῆ, καὶ μάλισθ' ὅσα τοὺς ὑπὸ γῆν ὑποδέδυκε τόπους. Ταῦτα γὰρ τοσαύτην ἔχει τὴν σύστασιν, ὡς καὶ ἁφαῖς ὑποπίπτειν, καὶ πληττόμενα ὀδυνᾶσθαι, καὶ πυρὶ προσομιλήσαντα κάεσθαι, ὡς καὶ ἔνια τούτων ἀπολεί- C D

TIMOTH. Age vero, numnam corpus illud quod angelis innatum est, idem et dæmones habent?

THRAX. Apage, alterum sane ab altero permultum differt. Angelicum enim, quia extraneos nescio quos splendores emittit et ejaculatur, idcirco exteriores oculos fulgore suo perstringit, nec ab iis ferri tolerarive potest. Dæmoniacum vero an hujusmodi quondam fuerit, affirmare non ausim, fuisse tamen videtur. Cum enim qui lapsus est Luciferum vocet Isaias[9], nunc vero tenebricosum nescio quid et obscurum est, atque visu tristificum, utpote cognato lumine orbatum. Atque angelicum quidem omni prorsus materia vacat, quo fit etiam, ut semper solidum, penetrabile, atque permeabile sit ipsoque solari radio impatibilius. Hunc enim transparentia seu pellucida corpora permeantem ea refringunt, quæ terrena et opaca sunt. ita ut ictum quidem luminis ferant quippe qui materiæ non sit expers ; at angelico corpori hujusmodi corporum nullum obsistit, quippe cui nihil adversetur consentaneumve sit. Dæmoniaca vero corpora, quamlibet visum præ tenuitate subterfugiant, materiæ tamen nonnihil habent, patibiliaque

[7] Psal. civ, 13. [8] Heb. i, 14. [9] Isa. xiv, 12

GAULMINI NOTÆ.

(47) Οἱ θύραζε, Græci vel gentiles. Οἱ ἔξω Damascio contra Manich. ; ἡ ἔξω φιλοσοφία Gregorio Nyssen. in Vita Greg. Thaumat. (p. 241); σοφοὶ οἱ ἔξω in Theoriani legatione ad Armeniorum Catholicum, qui illorum patriarcha est. Disces ex Joseph. Ind. Quod moneo, quia vir doctus *consularem* interpretatus est. Habent a Pythagoreis Christiani. Malchus : μόνον τῶν δυσσυνέτων (lege δυσξυνέτων) παρὰ τοῖς ἔξω διαμνημονευομένων. Οἱ ἔξω apud illos sunt philosophi non ejusdem sectæ.

(48) Quos alios simul sentire inquit non exscribo, quia pridem est cum alii exscripserunt ; sed Aristotelem (*Metaph.* iv, 8) crucem philosophis relinquimus : Οὐσία λέγεται τά τε ἁπλᾶ σώματα, οἷον γῆ καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ὅλως σώματα, καὶ τὰ ἐκ τούτων συνεστῶτα, ζῷά τε καὶ δαιμόνια, καὶ τὰ μόρια τούτων.

A πειν τέφραν· ὃ καὶ συμβῆναι περὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Τούσκους (49) ἱστόρηται.

quodammodo sunt, eaque cum primis quæ subterraneos specus subeunt. Ea enim illorum est constitutio, ut contactibus exponantur obnoxiave sint, percussa ingemant, et flammis admota urantur, ut eorum, quorum nonnulla sui vestigium cinerem relinquant, quod in talia apud Tuscos accidere aiunt.

TIMOTH. Senesco, ut in proverbio est, mi Thrax, semper nova quæpiam addiscens, ut etiamnum dæmonas quosdam esse corporeos et passioni obnoxios.

ΤΙΜΟΘ. Γηράσκω, κατὰ τὴν παροιμίαν (50), ὦ Θρᾷξ, ἀεὶ καινὰ διδασκόμενος, οἷον καὶ νῦν δαίμονάς τινας εἶναι σωματώδες καὶ ἐμπαθεῖς.

THRAX. Novi nihil est, mi Timothee, si cum simus homines, ut ait ille, multa ignoremus. Nam perbelle nobiscum agatur, si una cum senectute mens nobis accrescat et adaugeatur. Porro sic tibi persuadeas velim, hæc neutiquam a me, veluti commentitiis quibusdam rhapsodiis conficta esse, ut Cretensibus aut Phœnicibus moris est: scilicet hæc me vel Servatoris ipsius verba[10] docuerunt quæ dæmonas igne puniendos asserunt, quem quo modo patiantur, si corpore careant? Fieri enim nullatenus potest, ut quod corporis expers est, id a corpore intertrimenti quidquam patiatur. Necesse est ergo, ut ipsi corporibus pœnas luant, quippe qui passioni sint obnoxii. Possum vero multa in medium proponere ab iis audita, qui se præsentibus eorum obtutibus objecerunt. Nihil dum enim tale quidquam a me visum est atque utinam a me hoc absit, ut terrificos dæmonum vultus conspiciam.

ΘΡΑΞ. Οὐδὲν, ὦ ἑταῖρε, καινὸν ἀνθρώπους ἡμᾶς ὄντας, κατὰ τὸν εἰπόντα, πολλὰ ἀγνοεῖν (51)· ἀγαπητὸν γὰρ εἰ καὶ γηράσκουσιν ἡμῖν ἐγγίνεται νοῦς. Πλὴν ἴσθι μηδ' αὐτὸν ἐῤῥαψῳδηκέναι με ταῦτα τερατευόμενον κατὰ τοὺς Κρῆτας ἢ Φοίνικας (52)· ἀλλ' εἰμὶ μὲν καὶ παρὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος λόγων πεπεισμένος ταῦτα, πυρὶ κολασθήσεσθαι φασκόντων τοὺς δαίμονας· ὃ πῶς οἷόν τε παθεῖν ἀσωμάτους ὄντας; B τὸ γὰρ ἀσώματον ἀμήχανον παθεῖν ὑπὸ σώματος. Ἀνάγκη γοῦν σώμασιν αὐτοὺς τὴν κόλασιν ὑποδέχεσθαι πεφυκόσι πάσχειν. Ἔχω δὲ καὶ πολλὰ κατακούσας παρὰ τῶν εἰς αὐτοψίας τούτων ἑαυτοὺς καθέντων· ἐμοὶ γὰρ οὐδέπω οὐδὲν τοιοῦτον τεθέαται· μὴ δὲ εἴη μοι δαιμόνων ὄψεις εἰδεχθεῖς θεᾶσθαι.

—

CAPUT IX.

Dæmonia lucifuga, aquea et subterranea, tanquam materiæ affecta passioni obnoxia esse, spermaque emittere atque ali.

Cæterum cum monacho quoddam in peninsula Græciæ contermina degente collocutus sum; nomen ei Marco et ad Mesopotamiam genus referebat. Qui cum mystes et inspector, si quis alius, diabolicorum phasmatum, seu spectrorum fuisset, ea quidem tanquam vana et falsa flocci fecit et abjuravit, palinodiamque canens veris fidei nostræ placitis subscripsit, quæ quidem a me audita et percepta edidicit studiose. Itaque multa ille dixit atque declaravit absurda et diabolica. Et cum ab eo aliquando sciscitarer, Numnam sint ulli dæmones passioni obnoxii? Maxime, inquit, quemadmo-

C Μονάζοντι δέ τινι περὶ χεῤῥόνησον τὴν ὅμορον Ἑλλάδος ξυγγέγονα· Μάρκος ὄνομα τούτῳ ἦν, καὶ τὸ γένος ἐπὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν ἀνέφερεν· ὃς τελεστὴς και ἐπόπτης, εἴπερ τις ἄλλος, τῶν δαιμονίων γεγονὼς φασμάτων, ταῦτα μὲν ὡς ἕωλα καὶ κατεψευσμένα περιεῖδέ τε καὶ ἐξωμόσατο, παλινῳδίαν δὲ ᾄσας, δόγμασι προσέθετο τοῖς ἀληθέσι καὶ ἡμετέροις, ἃ καὶ ἐσπουδασμένως παρ' ἐμοῦ κατήχηται. Πολλὰ γοῦν οὗτος εἰπέ τε καὶ ἐπεσάφησεν ἄτοπα καὶ δαιμόνια. Καί ποτέ μου πυθομένου εἴ τινές εἰσι δαίμονες ἐμπαθεῖς, Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς· ὥστε καὶ σπερμαίνειν (55) τούτων ἐνίους καὶ σκώληκας ἀπο-

[10] Matth. xxv, 41.

GAULMINI NOTÆ.

(49) Ubi? quando? disputavimus libello (non edito) *De magia druidarum*.

(50) Solonis: Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

(51) Arabes habent: *Dicitur homo esse filius defectus*: Cent. 2, adag. 14. Quæ proverbia eruditissimo et linguarum orientalium callentissimo Errenio debemus.

(52) Κρητίζειν, ἀντὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾶν. *Nota magis nulli domus est sua*. Φοινικικὸν pariter ἀντὶ ψεύδους. Plato, μηδὲν καινὸν, ἦν δ' ἐγὼ, ἀλλὰ φοινικικόν, lib. III, (§ 20) *De republ.* Ψεῦσμα φοινικικὸν Straboni pariter lib. III. Junius in Adagio *Phœnicium mendacium*. Etiam Phœnicum fides tibi notissima erit ex Anton. Diog. ὑπὲρ Θούλην, in Phot. *Bibl.* cod. 166).

(53) Theologi longo et fidente paratu sudarunt in D hoc pulvere.

(54) Nemo nescit adagium, cujus a Stesichoro et Helena origo. Isocrat. in *Encom. Helenæ* § 23: Ἐπεδείξατο καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν· ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος· ἐπειδὴ δὲ, γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε.

(55) Ἰδοὺ δὲ καινὸς οὑτοσὶ παλαίφατος, sed ἀλαοσκοπίην ἔχει. Theologorum et medicorum filii pene omnes moverunt hunc lapidem de Merlino Anglo, quem ab incubo dæmone seminalum esse narratur, familia cygni, crocottis indicis ut plura dicere nugari sit. Huc pertinet solidorum in corpus infusio tam mirabilis, de qua vir doctiss. et piissimus Delrius docte pariter et pie in *Disquisit. magic.*

γεννᾶσθαι τοῖς σπέρμασιν. Ἀλλ' ἄπιστον, ἦν δ' ἐγώ, περίττωσιν ἐνεῖναι δαίμοσι καὶ μόρια σπερμογόνα καὶ ζωϊκά. Μόρια μὲν αὐτοῖς, ἢ δι' ὃς, οὐκ ἔνεστι τοιαυτί· περίττωσις δέ τις ἐξ αὐτῶν ἐστι. Καὶ λέγοντι πείθου μοι. Ἀτὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, κίνδυνος αὐτοῖς καὶ τρέφεσθαι καθ' ἡμᾶς. Τρέφονται, ὁ Μάρκος εἶπεν, οἱ μὲν δι' εἰσπνοῆς, ὡς τὸ ἐν ἀρτηρίαις καὶ ἐν νεύροις πνεῦμα, οἱ δὲ δι' ὑγρότητος· ἀλλ' οὐ στόματι (56) καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὥσπερ σπόγγοι καὶ ὀστρακόδερμα, σπῶντες μὲν τῆς περικειμένης ὑγρότητος ἔξωθεν, αὖθις δὲ λαβοῦσαν σύστασιν σπερματικὴν ἀποκρίνοντες. Τοῦτο δὲ πάσχουσιν οὐ πάντες, ἀλλὰ μόνα τὰ πρόσυλα τῶν δαιμόνων γένη, τό τε μισοφαὲς καὶ τὸ ὑδραῖον, καὶ ὅσον ἐστὶν ὑποχθόνιον.

A dum et sperma nonnulli eorum emittunt, et vermes quosdam spermate procreant. At incredibile est, inquam, excrementi quidquam dæmonibus inesse, vasave spermatica et vitalia. Vasa quidem eis, inquit ille, hujusmodi nulla insunt, superflui autem seu excrementi nescio quid emittunt; hoc mihi asserenti credito. At vero, inquam, eos more quoque nostro ali oportet. Marcus ad hæc : Aluntur, inquit, alii quidem inspiratione, ut spiritus arteriis nervisque contentus ; alii humiditate, non tamen ore, ut solemus, excepta, sed spongiarum testaceorumque piscium more adjacentem quidem humorem extrinsecus attrahentes, posteaque concretionem spermaticam excernentes. Hoc autem non omnia patiuntur, at ea solum dæmoniorum genera, quæ materiæ affecta et obnoxia sunt, lucifugum, inquam, et aqueum, et quodcunque subterraneum est.

CAPUT X.

Aerem, terram, aquas, universum denique mundum dæmonibus scatere plenumque esse.

Πολλὰ δ' ἐστὶν, ὦ Μάρκε, δαιμόνων γένη ; ἀνηρόμην αὖθις. Πολλὰ, ἦ δ' ὅς, καὶ παντοδαπὰ τὰς ἰδέας τε καὶ τὰ σώματα, ὡς εἶναι πλήρη μὲν τὸν ἀέρα (57) τόν τε ὕπερθεν ἡμῶν καὶ τὸν περὶ ἡμᾶς, πλήρη δὲ γαῖαν καὶ θάλατταν καὶ τοὺς μυχαιτάτους καὶ βυθίους (58) τόπους. Ἀλλ', εἴ τι μὴ ἐπαχθὲς, ἀπαριθμητέον ἕκαστα, ἔφην. Ἐπαχθὲς, ἦ δ' ὅς ἄττα ἀπωμοσάμην, ταῦτα διὰ μνήμης ἄγειν. Πλὴν οὐ παραιτητέον, σοῦ κελεύοντος. Οὕτω δῆτα εἰπὼν, πολλὰ δαιμόνων ἀπηρίθμησε γένη, προστιθεὶς ὀνόματά τε αὐτῶν καὶ ἰδέας, καὶ τόπους οἷς διατρίβουσι.

B Multane vero sunt, o Marce, subjeci continuo, dæmoniorum genera? Multa, inquit ille, et formis corporibusque omnimoda : ita ut iis plenus sit aer, et qui supra nos est, et qui nobis circumfunditur; plena etiam terra, plenum mare, plena denique ima subterraneorum penetralium loca. At vero, ni molestum tibi sit, singula sunt enumeranda, inquam. Molestum, inquit ille, fuerit, si quæ semel ejeci, ea in memoriam revocem. Cæterum hoc quidquid est oneris, te præsertim jubente, minime detrectandum est. His itaque dictis multa dæmonominibus, formis et locis, in quibus versari num genera percensuit, subjunctis etiam eorum solent.

ΤΙΜΟΘ. Τί οὖν, ὦ Θρᾷξ, καὶ σὲ πρὸς ἡμᾶς ταῦτα ἐπελθεῖν κωλύει ;

TIMOTH. Quid autem obstat, o Thrax, quominus et tu nobis illa edisseras?

ΘΡΑΞ. Τὰ μὲν κατὰ μέρος, ὦ βελτιστε, τῶν τηνικάδε λεχθέντων οὔτε τότε μοι κατὰ λόγον ἐσπούδαστο, καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ μνήμης ἄγω. Καὶ τί γὰρ ἔμελλον ἀποίσεσθαι κέρδος, ὀνόματά τε αὐτῶν καὶ ἦ αὐλίζεται γένος ἕκαστον, καὶ οἷον ἐνδάλλεται, καὶ τίσι διαλλάττουσιν ἀλλήλων διαφοραῖς, ἐκφροντίσας ἔχειν; Διὸ καὶ ὡς ἔωλα ταῦτα παρῆκα διαῤῥυήσασθαι· ἐκ πολλῶν δ' ὀλίγ' ἄττα κατὰ νοῦν συνέχω, καὶ τούτων ὃ ἂν ζητήσῃς ἐρωτῶν ἀκούσῃ.

C THRAX. Singula, vir optime, quæ tunc ab illo dicta sunt, neque sigillatim, verbumve de verbo ediscere studui, neque nunc in mentem mihi veniunt. Quid enim lucri reportaturus inde fuissem, si mente captus nomina eorum infigere memoriæ voluissem, quove loco unumquodque genus eorum versetur, quibusnam in rebus inter eos conveniant, quibus denique discriminibus inter se differant. Proinde vana hæc territamenta libens mihi memoria effluere passus sum, at ex multis pauca quædam recordor, quorum quidquid a me sciscitaberis, id audies.

GAULMINI NOTÆ.

(56) Quales ficti veterum ἄστομοι. Quod præcedit δι' ὑγρότητος, de Pythagora Diogen. (ap. Porphyr. Vita Pythag. p. 13) in ἀπίστοις ὑπὲρ Θούλην etsi ἄστομος non esset), ait Mnesarchum ἐπιτυχεῖν ποτε παιδὶ νηπίῳ ὑπὸ λεύκῃ μεγάλῃ καὶ εὐφυεῖ κειμένῳ· ἐπιστάντα δὲ θεάσασθαι ὕπτιον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀποβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτεῖ, καὶ τῷ στόματι ἐνόντα κάλαμον σμικρὸν καὶ λεπτὸν καθάπερ αὐλόν· θαυμάσαντα δὲ, καὶ δρόσῳ ἐκ τῆς λεύκης κατασταζούσῃ θεασάμενον τρεφόμενον, ἀναλαβεῖν, θείαν τινὰ νομίζοντα τὴν παιδίου εἶναι γένεσιν.

D

(57) Chaldæi primi docuerunt. Laert. I, 7 : Ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα κατὰ ἀπόῤῥοιαν ὀπὸ ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένην ταῖς ὄψεσι τῶν ὀξυδεκρῶν]. Christiani post Chaldæos. Athanas. in D. Antonii Vita, § 21 : Πολὺς μὲν οὖν αὐτῶν (δαιμόνων) ἔστιν ὁ ὄχλος ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ἀέρι, καὶ μακρὰν οὐκ ἔστιν ἀφ' ἡμῶν . . . πολλὴ δέ τις ἐστὶν ἐν αὐτοῖς ἡ διαφορά.

(58) Βυθίους. Nemo non videt. Omnia elementa occupant. Platonici rationem redderent. Ne ulla pars mundi ψυχῆς θνητοῦ φύσεως κρείττονος ἄμοιρος εἰt, γεννητοὶ θεοὶ illorum. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες. οὓς καὶ καλοίη ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς, καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων, οἱ μὲν ὁρατοὶ, οἱ δὲ ἀόρατοι, ἔν τε αἰθέρι καὶ πυρὶ, ἀέρι τε καὶ ὕδατι· ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζώου κρείττονος θνητοῦ φύσεως. Alcin. cap. 5.

CAPUT XI.

Sex esse summa dæmonum genera, eaque triangulo scaleno, ut cœlestia isopleuro, humanaque isosceli seu æquilatero analogice respondere.

TIMOTH. Atqui hoc ipsum a te primum discere velim, quotnam sint dæmonum ordines.

Vers. 146. Alia actio nata ex verbis, damni infecti· de qua elegans est Glossa Basilica, quam ita verto. Damni infecti, videlicet de imminenti et futuro damno, est prætoria stipulatio, ex obligatione verborum nata, quæ personalis est, et transit contra hæredes, et ad hæredes. Monetur autem, quando vicini domus propter subeuntem putredinem casum minatur, si noluerit vicinus ejus curam habere. neque stipulari. Quod si contingat ex illa ruina me damno affici, ad illud damnum resarciendum mittor in possessionem ruinosæ domus. Illud igitur timens vicinus universarum ædium dominus, stipulationem illam interponit. Ergo si nolit vicinus stipulari, mittor in possessionem ad reparandam domum : et si intra quatuor menses sumptus recipio a vicino, decedo de possessione, si vero non recipio, dominus fio possessionis ex altero decreto. Legendum enim hic existimo, εἰ δὲ οὐκ, δεσπότης γίνομαι τῆς ἑξ ἑτέρου νόμης.

Vers. 149. Accipe de stipulationibus olim hæredem inter et eum cui restitui debebat hæreditas, positis, de quibus. Vide Justinian, I· *De fid. hæred.* et in *Basilic.* tit. Περὶ φιδεκομισαρίων ἀνωγῶν ἀποκαταστάσεως Ἀποκαταστατική dicitur lib. XXVII. *Basilic.* tit. 7. cap. 41, et in Schol. Synops lib. XVIII, p. 186 : Ἡ κινουμένη κατὰ τοῦ προαγέντος ἀποκαταστῆσαί τινι κληρονομίαν.

Vers. 151. Legatorum absolute vocat satisdationem quæ legatariis ab hærede præstatur. Gloss. *Basil.* Λεγατόρουμ ἱκανοδοσίαν· Λεγατόρουμ, ὀνόματι λεγάτου De qua tit. ut leg. vel fideic. nom. can. vulgaris vocatur l. *filiusf.* CXIV. D, *De l.* I.

Vers. 154· Νουάτιον legendum, quæ est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfusio atque translatio. Hoc est, cum ex precedenti causa ita nova constituatur, ut prior perimatur. Novatio enim a novo nomen accepit. Gloss. Basilic. : Νοβάτιον· καινισμὸς καὶ μετάθεσις τοῦ παλαιοῦ χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχήν, ἀφ' οὗ τὴν πρώτην ἀναιρεθῆναι, Νοβάτιο δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς καινῆς ἤτοι τῆς νέας ἐνοχῆς. Easdem Glossas emenda Νοβανδιάνδιμ. Lege Νοβάνδι ἄνιμο, ἀνανεοῦντος ψυχή.

Vers. 197. Si quem ordinem hac in Synopsi observare licet, putarim huic versui subnectendos esse versus 780 ad 794, quibus deinde conjungerem versus 812 usque ad 843, insertis versibus 05 ad 812, donec rediret oratio ad versum 458, a quo κατὰ στοιχεῖον agere incipit de actionibus. Atque eo tractatu finito, in ordinem cogerem tractatum de temporibus versu 672, eoque acto ad hunc versum 198, retrogressus varias has regulas ex universo jure decerptas, una cum Novellarum regulis in unum colligerem usque ad versum 1078, a quo una linea ultima pars ad finem perducitur. At quia Græcorum interpretum penuria has in ambages nos detrudit, indigestos hos versus ita ut scripti sunt mendis solum manifestissimis liberabimus.

Vers. 205. Explicatio legis 202. D. *De reg. jur.* Πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν· εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπονται corrige ἀνατρέπεται, lib. II. *Basilic.*, tit. 3, c. 194. Ita apud Harmenop. lib. VI, tit. 2, § 35.

Vers. 202. Est regulæ definitio, ex l. I, D. *De div. reg. jur.*

Vers. 206. Hi versus excerpti sunt ex Institutionibus quarum tituli perversum carminum ordinem demonstrabunt. Vide lib. I, tit. 1 et 2.

Vers. 210 § 1, § 2. I *De jur. person.*, quo titulo § ult. cum dixisset Justinian. in servorum conditione nulla est differentia ; in liberis autem multæ. Ἔστιν οὖν ἄτομον ἡ δουλεία, ἐπὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων πολλὰς εὑρίσκομεν διαφοράς, ait Theoph. Inde sumpsit Psell. versum 212.

Vers. 214. Ex tit. *De ingenuis* I., § et e contrario, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ὁ γὰρ κυοφορούμενος οὐ βλαοήσεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς περιστάσης τὴν μητέρα. Theophil. ; alio tamen induxerat ille e quo Psellus dicens στερουῦσα τῶν πατρῴων.

Vers. 215. Ex tit. *Qui et quib. ex caus. manum. non poss.*, et § ult. vers. 216 et 217. Hodie tamen et anno 14, in testamento manumittere minor potest : Ἄδειαν εἶναι τοῖς νέοις ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ᾧπερ ἔξεστιν αὐτοῖς διατίθεσθαι περὶ τῆς ἄλλης αὐτῶν περιουσίας καὶ τοὺς ἰδίους οἰκέτας τελεύταίαις βουλήσεσιν ἐλευθεροῦν. Novelia 119 cap. 2.

Vers. 218. § *Si adversus* 12, *De nupt.* I. Versu 220, § *Edicto* 14, I. *De usu cap.* Vers. 223. § *Hæ mortis causa*, I. *De donat.* Vers, 226. § *Nam dotale*, I. *quib. alien. non lic.* Vers. 228, § *Nunc admonendi* 2, eod. tit. Versu 223 et seqq. tot. tit. *Per quas person. nob. acquir.* Reliquos versus percurre, et Institutionum locis, adapta, nullo servato titulorum ordine, nisi hos etiam versus velis invertere. Quædam tamen, raro licet, permista sunt ex diversis juris locis excerpta.

Vers. 235. Sunt ἰδικαὶ κτήσεις et καθ' ὁμάδα. § ult. I. *Per quas pers. nob acq.* Vers. 238 § ult. I. *De testam. ord.* Vers. 239, § 6 et seqq., I. eod. tit,, id est, eorum qui in eadem potestate sunt, nec in testamento testes esse possunt, nec alio in quovis negotio, in quo parentis vel suo aliqua utilitas versatur, l. *Qui testamento*, XX § *Quæ autem*, D. *Qui test. fac. poss.* Recte Harmenop. : Αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται, ὅταν δηλονότι μέλλῃ τικτᾶσθαι ὁ τὴν μαρτυρίαν προφέρων. Ex quo supplendum puto cap. 24, tit, 1, lib. XXI Synops. *Basilic.*

Vers. 249, § *si filiusf.*, I. eod. t., § 3 et seq., *De milit. test.* I : § 2, *Quib. non est perm. fac. testam.* Versu 243, § 1, I. *Quib, non est perm. fac. test.* Vers. 245, § *Præterea versic. filius.* eod. tit. Vers, 246 § *Emancipatus* 3, I. *De exhæreditat. liber*. Vers. 247, I. *De hæred. instit.* imp. Vers. 248, § *Hæreditas* 5, eod.t, Vers. 249 : videtur erroneus hic versus. vers. 250, eod. § 5. *Versio. ; neque enim ex parte*, I. *De hæred. institut.* Vers. 252, ex tit. de vulg. substit. ; videtur autem subnectendus versui 254 vers. 285.

Vers. 255. Redit ad lib. I. *Institut.*, tit. *De nupt.* § 1 *Inter eas*, et § *Si adversis* 12. Vers. 257, § *Aliquando*, 13 I., eod. tit. Vers. 239, § 4. Vers. item, non aliter. I. *de adoption.* A versu 221 ad 273 *ex tractat. de tutel. de suspecto* vers. 273 *accipe*, § 4. I. *De suspect. tut.*, et explica vers. 261 ex Novell. 22, cap. 40.

Vers. 274, § *Fere igitur.* 12 I. *De rer. divis.* Vers. 275 § *Est autem litus*, 3 I., *eod. tit.* Vers. 276. Theophil. § *Ripatum* 4, et § *Ex diverso*, 30 versic. Ἐκεῖνο, qui et canonem vocat. Vers. 277, ex tit. I *de servit.* Gloss. Basilic. : Ἄκτος ἡ πλατυτέρα ὁδος. Vers. 278, § *Quod autem*, 3 versic. : unde I. *de usucap.* Vers. 280, § *Posteriore* 2. I. *Quib. mob. test. infirm.* Vers. 281, *in princ.* tit. *De inoff. test.* I. *Ab hinc adversum* 365 Institutionum, et juris locis quæque adaptata : sufficiat ordinem demonstrasse in superioribus.

Vers. 365. Ad versum usque 477 ex Justiniani Novellis promiscue et ἀτάκτως diversas regulas colligit : ut vers. 366, Novell. in præfat., vers. 368, Novell. 18, cap. 4 ; vers. 369, *sine dubio* ex cap. 1. Novell. 1, quod et Glossa vulgaris notavit,

vers. 372. Novell. 22, cap. 22 ; vers. 373, Novell. 54 in præfat. et cap. 1 ; vers. 374 *passim* (*Vide* Novell. 22, cap. 41 in fin. et cap. 46, § 1) : vers. 575, Novell. 22, cap. 3 et Novell. 117, cap. 3 ; versu 337, Novell. 88, cap. 2 nisi de magistratib. defensoribus accipere malis; vers. 374. Novell. 94 et alibi ; vers. 380, Novell. 113, Ὥστε ἐν μέσῳ δίκης μὴ γίνεσθαι θείους τύπους, etc. ; versu, 377 Novell. 136, cap. 4. Τὸ μὴ προσήκειν ἀνεπερώτητον τρέχειν τόκον· vers. 379 , Novell . 12 . Περὶ ἀθεμιτογαμῶν. versu 385, forte legendum οὐ loco οἱ ex Novell. 124 ; vers. 386. Novell. 17, cap. 12 ; versu 388, ead. Novell. 17, cap. 9 ; vers. 389 et seqq., Novell. 134, cap. 10. Ad versum 407, vers . 402 ad 406, Novell. 118, cap. 21 ; vers. 413 et quod seqq., *vid.* Novell. de testibus 90 ; vers. 418 et seqq., ex Novell. *De exhib. et introduc. reis.* 53.

Vers. 436. Et illud apparet ex editione Latino-Græca Novellarum Justinian. in cujus margine sæpe scriptum ad Novellarum capita legitur, Οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ Βασιλικῷ· ut vers. 443 intelligit Novellas 24, 25 et seqq. *De præsidibus seu prætoribus diversarum provinciarum;* et versu 446. certum est legendum esse Περὶ ἐκκλήτων , ex Novell . 75. Περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας. Porro huic Novellarum tractatui, vellem subnectere Novellas Leonis, e quibus versus 843 ad 875 paucis exceptis, qui ex ipsis Novellis Justiniani excerpti sunt ; quodque continuationem horum versuum demonstrat.

Vers. 458. Hic actionum propria tractatio incipit, κατὰ στοιχεῖον ordinata : observato nimirum primo Latinæ vocis elemento ; interrupta tamen alienis versibus, quos, ut aliquem ordinem observemus, proprius in sedibus collocabimus.

Vers. 462. Notanda est Glossa *Basil.:* Αδούλτερις, lege Ἀδουλτερι ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου φυλαττόμενος (forte legendum) ἀπὸ Αὐγουστ.et ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλ., κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ (στόπτου στούπρου), καὶ μὲν μοιχεία ἐστὶν, ἐπὶ τῶν γαμουμένων. Τὸ δὲ στοῦπρον ἐπὶ παρθένων καὶ χηρῶν καὶ παίδων ὀρρένων κινεῖται. Ἀδούλτερ δὲ ὠνόμασται εἰς τὸ παραχαράττειν· ἀδούλτερ γὰρ ἡ παραχάραξις (lege Adulterium, vel ὁ παραχαράττης), καὶ ὁ μοιχὸς δὲ παραχαράττει τὴν ἀλλοτρίαν κοίτην, καὶ συγχεῖ τὸ τῆς φύσεως δίκαιον διὰ τῆς τῶν παίδων νοθείας.

Vers. 470. Recte θέσεως, est enim adoptio nomen rei quæ natura non est, jure tamen effingitur. Gloss. Basilic. Ἀδόπτιον, τεκνοποίημα, ita enim ibi legendum, et ἡ υἱοθεσία· quæ cum Ἀδοπτίονα, εἶδος υἱοθεσίας dixerunt, non tam ad hanc naturæ imaginem respexere ; quam ad adoptionem in specie sumptam, ut alia est ab adrogatione. Eo vero nomine adoptio apud Græcos passim fertur, ut in eo Schol. lib. xxxv, tit. 43, *Synops. Basil.* : Ἡ θέσις μιμεῖται τὴν φύσιν· adoptio imitatur naturam.

Vers. 481. Græci Icti legitimæ, falcidiæ, et tertiæ et quartæ partis nomen, post Justiniani Novellam confuderunt : adeo ut sæpe legitimam falcidiam dicant, et eam partem tertiam bonorum. Ut hic quartam quæ ex constitutione D. Pii adrogato, ex suis bonis relinquere debet, sive emancipet eum sive exhæredet, l. viii, § *Si quis impubes* D. *De inoffic.* ; l. i, § *Si impubere*, D. *De collat.* Theophilus tamen ad § 3, I. *De adopt.* et Harmenop. tit, 8, § 88, lib, v, τὸ τέταρτον μέρος dixerunt. Eodem modo supra versu 290 Psellus falcidiam tertiam partem dixit, ut Harmenop. lib. v, tit. 9, § , et *Basilic.* lib. xli, tit. 1, cap. 71 : Τὸ τρίτον τοῦ φαλκιδίου ἐκ πάντων τῶν λεγαταρίων πρὸς ἀναλογίαν παρακατέχεται, ita legendum observat C. Labbæus.

Vers. 477. Eo respiciunt Glossæ Basilicæ. Ἀκουίλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφθέν.

Vers. 486. Ἀμβίτους est legendum de qua lege Gloss. Basilic. Ambitus dicitur libido effrenata dignitatis, munerum datio, circuitus, corruptio judicii. Movetur autem contra eos qui magistratum, vel honorem pecunia emerunt. Infligit vero ambitus reo pœnam centum numismatum et infamiam, ut I. *Bas.* lx, tit. 46. Digest. 48, tit. 14. Ambitus est, et movetur contra corrumpentes judicia (lege κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις, non ut corrupte habetur τὰς κόρας) et pœnam non capitalem exigit : est lex Julia Publica, quæ ab omnibus jure publico moveri potest. Hacten. Gloss.

Vers. 489. Optime magis quam publicum, non quia publicum non sit, nam judicia inter publica numeratur, l. i, D *De public. jud.*, sed quia non est permissum mulieri publico judicio quemquam reum facere, l. i. D. *De accus. et inscript.*, nec militi. l. *Qui accusare* viii, eod. tit. neque servo : mulier tamen, miles et servus ad hanc, ex lege *Julia*, de *annona* accusationem admittuntur, l. *Mulierem* xiii ; D. *De accusat.* l. i, D. *De leg. Jul. de annon.*

Vers. 491. Τυραννεῖν vexare reddidi, id enim proprium est cujus criminis verbum, ut et attentare, l. *Annonam* vi : D. *De extraord. crim.* Verbum autem καταπραγματεύεται mutuatus est sine dubio Psellus a Gregorio Nazianzeno, qui eadem in re de Dardariis annonam flagellantibus loquens, ait : Τηροῦσι τοὺς καιροὺς καὶ καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας· in orat, funeb. Basil. Magn.

Vers. 493. Nectendi sunt hi versus superioribus de lege Aquilia : ea vero plebiscitum est, cum eam tribunus plebis rogaverit, ait Ulp. l. i, § 1. D. ad l' Aquil., Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι νομοθεσίαν ἀποδέξεσθαι ἣν διά τινος τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην. Justin. Novell. 18, cap. 8, ubi interpres Latinus πάλιν legit, non πάλαι. Porro quæ Psellus hic habet usque ad vers. 510 fuse habes l. de leg. Aquil. ; adverte solum vers. 500 τετράποδον legendum esse.

Vers. 510. Vi bonorum raptorum actio, quæ datur adversus improbe furantem, ait Justinian. in p. I. h. i. ἀναιδέστατον κλέπτην, Theophil. improbiorem furem, Julian. l. ii. § 9. D. h. i in eo differt ab actione furti, quod illa alias duplum, alias quadruplum exigatur : in hac vero semper pœna sit tripli. § *Quæ actio*, l. eod., quadruplum quidem exigit, sed in eo res comprehenditur, eod. § cum ea tamen concurrit, ita ut si furti videl. nec manifesti, qua duplum tantum exigitur, actum sit, pro duplo reliquo, quod action. *vi bonorum raptor.* repetitur, agi poterit l. i, D. h. t. Porro res tantum mobiles hac actione repetuntur : quare emend. Gloss. Basil. quæ habet : Βῖ βονόρουμ ῥαπτόρουμ. ἡ κατὰ τῶν ἁρπαζόντων πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα· lehe οὐκ ἀκίνητα ; l. i et ii, C. *vi bon. raptor.* Ita *Synops. Basilic.* lib. x, tit. 2 ; Ἡ βιαίας ἁρπαγῆς πραγμάτων ἀγωγὴ ἐπὶ τοῖς κινητοῖς, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις ἁρμόζει.

Vers. 520. Legendum est Depositi, quæ est actio bonæ fidei, et ideo et fructus et omnem causam, et partum in hanc actionem venire dicendum erit, l. i, § 23. *Hanc actionem* D. *Deposit.* ; imo et usuras ex mora, et ex usu, l. ii, iii, iv C. eod. Custodiam autem, et parem ac in rebus suis diligentiam et curam præstabit depositarius ; ideo de solo dolo tenebitur, et de ea latiore culpa quæ dolo proxima est l, *Quod Neru* 32, D. eod. Gloss. Basil. Κούλπα ἡ μεγάλη ἀμέλεια, ἡ δὲ μεγάλη κοῦλπα , δόλος ἐστίν. Eædem Glossæ editæ a C. Labbæo. Depositi est actio περὶ παρακαταθήκης obligationis quæ re contrahitur (τῆς ῥέ) præstat dolum, et latam culpam, et usuras semisses centesimæ propter moram, et usum, casibus fortuitis non subjacet, nisi illud convenerit : Infamat, et est perpetua, datur hæredibus, et contra hæredes. Movetur etiam con-

Quando venditor non cavet de his quæ edicto ædilium continentur, quanti emptoris intersit, intra sex menses agitur. l. *Si debitor.* XXVIII, D. *De ædilit. ed.* quod si res vitiosa sit, annu utilis est, l. *Sciendum* XIX § *ult.*; l. *Ædiles* XXXVIII, *in p.*, D. *eod.*; l. II, C. *De ædilit. action.* Vers. 690, l. *Sancimus* XLVI, C. *de episc. et cleric.*, quam non esse in *Basilicis* Eustathius testatur. Vers. 692, l. ult., C. *De non nu. pec.*; l. III C. *De dot. caut. non nu.* Vers. 695, l. I et l. ult., D. *de requir. reis*, Vers. 698, l. I, D. *De incend. ruin.* Vers. 703, l. XI, D. *De his qui not. iufam.* Olim decem menses, hodie duodecim, sunt luctus tempora legitima. Vers. 704, l. ultim. C *De dol.* vers. 705, l. *In contractibus* XIV, C. *De non num. pec.* Forte legendum vers. seq. δύο ἔτη σύναπτα. Vers. 707, Novell. 126 de alienat. emphyteus et locat. cap. 8; expellitur enim si ἐπὶ διετίαν μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν κανόνα. Vers. 710, Novell. 100 de temp. non sol. pec. sup. dot. Vers. 716, l. *Properandum* XIII. § 1, C. *De judic.*, ex qua supple : exceptis iis quæ ad jus fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, et ad legata et fideicommissa de quib. *Vide* Cujac. ad Novell. 1. Vers. 718, successit anno utili, quadriennium continuum, l. *Supervacuam ultim.*, C. *De tempor. in integ. restit.* Vers. 720, l. *Contra majores* XVI, C. *De inoffic. testam.* Vers. 721, l. *milites* XI, § *Adulterii* 4; l. *Quinquennium* XXXI, D. *Ad* l. *Jul. de adulter.* Vers. 722, l. *peculatus* VII, D. *Ad l. Jul. peculat.* Vers. 724, ita lege in Gloss. Basil. : Ἴνφανς ὁ ἑπταετής, καὶ ἴνφανς ὁ ἥττων τῶν ἑπτὰ χρόνων. Vers. 725, Nov. 123 de sanct. episc. cap. 13, quæ tamen οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν. At Eustath., e quo Psellus, octo annis minorem habet. Certe constat. ex synod. Nicæn. II, cap. 14, minores annis 18 lectores fuisse ordinatos. De his nos alibi. Vers. 726, Novell. 119 ut sponsal. larg., cap. 7, et C. *De præf. long. temp.* 10 vel 20 ann. Vers. 730, l. *Quæsitum* IX, D. *De sponsalib.* Vers. 736, l. I, D. *De postuland.* Vers. 737, § *Minorem*, l. *De adopt.* Vers. 739, l. *Omnes* II, C. *De his qui ven. æt. impet.* Vers. 742, male interpres Eustathii vertit litigare : judicare debuit dicere, l. *Cum lege* XLI, D. *De recept.* Vers. 744, Vide Eustathium Περὶ χρόνων κ' nu. 7, ubi exceptionem affert adulterii : e quo noster, ut et reliqua, quæ consule. Hæc indicasse sufficiat.

Vers. 775. Alia est actionum divisio, superiori actionum tractationi jungenda : huic est inferendus versus 805 et 806 nam compensatio bonæ fidei censetur, ex constitutione Justiniani l. ult. C. *De compens.* Psellus autem secutus est ordinem Justin. III § *In bon. fidei*, l. *De actionib*

Vers. 783. Hic abundat negatio, nisi legas οὐεστιματόρια, ea bonæ fidei est, l. *unic.*, D. *De æstimat. act. Vid.* tit. l. *De action.* ut has divisiones percipias.

Vers. 786. Accipe hunc versum de actione ex stipulatu, quæ rei uxoriæ actioni successit, et bonæ fidei facta est a Justiniano § *fuerat antea* 29, l. *De action.* l. *unic.*, *De rei uxo. act.*.

Vers. 787. Horum ordinem versuum supra notavimus : Per Falcidiam autem intellige legitimam liberis debitam ex Justiniani Novella, ut supra monui.

Vers. 801. Alia est actionum divisio, quod scil. aliæ simplum, aliæ duplum, triplum exigant, de quibus in seqq., et ab evictione, et duplæ stipulatione incipit, in qua Græci verbum, defendere, retinuerunt, ad rem defendendum debitorem convenire dixit, Hermogon. l. *Si plus* LXXIV, D. *de evict.* Ita Harmenop. lib. I tit. 9 § 21 : Ἀγωγὴν ἀναγκάζουσαν τὸν πράτην διαφενδεύειν.

Vers. 815. Ni me fallit conjectura, senatusconsulto facto Neratio Prisco et Annio Vero Coss. l. *Is qui servum* VI. D. *Ad leg. Cornel. de sicar.*, cautum est eos qui ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo, in quantum edicto prætoris actio daretur, tantum et fisco dare debere, l. *Quo naufragium* III, § *ult.* D. *De Incend. ru. nauf.* At prætor judicium in quadruplum dat, l. I, *in p.* D. *eod.* Eo modo Scholiastes *Basilicon.* interpretatur hæc verba, πρὸς τῇ ἤδῃ ὡρισμένῃ ποινῇ, quæ habentur lib. LX *Synops*, tit. 17, et apud Harmenop. lib. VI, tit. 7, § 6. Τουτέστιν, ait Scholiast., ἵνα καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ, ὅσον τῷ ἐνάγοντι. *Vide* Novell. 64, Leonis

Vers. 819. Forte hi versus sumpti ex tit. l. *De satisdat.* et tit. *De perp. et temp.*, qui titulum *De actionib.* sequuntur.

Vers. 836. l. *unic.* C. *Ex del. def.*, l. 1 D. *De priv. del.*, § *Pœnales*, I. *De perpet. et temp.*

Vers. 838. Hi versus ad 877 sequi debent tractatum Novellarum Justiniani, sunt enim excerpti ex Novellis Leonis. Ad hunc, *vid.* Novell. Justin. 127, C. 13, et Leonis Nov. 22, vers. 845; Novell. 34 et 35 Leonis. Porro hi versus scholii vice tit. 83 *Synops.* Attal. scripti sunt; ubique tamen vers. 846 legitur βαρβαρικῶς · malui de ensibus barbaricis accipere. Vers. 847, est solum ἄνευ, ut Novell. 35; quod vers. 849 recte notavit Leunclav. ex Novell. 34 Leonis excerptum, qua de tutore pupillæ suæ raptore agitur. Legendum autem adverte ποστημόριον vers. 844, in quo nomine emenda Glossas Basilicas quæ habent ποστιμονίου, νομίμου, πούστιον μέρος, τὸ νόμιμον μέρος.

Vers. 852. Quemadmodum locus qui ante atrium nostrarum ædium est, vestibuli loco cedit, eo modo in prædiis maritimis, id maris in quod illa prospiciunt, eis vice vestibuli servit; quare Græci πρόθυρον vocant. Eo in spatio et intervallo, quod non in directum solum, sed in transversum, οὐ μόνον κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίας protenditur, olim retia ad palos tendebant, in quibus pisces morarentur, et includerent, ἐποχὰς et θράνας sive τράνας dicebant, pro quibus ἰτησίους φόρους prædii dominus pendebat; cum ergo sæpe modica prædii latitudo, ad cujus mensuram jus domini in mare porrigebatur, amplis et ad piscandum commodis ἐποχαῖς non sufficeret, statutum est, ut a vicini prædii domino ejus προθύρου partem, ad legitimam θράναν vicinus acciperet, et lucrum ex piscatione ei communicaret, et ne in immensum hæ remoræ et epochæ extenderentur, consuetudine jam erat introductum ut 365 ulnas non excederent. quod Leo imp. confirmavit. Consule ejus Novellas 50, 57, 102, 103, 104; Harmenop. lib. II, tit. 1, n. 63. Attaliat. in *Synops.* fine, tit. Περὶ ἐποχῶν, et Cujac. lib. XIV, observ. 1.

Vers. 859. Leonis Novell. 92. Vers. 866, Novell. Leonis. 106. Vers. 869, Novell. Leon. 109.

Vers. 872. Alia est actionum divisio superioribus adnectenda; *vid.* l. I et seqq. D. *De his qui not. infam.*, et l. *De pæn. temp. litig.* Vers. 879 ad possessionem adipiscendam duo concurrere debent, animus et corpus, eorum alterum non sufficit : quemadmodum nec ad possessionem amittendam, satis est ex corpore excessisse, animo quippe eam retinemus. *Vid.* l. *Qui universas* XXXIX; l. *Possidere*, § *Saltu, et all.*; D. *De acq. poss.* Vers. 882, l. *Si quis in tantam* VII et seqq., C. *Unde vi.* Hæc ad interdicta de quibus supra refer.

Vers. 889. Nisi in tractatum actionum hi versus ad finem hujus partis redigantur, sub propriis titulis mutui, testium, testamenti, ordinem nullum video. Certe in προχείρῳ Harmenopuli, illi tituli leguntur, quos, aut illis similes percurrisse videtur Psellus : forte ex Μικρῷ, e quo Harmen. lib. III, tit. 5 Περὶ δανείου. Hic autem versus 60, l. *Creditores* X *et seqq.* D *De verb. et sig.*

Vers. 915. Ex l. III. *De primipilo*; lib. XII C. Scholiast. *Basilic.*; lib. VIII *Synops.*, tit. 5 : Πριμιπιλόν

ἐστιν ἡ στρατιωτικὴ ἀννόνα· ὡς ὅταν τις πριμίπιλον χρεωστῇ καὶ προῖκα, τὸ πριμίπιλον προτιμᾶται. Primipilum est militaris annona, quare si quis primipilum debeat, et dotem, primipilum præfertur. Et recte Theodorus Hermopolites, lib. IX, tit. 9 : Πριμίπιλόν ἐστι τὸ τοῖς πρώτοις ἀκοντισταῖς στρατιώταις διδόμενον σιτηρέσιον ἵνα διανειμῃ τοῦτο αὐτοῖς. Primipilum est annona, Primipilaribus data, ut militibus distribuant. Primipilares enim ad pascendos milites solemniter ad limites destinabantur, l. VI, C. *Th. De cohortal. princip. Vide* l. *Latis*, C. *In quib. caus. pig. tac. cont.* : l. *Non verum*. C. *De donat ; int. vir.*, etc.

Vers. 917. In *Micro*, vel eo libro, e quo hoc florilegium fecit Psellus, tractata reperit Primipili privilegia ea inter quod refertur, l. I. C. *De condict.*, ex leg. cujus occasione et forte ibi condictio ex lege definita est : unde hunc versum Psellus excerpsit, alias certe hoc loco erronem.

Vers. 920. Sequentes versus excerpti ex Μικρῷ, vel alio libro cui inscriptio ut in *Basilic.*, Περὶ μαρτύρων εὐπολήπτων καὶ ἀτίμων μαρτύρων· ex quo et Harmenop. collegit tit. 6, lib. I : quem consule, et jura ibi a Gothof. adnotata.

Vers. 925. Harmen. dict. tit. 6 14, n. : Αἱ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται· quod vertit Mercerus : Mulieres ibi testimonium ferre possunt ubi virorum prohibetur violentia. Ubi certe a scriptore Harmenopuli delusus est ; in eo namque legendum est θέα non βία. Gothofred. emendavit βίος. Debes autem accipere et Harmenop. et hic Psellum, testem esse posse mulierem in illis rebus probandis, ad quas viri non admittuntur. De his sensere *Basilica* lib. XXI *Synops.* tit. Περὶ μαρτύρων κεφαλ. ις'· Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται· quod ipsis verbis refert Harmenop. dict. tit. 6, n. 52. quo loco optime ejus Scholiastes : Ἐπὶ μέντοιγε τοκετοῦ, αἱ τὸν εἰρημένον σεμνότητος τρόπον φυλάττουσαι, δύνανται μαρτυρεῖν. Super partu vero illæ quæ dictam morum integritatem servaverint, possunt dicere testimonium. Exempla adhibe l. I, § 10, et al. D. *De inspic.* vent. et in sacris a quibus viri arcentur, et in balneis, ut eleganter observavit Attaliata in *Synopsi*. tit. *De testibus* : Πλὴν βαλανείου, καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται.

Vers. 927. L. VII, D. *de testib.* ; nec enim quæstiones servorum contra dominos, vel judicia, vel interrogationes, vel testimonia valent, contra alios testium penuria robur obtinent. Ead. l. VII, D. *De probat.* l. LVIII, § *ult.* D. *De ædilit. edict.*, l. I, § 16 et 9 ; l. IX, § *fin.* ; D. *De quæst.*, l. *Servus* VIII ; C. *De testib.* Indistincte tamen Justinianus servis testimonii facultatem videtur ademisse. Novell. *de testib.* 90, cap. 6, quam confirmavit Leo, Novell. 49.

Vers. 929. Hi versus usque ad 939 relati sunt in Synopsi Attaliatæ, partim sub nomine scholii Pselli, partim Attaliatæ. *Vid.* Harmenop. dict. tit. 6, n. 15. 16. l. *presbyteri* VIII ; l. *Nec honore* VII ; C. *De episc. et cler.* ; Novell. *De sanctiss. episc.* 123, cap. 7. Porro vers. 936. forte ὁποσχολάζουσι, legendum, et vers. 938, ἀληθῆ, ut apud Attaliat., vel ἀληθές. Vers. 939. Harmenop. ibid. II. 31 : Ἐπὶ τριάκοντα χρυσίου λίτρας, καὶ δύο ἀρκοῦσι πρὸς μαρτυρίαν, καὶ μέχρι δὲ πεντήκοντα τρεῖς ἀρκοῦσι. *Vid.* l. ubi numerus D. *De testib.* ; l. *testium* XVI, C. eod.

Vers. 954. Nota in hac ἀναργυρίας exceptione, aliud longe esse asseverare debitum solutum esse, quæ sane exceptio ad 30 annos durat, imo vix definiri potest, cum incertum sit, quo tempore creditor acturus sit, ac nisi ad ejus petitionem opponatur : aliud debitorem dicere, sibi pecuniam quam scriptura confessus est, numeratam non esse : hæc enim querela (ita Græcis μέμψις) olim quinquennio, hodie biennio terminatur : l. *In contractib.*, C. *De non num. pec.* ; aliud creditorem dicere, pecuniam quam acceptam et solutam scripsit, sibi a debitore non esse numeratam ; hanc enim exceptionem intra triginta solum dies a conscripta securitate creditor potest opponere, d. l. *In contractib.*, § *Super cæteris*. Atque ita recte Græci notant, lib. XXIII *Basilic.*, hoc tit. : Ἡ μὲν γὰρ διετία τότε δίδοται, ὅτε ἔχει χειρόγραφόν τις ὡς μέλλων δανείσασθαι, καὶ λέγει ὕστερον μηδὲν εἰληφέναι· Tunc dari biennium, cum quis chirographum a debitore accepit tanquam ei crediturus, qui deinde dicit, se nihil accepisse. Ἡ δὲ τριακονθημερία, ὅτε ὁ χρεωστούμενος ποιήσει ἀπόδειξιν, ὡς εἰληφὼς ἢ ὅλον, ἢ μέρος. Tunc vero triginta dies, cum creditor securitatem fecerit, quasi totum debitum, vel ejus partem receperit. Diversa item ratio est in dote : si quidem in dotalibus instrumentis, ut fieri mos est, numerata et soluta dos dicatur, marito vel successoribus decennium aut aliud tempus statutum competit ad excipiendum. Novell. 100 ; si vero dotalib. instrumentis confectis, securitas extra ea instrumenta de dote soluta scripta sit, nulla exceptio opponi potest, d. l. *In contractib.* Græci adhuc, cum κατὰ εἶδος προῖκος ῥητῶς ἐμφέρεται τῇ ἀποδείξει, species dotis nominatim securitate enarratur, præclusa est omnis exceptio ; at cum καθ' ὁμάδα δηλοῦται ἐν ταύτῃ in genere in ea dos soluta declaratur, competit jam supra definitum tempus. Ita Harmenop. lib. II, tit. 2, § 7, quod vice scholii habetur lib. XXXIII. *Synops. Basilic.*

Vers. 975. Modo inter eos aliquod negotium non agatur, ut si alter testamento sit hæres scriptus, l. *Qui testamento.* XX & *Quæcunque ;* D. *De testam.* § *In testib.*, *Sed et si filiusf.* I. eod. Vers. 977, ex Novell. Leonis 41, cum jur. civili et Justinianeo septem testes adhibeantur. Vers. 979, intellige de eo qui cautionem a testibus subsignatam a debitore suo accepit, qui sane intra 30 annos agere potest. Vers. 984, necesse autem habet vel jurare, vel referre : nescio an hoc vers. 983, ἤλατο, debeam reponere. *Vid.* l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor.*, *De jurejur.* ; l. *Delata* IX, *C. eodem.*

Vers. 986. Sine dubio loquitur Psellus de eo qui, ubi jusjurandum detulit, eo tamen nondum præstito, pœnitudine ductus, quippe qui novas probationes reperit, adversarium jurare non vult. Illi enim antequam lis sententia definita sit, relicto juramento, ad alias probationes transire permittit., l. *Jusjurandum* II, C. *De reb. cred. et jurejur.* Μεταπηδᾷν πρὸς ἑτέρας ἀποδείξεις, aiunt *Basilica*. Ita ut velit jurejurando non exacto, extra juramentum licere ab una defensione ad aliam desilire : quod lite jurejurando terminata non licet.

Vers. 987. Hic est ordo Harmenop., ut post tractatum de testibus, de jurejurando, et instrumentis, lib. I, a tit. 6 ad 8, de pactis verba faciat tit. 9, quem sequitur Psellus, qui hanc divisionem conventionum recte exposuit ex mente Ictorum l. V, VI, VII, D. *De pact.* Vers. 996, manifestum est hic οὐκ abundare. Vers. 1005, repondendum est ὁμώνυμον ἀγωγήν, vel ἐναγωγήν, ex l. *Jurisgentium* VII, § 1, D. *De pact.*

1019. Recte Psellus rem enarrare demonstratione actionem præscriptis verbis dixit : nam ubi contractus nomen non occurrit, ex quo agi possit, et inter partes aliquid actum et conventum est nominatim, contra quod aliquid fit ab altera partium, datur actio præscriptis verbis, si nimirum pacta et verba ad rem faciendam, vel dandam intercesserunt : quare optime Græci : Πραεσκρίπτις βέρβις ἡ τῶν συμπεφωνημένων ῥημάτων ἀγωγή· quod sine rei narratione et demonstratione non sit ; maxime si nihil conventum sed aliquid actum quod mea intersit dicam, tunc enim facta rei narratione (cum ex verbis quæ nulla præ-

scripta sunt a partibus, actio præscr. verb. dari non possit actio in factum dabitur : utraque incerta est, ut docte Psellus, propter incertam actoris intentionem, quæ condemnatione ejus quod interest definitur, id autem quod interest incertum est, *vid.* l. *Juris gentium* VII, D *De pact.* l. I, II, III, et tot. tit. D. *De præscr. verb.* Utraque quoque certo nomine caret ; præsc. tamen verbis proprius ad contractum accedit, licet utraque detur quasi contractum sit.

Vers. 1022. De pactis ex continenti, et ex intervallo, quæ informent actionem, quæ contractibus insint, quæ exceptionem pariant, quare et quomodo nuda sint, consule l. VII, D. *De pact.* ; Cujac. eo tit., et doctissimum responsum de nudis pactis, quod tom. II *Juris Græco-Rom.*

Vers. 1032. *Vide* tit. I. et D. *De rer. divis.* Videntur autem hi versus extra ordinem esse, at 1038 subnectendus tractatui de mutuo et creditorib., quem intellige cum distractum est pignus jure, puta a priore creditore, vel cum usucaptum a tertio bonæ fidei possessore : tunc enim cessat in rem hypothecariam, at personali contra debitorem agi potest. *Vid.* l. I, C. *Si advers. cred. præscr. oppon.* ; l. *Cum notissimi* VII, *C. De prescr.* 30 vel 40 ann. Forte et vers. 1042, 43, 1053, in ordinem cogendi sub tractatu de actionib. in littera Σ et Γ.

Vers. 1043. Ex l. I, D. *De suis et leg.* Vers. 1047, et ante, et post testamentum, et sine testamento codicilli scribi possunt. l. *Ante tabulas*, D. *De jur. codicill.*, quibus nec dari nec adimi directo hæreditas potest nec conditio hæreditati apponi ; fideicommissaria tamen potest, l. II, l. VI, l. X, *De jur. codic.* ; l. XXVII. D. *De cond. instit.* ; l. LXXV, ad senatusconsultum Trebell. Quare versu 1050 lege, εἰ μὴ κληρονομία, vel quid simile. Vers. 1053, l. *Stipulationum* V, D. *De verb. oblig.*

Vers. 1057. Putarim hic deesse copulam ; vult enim Psellus testamentum authenticum paternum et pupillare, unum et idem esse testamentum, licet duæ et diversæ sint hæreditates patris et filii, l. *Minorib.* II, § *Prius* 4, D. *De vulg. et pup.* Vers. 1059, irriti testamenti exemplum affert, et quo casu qui duo testamenta fecit intestatus decedat : primum enim secundo perfecto rumpitur, hoc vero repudiante hæreditatem hærede fit irritum : ieque est secundus modus ἀκυρουμένης διαθήκης ex quatuor ab Harmenop. relatis : quare vers. 1063 lege ταύτην μὴ ὑπαρχόμενος. Vers. 1065, *vide* diversos irriti testamenti modos apud Harmenop. lib. V, tit. 5. Περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης, ubi τρία πάθη ταῖς διαθήκαις παρενοχλεῖν ait ῥῆξιν, ἀκυρωσίαν, ἀτέλειαν, omisit μέμψιν de qua tit. seq. 6, de his, D. *De injust. rupt. irr.* Vers. 1072, puto potius ad querelam inofficiosi, quæ obtenta legitima (τρίσμερος, τρίτον, μερίδιον Græci vocant) excluditur, hos versus pertinere, quam ad versuum numerum (ut interpretatus sum), licet verum sit ultimam hujus operis partem solum superesse, ita ut jam duæ partes exactæ sunt : dubium facit vox λόγου· at Gloss. *Basil.* vocant φαλκίδιον, τὸν τέμνοντα λόγον.

Vers. 1073. Hæc ultima hujus *Synopseos* pars excerpta est a Psello e libris 60 *Basilicon*, quorum *Synopsis* eam nobis curiose investigantibus opem attulit, ut in horum versuum ordine nihil quid quam désiderari existimem. Itaque orditur a tit. 2, lib. II hic versus ex l. *Hominis* CLII, D. *De verb. sign.* Græci ibi : Τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ δηλοῦντας. Vers. 1075. l. *Verbum* VIII, § 1 D. *De verb. sign.* ; *Basilic.* : Τῆς ἀγωγῆς τὸ ὄνομα οὐ δηλοῖ τὴν παραγραφήν, attamen qui excipit, licet reus, et in jus vocetur, actor videtur, l. I, D. *De excepi.*, idque vult versus 1067. Vers. 1082, l. *Partum* XXVI. D. *De v. sig.* ; *Basilica* : Ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας, οὐκ ἔστι μέρος αὐτῆς. Vers. 1084, l. *Usura* CXXI, D. *De verb. sig.* ; *Basilica* : Ὁ τόκος τῶν ἀργυρίων οὐκ ἔστι καρπός. Vers. 1085, junge his versibus l. *Alienationis* XXVIII, § *ult.* ; l. XXIX ; l. *Sæpe* LIII ; l. *Triplici* CXLII, D. *De verb. slg.*, et lege, Ὁ μὴ συμπλοκὴν ἔχων, μὴ τομὴν λόγος. Vers. 1094, explica ex l. *Palam* XXXIII, D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Litis nomen* XXXVI, D. *De verb. sig.* Vers. 1113, l. *Armorum* XLI, D. *De verb. sig.* Vers. 1114, l. *Liberationis* XLVII, D. *De verb. signific.* Vers. 1108, l. *Cedere* CCXIII, § *Lata.* ; l. *Lata* CCXXIII, l. *Magna* CCXXVI, D. *De v. sig.* Vers. 1109, l. *Qui venenum* CCXXXVI, § *Glaudis.* D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Filii* LXXXIII, l. Ἡ τῶν τέκνων CIV, *Liberorum* CCXX, l. *Appellatione* LI, l. *Justa* CCI, D. *eod.* t. ; hic autem lege πάππος. Vers. 1113, l. *Absentem* CXCIX, § *Abesse*, D. *eod.* Vers. 1117, l. *Pecuniæ verbum* CLXXVIII, l. *Pecuniæ nomine* CCXXII, D. *eod.* Vers. 1121, l. *Latæ* CCXXIII, § *Amicos*, D. *eod.* Vers. 1124, l. *Vinculorum* CCXXXIV, D. *eod.* ; lege hoc versu ἔστι καὶ τῶν ἰδίων. Vers. 1126, l. *Plus est* XXII, l. *Restituere* XXXV, l. *Hæc verba* LXXIII, l. *Restituere* LXXV, D. *De verb. sig.*

Vers. 1129. Lib. II *Basil.* titul. 3, est de regulis juris, quo supra decurso a Psello, sequitur tit. 4, Περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου, ex quo certum est κανονικῶς τὴν μὲν τοῦ φάκτου ἄγνοιαν οὐδένα βλάπτειν, τὴν δὲ τοῦ νόμου πάντας βλάπτειν, cap. 8, eo. tit.

Vers. 1131. Tit. quintus lib. II *Basil.* Περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν, l. pen. *C. De precib. imp. off.*

Vers. 1133. Omissis tractatibus rerum ecclesiasticarum, et officiorum qui ad librum septimum concluduntur ex eod. lib., tit. de judic. et jurisd., colligit hunc versum l. *Placuit*, *C. De judic.* Vers. 1134, l. *Properandum* XIII, *C. eod.* Vers. 135, ex tit. eod. lib. Περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίαν τινῶν δυνατῶν. *Vide C. Ne lic. potent. patroc. litig. præst.* Vers. 1137, eod. lib. VII, tit. Περὶ προθεσμίων, etc., l. II et II, *C. De usur. rei jud.*

Vers. 1139. L. VIII *Basil.*, tit. Περὶ ψήφων δικαστικῶν. *Vid.* l. *Falsam* III, l. ult., *C. Si ex fals. instrum. vel testim.*

Vers. 1141. Ex lib. X *Basil.*, qui de restitutionib., tit. Περὶ φόβου. Vers. 1143, Περὶ δόλου, l. I. D. *De dol.* Vers. 1145, tit. Περὶ ἀφηλίκων, cap. 8.

Vers. 1146. lib. XI *Basil.*, ex tit. *De transactionib.*, cap. 1 et cap. 45, unde l. I, D. *De transact.* l. *Præses* XII, C. eod. Vers. 1148, eod. tit. them. 17, restitue. Vers. 1149, eod. tit. cap. 26, l. *Transfigere* XVIII, C. *De transact.* Vers. 1153, eod. tit., cap. 45, l. *Transact.* XXXVIII, C. eod.

Vers. 1155. Lib. XII *Basilic.* tit. Περὶ κοινωνίας, cap. 1, ubi lege ἢ ἀπὸ καιροῦ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν. l. I. D. *Pro soc.* Vers. 1156, eod. lib., tit. Περὶ κοινῶν πραγμάτων· ideoque majores etiam adversus eam restituuntur lib. III, C. *Commun. utriusque jud.*

Vers. 1161. Lib. XV *Basilic.* tit. Περὶ ἐκδικουμένων, etc., l. *Idem Pompon.* V, § *Idem scribit*, D. *De rei vindic.* Vers. 1163, eod. tit., l. *Julianus* XXXVII, D. eod. tit. Vers. 1167, eod. tit. ex l. *Si fundi possessor* LIII, D. eod.

Vers. 1169. Lib. XVI *Basilic.*, tit. Περὶ χρήσεως καρπῶν, cap. 7 et 27 ; l. *Si pendentes* XXVII, § 3 : l. VII, § 2, D. *De usufr. et quemad.* Vers. 1170, eod. lib. XV, tit. 8, Περὶ χρήσεως καὶ οἰκήσεως, cap. 15 ; l. *Eum ad quem* VII, C *De usufr. et habitat.*

Vers. 1175. Lib. 18 *Basil.* tit. 3, Περὶ ὑπεξουσίων, ex l. I, § *In fitiof.* D. *Ad senatus consultum Macedon.* : Οἱοσδήποτε ἀξιωματικὸς ὑπεξούσιος κεκώλυται δανίζεσθαι· πλὴν τοῦ ἔχοντος ἰδίοκτητον πεκούλιον, δανείζεται γὰρ μέχρι τοῦ πόσου τοῦ ἰδιοκτήτου πεκουλίου. Vocant Græci eum ἀξιωματικὸν qui potestatem aliquam vel magistratum ex-

ercet : et quid dignitatis nomine filio qui in dignitate est, qui forte decurionatum, l. II, D. *Ad municip.* ; vel ἀγωνοθεσίαν suscepit, l. *Si filia* XX § *Neratius*, D *Fam. ercisc.*, a patre datum est, non conferri dicit ex l, I, § *Se an. id.* 16, D. *De collation.* Harmen. lib. V, tit. 8, n. 29, his verbis : Οὐ συνεισφέρουσι τοῖς ἀδελφοῖς οἱ ἀξιωματικοί. Ita Matthæus Monachus, στοιχ. A. tit. Περὶ αἱρετ.. Hæreticos dicit, μήτε ἀξιωματικοὺς γίνεσθαι, μήτε διδάσκειν, etc.

Vers. 1178. Lib. XIX *Basilic.*, tit. Περὶ ἀγοράσεως καὶ πράσεως, l. *Cum ipse tutor* V, *C. De contrah. empt.* ; l. *Si in emptione* XXXIV, D. eod. vers. 1179, cod. tit., l. III, C. *Quæ res væn. non poss.* Vers. 1182, tit. 8, cap. 1, l. I. D. *De act. empt. et vend.* Vers. 1184, eod. tit. cap. 11, quod accipe de stipulatione duplæ, de qua intelligenda l. *Ex empto* XI, § *Idem Neratius* et seq., D. *De action. empt.* Vers. 1189, eod. tit., cap. 65, l. *Expulsos* ult. C. *De act. empt.* Vers. 1191, eod. tit., cap. 66, l. I, C. *De reb. al. non al.* Vers. 1197, Forte hic versus erat sub tit. *De re permutat. præsc. verb. vel. de ley. commissor.*, qui hoc eodem libro *Basil.* exstant.

Vers. 1201. Eod. lib. XIX. tit. Περὶ ἀναλύσεως πράσεως 10, cap, 41 et 54 ; l. *Quæro* LVIII, § *ult.*, D. *De ædil. ed.* et lib. XXII *Basil.*, tit., cap. 4, quod ita lege, Ὁ ἀγοραστὴς δεικνύει τὸν δοῦλον πρὸ τῆς πράσεως πεφυκέναι, l. *Emptorem* IV. D. *De probat.* ex punctis illis, ἐὰν μὴ δείκνυται, quæ ex cap. sequenti irrepserant. Vers. 1203, eod. tit. 1, Περὶ ἀποδείξεων, l. *Census* X, D. eod., quæ Attaliata in *Synopsi.* tit. 16, *De testib.* Vers. 1204, eod lib. XXII, tit. Περὶ βεβαιώσεως · *Vid.* Novell. 73, *De fid. instrum.* Vers. 1208, eod. lib., tit. Περὶ ὅρκου, cap. 1, l. I, D. *De jurejur.* Vers. 1209, ibid., cap. 1, l. III, in p , D. eod. Vers. 1210, ex l. *Sed si possessori* XI, § *Proinde*, D. eod. Vers. 1212, eod. lib. et tit., c. 26 ; l. *Eum qui* XXX, D. *De jurejur.* Vers. 1217, eod. tit., cap. 34, l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor*, D. *De jurej.* Vers. 1219, eod. tit. cap. 50. l. *Si quis jujusrandum* XI, *C. De reb. cred. et jurejur.* Vers. 1219, lege, ἐνδίκου ὅρκου, juramenti quod in litem præstatur ; ita scholium a C. Labbæo relatum, quod est Attaliatæ in *Synopsi*, tit. 18 *De jurejur.*, et in *Basilic.*, licet alio in scholio scriptum sit, Καὶ ὁ ἐν Λίτεμ, ita lego, ἤτοι ὁ ἐν δίκῃ · et in *Basilic.* hoc tit., cap. 4, τὸν ἐν δίκῃ ὅρκον, ut et cap. 10. De eo autem qui in hoc litis æstimandæ causa juramento pegeravit, non facile quæri solet, ait Paul. l. ult., D. *De in lit. jur.*, quemadmodum de perjurio ejus qui decidendæ litis causa juravit, quæritur ; l. *Si duo* XIII, § *ult.*, D. *De jurejur.* ; l. *ult.* ; D. *De crim. stellion.* ; idque voluit Psellus, hoc loco, ex cap. XI dict. tit. *Basilic.*

Vers. 1225. Lib. XXIII *Basilic* , tit. Περὶ τόκων, cap. 27, l. *Placuit* XXIX, D. *De usur.*, ex qua lege hic sitæ τόκον. Vers. 1227, eod. tit., cap. 61, l. *Si non sortem* XXVI, D. *De cond. indeb.* ; l. *Indebitas* XVIII, *C. De usur.* ; hic lege, πρὸ τοῦ. Vers. 1231., usuræ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, per tempora et minutim solutæ, non poterant jure antiquo in duplum computari, licet eodem jure usuræ duplum non excederent. L. *Usuræ* X, *C. De usur.* ; at ex Constitutione Justiniani, κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, ἢ κατὰ μέρος solutæ usuræ, τὸ διπλῶ συμψηφίζονται, vel, quod idem, τὸ διπγοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν, lib. XXIII *Basil.* eod. tit., cap. 72 et 73 ; quam Justiniani constitutionem in penul. et ult. C. *De usur.* divisit Leunclavius : eum sit Novell. Justin. 121, et Novell. 138, quam alibi Græce non habemus.

Vers. 1233. Lib, XXIV *Basil.*, tit. 1, cap. 12, l. *Cum quis* 12. D. *De condict. caus. dat.* quam auctor *Synops. Basil.* transtulit ad tractatum de donationib. lib. XLVII, tit. 3. Vers. 1236, eod. lib. tit. 1, cap. 21., relato in *Synops.* lib. LII, tit. 3, l. *Si a patre* V, l. *Fideicommissum* VII, C. *De condict. ind.* Vers. 1238, hoc lib. XXIV, tit. 4, cap. 2 ; habetur *Synops.*, lib. VII, p. 77 ; de eo agi hoc libro patet ex tit. 24 *Synops.* Attaliat. *Vide* l. II. C. *Ne uxor. pro mar.* l. IX ; C. *De bon. prosc.* ; Novell. 134, cap. ult. Vers. 1239, eod. lib. XXIV, tit. 6 ; cap. 4 ; retulit auctor *Synopseos* lib. XXXVII, tit. 8. *Vide* l. *Si procurator* 6, § ult., D. *De cond. indeb.*

Vers. 1241. Lib. XXV *Basil.*, tit. 3, l. *Cum debitor* VIII, D. *In quib. caus. pign. tac contrah.*, ubi Hotomanum negative legentem arguit Pselli ἄτοκον χρέος. Vers. 1244, eod. lib., lege δημοσίου, l. *Si hypotecas* VIII, C. *De remiss. pign.* Vers. 1246, ibid., l. *Creditor* IV, C. *De distruct. pign.*

Vers. 1248. Lib. XXVIII, *Basil.*, tit. 4, cap. 8 et 12, l. *Cum te sponsæ* IX : l. *Si mater vestra* XII, C. *Douat. ant. nupt.* Vers. 1250, eod. lib. XXVIII, cap. 54 ; ex Novell. Justin. 117, cap. 2, qui τοὺς μεγάλους ἀξι κεκ, μέχρις Ἰλλουστρίου dixit, loco Protospatharionum, ut Harmenop. lib. IV, tit. 6, n. 16. Recte utrumque, nam ex Gloss. *Basil.* Ἰλλούστριοι, πρωτοσπαθάριοι, Ἰλλουστρίων, ἀξιωματικῶν, ἢ συγκλητικῶν. Vers. 1253, eod. lib. XXVIII, tit. 6, cap. 1 ; ex Novell. Περὶ ἀθεμιτογαμιῶν 12, cap. 1 ; Γάμον ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει ὃν ὁ νόμος ἔγκειστόν τε. καὶ νεφάριον, καὶ δαμνάτον ; *Basil.*, ubi, Ἀθέμιτόν τε, καὶ παράνομον καὶ κατάκριτον.

Vers. 1256. Lib. XXIX *Basil.*, tit. 1, forte cap. 118, quod in *Synopsi* desideratur, ex l. *unic.*, § *Videamus*, C. *De rei uxor act.* ; Harmen. lib. IV, tit. 8, num. 52 : hic forte lege αὐτεξουσίᾳ γαμετῇ, et vers. 1258, εἰ δ' ἔστιν ὑπεξουσία. Vers. 1260, eod. lib., tit. 1, cap. 63, l. *Mutu* 73, § *Manente*, D. *De jur. dot.*, et lib. XXVIII. *Basil.*, tit. 8, cap. 20, l. *Quamvis* XX, D. *Solut. mat. Vid.* Harmenop. dict. lib. tit. 9 in princip. Vers. 1263, eod. lib. XXIV, tit. 10 ; *Vid.* l. 1, 2, 3, 4, 5, 6 et seqq., D. *De impens. in res dot. fact.* Mendosus, quidem videtur versus 1272, nisi ad superiorem retuleris. Vers. 1275, habetur tit. Περὶ ἀγωγῆς ἀφαιρέσεως πραγμάτων, lib. XXVIII, tit. 11 *Synops.*, sine dubio extra sdam sedem, cum lib. XXIX verset Psellus. Vers. 1275, eodem lib. XLIX, tit. 1, cap. 91 ; *Vid.* l. *Quoties* V. l. *Cum dotem* X, C. *De jur. dot.*, l. *Plerumque* XVIII, C. eod. *Vid.* Harmen. eo cap. 61 lib. IV, tit. 8, num. 5, Vers. 1276, neque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magua causa, et probabili, vel lege specialiter expressa ; neque pater de bonis uxoris suæ invitæ, ullam dandi habet facultatem, l. *Mater*, XIV, C. *De jur. dot.*, Οὐ μόνον οὐκ ἀναγκάζεται ἡ μήτηρ προικίσαι τὴν θυγατέρα αὐτὴν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῆς μὴ θελούσης · quod secus in patre qui lege Julia filiam dotare cogitur. L. capite 9, D. *De tit. nupt.* Vers. 1279, eod. lib. *Basil.* XIX, tit. 1, cap. 113 : Γυνὴ καὶ συνισταμένων ἔτι τῶν γάμων ἐὰν ἄπορον ὁρᾷ τὸν ἄνδρα, δύναται ὑπὲρ προικὸς, καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἔξω προίκων διακρατῆσαι τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ὡς ὑπὸ ὑποθήκης · ita legit. Harmenop. dict. tit. 8, n. 38, l. *Ubi adhuc* XXIX, C. *De jur. dot.* Parapherna dixi ἐξώπροικα secutus Gloss. *Basil.*, Παράφερνα ἐξώπροικὰ, οὕτω φασὶ καθ' Ἕλληνας. Sic enim ibi legendum et dict. loco *Basilic.*

Vers. 1286. Non liberorum numerus, non militia, non dignitas, non solus ipse patris consensus, filiam sui juris facit : certis modis patria potestas constituitur, natura, et adoptione : certis item modis solvitur, natura, iterum vel casu et emancipatione. Non nudo consensu, patria liberi potestate, sed actu solemni, vel casu liberantur: nec causæ quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solemnitas quæritur. Aiunt Impp. l. *Non nudo* III, C. *De emancip.*, actu solemni, scilicet emancipatione, quæ νόμιμος οὖσα ἡ πρᾶξις · Theoph, § 4, l.

De exhæred. lib. πρᾶξις ἁπλῶς, § 6 *Quib. mo. jus patr. potst sol. actus, et legis actio Ictis.* Cæterum hic versus collectus est ex lib. XXXI *Basil.* tit. Περὶ γονέων καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὑποταγῆς. Vers. 1283, eod. lib. XXXI, tit. 2, cap. 4, ex Novell. 89, cap. 12, § Ἵνα μή. 2.

Vers. 1300. Lib· XXXIII *Basil.* tit. 1 Περὶ υἱοθετούντων, cap. 52; quod habet apud Theophilum § 9 Τῶν γὰρ εὐνουχῶν. l. *De adopt.*, et Rarmonop. lib. II, tit. 9 Περὶ υἱοθεσίας. *Vide* l. *Spadonum* CXXVIII, D. *De verb. sig.*, ad quorum nominum differentiam observa locum Pauli Medici. lib. sexto, quo εὐνουχισμὸν faciendi varios modos affert. Quidam, inquit, fiebant excisione testium, quidam veretri etiam cum testibus, qui mingebant fistula ænea ut nunc quoque quibus ob morbum ea pars est secta. Quidam fiebant testiculorum attritione, ea vero erat: puello in balneo demisso paulatim testiculos atterere, usque dum velut dissipati evanescerent, atque contorquere, ut vena quæ illis alimentum defert, velut modo interciperetur, atque ita illi tabescerent. Itaque erant eunuchi testibus excisis, solis, aut etiam cum veretro: et contritis, qui propterea vocabantur thlibiæ, etc.

Vers. 1303. L. *Tunc autem* II, D. *De injust. rupt.* lib. XXXV *Basilic.*, ubi de testamentis agitur, et tit. 2 Περὶ ἀτελοῦς διαθήκης, ut patet ex tit. 32 *Synops.* Attal.; auctor tamen *Synops. Basil.* Lib. XXXIX, hunc titulum scripsit, nisi forte divisus est in ipsis *Basilicis*, ibi cap. 2: Ἡ ἀτελὴς δευτέρα τὴν πρώτην οὐ ῥήσσει· et tit. 20 lib. XXXV, cap. 2: Εἰ μὴ τελείαν τις ποιήσει βούλησιν, οὐκ ἀκυροῖ τὴν πρώτην, eleganti ratione petita ex Novell. 107, cap. 2: Ὥγε ἐξῆν διαῤῥῆξαι τὸ γινόμενον, καὶ ἑτέραν ποιήσασθαι βούλησιν, δηλοῦσαν τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ἣ προσήκει κρατεῖν· illi enim licuit quod factum rumpere, et aliam condere voluntatem, quæ ipsius supremam (interpres Latin. habet perfectam) sententiam demonstraret, quam valere convenit.

Vers. 1306, eod. lib. XXXV, tit. I, cap. 7. l. *A qua ætate* V, D. *Qui test. fac poss*

Vers. 1307. Non fallor si hos versus refero ad tit. *Si quis aliquem testari prob.*, cujus l. II Paulus ait: Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, et per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi, denegandæ sunt actiones ei qui dolo fecerit. Græci referunt lib. XXXV *Basilic.* tit. 3, cap. 2: Ὁ κατὰ δόλον κωλύσας τοὺς μάρτυρας εἰσελθεῖν, ἐκπίπτει τοῦ κλήρου, ejus prohibitiones hoc elegans exemplum affert Psellus, si peregere evacatis testibus sumptus et viatica quis deneget, is enim accedere prohibet, cum propriis sumptibus accedere testes non debeant, et, ut ait Caius l. *Sed si quis* VII. D. *Quemad. test. ap.*, sit iniquum, damnosum esse cuique officium suum: quare testibus ab eo qui producit et evocat dari debere impendia rescripsit Adrian, l. *Testium* § *Gubinio*, D. *De testib. et impp.* sumptus competentes dari l. *Quoniam* II, C, eod., et sumptus iisdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum id ipsa justitia persuadeat, ab eo hoc recognosci, qui evocandi personas sua interesse crediderit; l. *Eos*, 6, § 2, C. *De appellat.* Vers, 1310, eod. l. XXXV, tit. 7, cap. 1. *Vid.* tit. D. *De his quæ intestam. del.* et lege versu 1311: Εἰ δ' οὐκ, ἐῤῥώσθω εἰ δ' ἄλλως, ἔῤῥωται. Vers. 1312 *et seqq.*, ibid. tit. 12 Περὶ αἱρετικῶν ἐνστάσεων.

Vers, 1319. Lib. XXXVI *Basil.*, tit. 1 Περὶ κοδικέλλου.

Vers. 1324 Lib. XXXVII, *Basilic.* tit. 7, cap. 8, ubi τοὺς λόγους ἀποδῶσι· l. *Tutor* VII, § *ult.*; D. *De adm. tut.*: *Lucius* XLVI, § 3, eod. t., ; l. I, § *ult·*; D. *De usur.* Vers. 1326, ex eod. lib. vel ex XXXVIII, quo etiam de tutorib. agitur. Si enim tutor per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emptio nullius momenti sit, l. *Pupillus* V, § 3. D. *De auct. et cons. tut. ut si uxor*, l. *Cum ipse tutor.* V, C. *De contrah. empt.*

Vers. 1328, lib. *Basil.* XXXIX, tit. 1 Περὶ τῆς κατὰ διαθ. μέμψ. Lege hoc versu εἰ μὲν μετὰ προς τῆς κατὰ διαθ., nam quamvis instituta in officiosi accusatione, res transactione decisa sit, tamen testamentum in suo jure manet, l. *Si suspecta* XXV, § 2, D. *De inoff.*, quia privatis pactionibus, non dubium est non lædi jus cæterorum, quare nec transactione testamentum rescissum videri potest. Vers. 1331, intellige μέμψιν κατὰ διαθ., de eo accipe qui se adoptatum credidit a femina, et eam suam matrem adoptivam falso esse existimarit, l. XXIX, § *Quoniam*, D. *De inoff.*, et ita explica cap. 20, them. 4, tit. 1, h. lib. XXXIX, cum alioquin adoptatus ex imp· rescripto ad exemplum adrogati quartam habere debeat.

Vers. 1334. Ex lib. XL *Basil.*, in quo agitur περὶ διακατοχῆς. *Vid.* l. *Servus* VII, § *Impubes*; l. *Si pupillo* XI, D. *De bon. poss.* Tutor autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare non potest, tutori petere permissum est, non etiam repudiare, l. *Tutor* VIII, D, eod.

Vers. 1341. Hæc ascendentium, descendentium, et collateralium successio excerpta est ex Novell. 118, cap. 1 et 1; et descripta est a Leone lib. XLV *Basilic.*, tit. 3 Περὶ βαθμῶν, ubi tamen male contra parentes, vel cum ipsis, admittuntur una cum fratribus, fratrum filii, cum Novella 127 id demum introductum sit. Psellum autem vers. 1342 ita accipe, ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus, vel thiis, omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.

Vers. 1343. Ex rescripto Adriani, atque ideo servatur donec partum ediderit, l. *Imperator* XVIII, D. *De stat. hom.*, quæ lex sine dubio scripta fuit l. XLVI. *Basil.* tit. Περὶ ἀνθρώπων ἐλευθέρων. Vers. 1345, ex eod lib. XLVI, *Basil.*, tit. 3, cap. 1. *Vid.* tit. *De rer. divis I et* D.

Vers. 1358. Affectionis gratia, neque honestæ, neque inhonestæ donationes sunt prohibitæ: honestæ erga bene merentes amicos, vel necessarios; inhonestæ circa meretrices, l. *Affectionis* V, D. *De donat quæ habetur*; lib. XLVII *Basil.*, tit. 1: *Militi tamen focariæ donare non licet* l. *Si ancillam* II, C. *De donat. inter vir. et uxor.*; at hæredem institui posse arguit vetus inscriptio sepulcri Aurelii Vitalis militis (Valeria Faustina focaria et hæres ejus), pag. 1107, inscript. Grut. Focarias ad exemplum militum dixerunt sacræ militiæ cingulo cinctorum συνεισαχθείσας, de huib. Concil. prim. general.

Vers. 1352. Ultra librum XLVII non versat Psellus *Basilica*, quæ ad LX librum a Leone perducta sunt, forte quia quæ reliquis libris scripta sunt, jam hoc opere enarraverat. Illis additum εἰκονισμὸν graduum hic testatur, is ipse forsitan quem in suis institutionibus depingi voluit Justinianus, quem nobis auctor *Synopseos* invidit.

Vers. 1356. Forte hic legendum νέον νόμον, nam et illi Novellæ iambus νέον νόμον τίθηοι Ῥωμανὸς ἄναξ præfixus est, est auiem prior Novella de prædiis a potentioribus quovis titulo occupatis, de quo item Basilii in Porphyra nati, ambas ex editione Leunclavii lib. II. *Jur. Græco-Roman.* consule, et observationes ad earum aliam Caroli Labbæi viri eruditissimi. Nobis enim (quibus sola interpretatio in animo erat) otium id, quo inviti sine libris in patria extorres fruimur, has breves adnotationes elicuit, ne in desidiam ipsum immutaretur: quas, qualescunque sint, studiosa legum juventus, tibi enim scripsi, utiles tibi precor, et æternæ sapientiæ a quo omne donum, consecro. *Narbone Marcio. Kalend. Decemb.*, *anno salutis* 1630.

Θεῷ δόξα καὶ χάρις.

Jam hoc opus ad umbiculum typographus perduxerat, cum beneficio R. P. Jacobi Sirmundi duo

Pselli poemata accepi, quæ sine dubio Michaeli imp. inscripta huic *Synopsi* adjuncta erant. Ubi enim vir sapientissimus leges imperatorum brevi compendio edocuit, fidei nostræ et canonum notitiam perstringens eadem brevitate eodemque stylo, eorum epitomen his versibus composuit, quorum ipsa initia aliud procul dubio legum opus eos subsequi demonstrant. Non itaque abs re me facturum putavi, si ut prelo urgente mihi licuit, vix exscriptos hos versus *Synopsi* subnecterem.

(*Pselli Opuscula de quibus hic Bosquetus*, De dogmate *et* Oblatio Nomocanonis *exstant supra col.* 811 *et* 919.)

CORNELII SIEBEN

JURISCONSULTI

SPECIMEN OBSERVATIONUM CRITICARUM IN PSELLI SYNOPSIM LEGUM.

Plurima superesse in Novellis cæterisque jurisconsultorum Græcorum reliquiis, quæ vel non intellecta ad hunc usque diem, vel corrupta leguntur, qui litteras amant. Jurisconsulti confitentur omnes. Imprimis vero Psellum in Synopsi legum, multis iisque fœdissimis deformatum vitiis deprehendi. Habuit hic libellus Bosquetum Narbonensem jurisconsultum, interpretem minime felicem. Multa, quæ remedio egebant, fugerunt ejus industriam. Non desunt quoque, quæ pro desperatis intacta reliquisse videtur. Plura præterea corrupit et ita sua versione pervertit, ut nihil minus quam cum juris nostri regulis convenire existimem. Exempla, ex pluribus quæ ad manum sunt, pauca edere decrevi, et si non displicere intelligam, auctior forte et emendatior Psellus prodibit in lucem. Quod ad capita Juris Romani attinet, de quibus hic agitur, paucis omnia indicare potius, quam pluribus illustrare volui. Repetenda ita fuissent quæ ab aliis toties scripta et repetita inveniuntur, modumque egressus in scribendo forem, quem statuerunt celeberrimi *Miscellaneorum observationum* editores.

Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαι τοιοῦτο δὴ τὸ βιβλίον,
Οὗτος ὁ νομικώτατος νομομαθὴς τυγχάνει.

Hæc inter cæteras *Institutionum* libelli laudes refert Psellus, et merito. Ut tamen metri et verborum ratio sibi constet rescribe,

Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δὴ τὸ βιβλίον.

Similis fere error infra vers. 970.

Ὕστερον ἀπαρνήσαι τὸ μὴ χρηστῶς ἐκθεῖναι.

Restitue,

Ὕστερον ἀπαρνήσαιτο μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι, ubi quod Attici solent, et Latini imitantur, eleganter verbo negandi superaddita negandi particula: ex Græcis exempla afferentem videas eruditissimum Alberti in *Observat. ad Novum Testamentum*, ex Latinis ut et jurisconsultis nostris plura adduxit vir illustris et maximus nostrorum temporum jurisconsultus Bynkershoekius lib. v *Obsc.*, c. 3, quibus adde unicum, ne in re nota diutius morer, ex § 10 *Institut. de suspectis tutoribus*, ubi et Theoph. ἀπαρνεῖται μὴ, etc.

Vers. 195. Αἱ μέν εἰσι, ὡς λέγουσι, τούτων ἀρβι-
[τραρίαι
Ὑπό τε τῆς δικαστικῆς ἤρτυνται μεσιτείας.
Ταῖς δὲ τῆς ὑπολήψεως τοῦ κρίνοντος εἰ μέλλει.

Vertit Bosquetus *sunt et illæ, quas arbitrarias vocant, quæ judiciali arbitrio instruuntur eo judicis arbitrio si velit.* Sed corrupta videntur, atque id juris regulæ et ratio constructionis suadent. Quod ipsi natura actionis vult, ut arbitraria sit, illud voluntati judicis minime committendum, et licet concederetur id, non constat ita tamen, quo ταῖς δὲ sit referendum; omnis error ex depravato εἰ μέλλει descendit, pro quo lege οὐ μέλει, εἴ, οἱ, et οὐ sæpius in hoc libello inter se commutata, atque ita sensus erit, quasdam actiones esse arbitrarias, quasdam vero nihil commune habere cum judicis arbitrio. Adde v. 574. Cæterum recte hinc Cl. Schulting: ad Glossas Nomicas ibi defendit in ἀρβιτραρία vocem ἠρτυμένη, quod ipsa constructio etiam evincere videtur.

Vers. 220. Εἴ τις ἐκ φίσκου λάβοι τι δωροῦντος βα-
[σιλέως,
Ἡ συναλλάττων πρὸς αὐτοὺ, εὐθὺς τούτου δεσπόζει,
Ἐκεῖνος δὲ ἐνάγεται μέχρι τετραετίας.

Occurrunt eadem in Attaliatæ *Synopsi* p. 45, unde hic pro πρὸς αὐτοῦ restitue πρὸς αὐτόν· hinc autem ibi lege τούτου δεσπόζει, Bosqueti versio hic obscura: ἐκεῖνος, fiscus est qui intra quadriennium a vero Domino poterit conveniri Adi. § ult. *Instit. de Usucapionibus.*

Vers. 240. Εἴ τις διάθοιτο τυχὸν τῶν ἐκστρατευο-
[μένων
Ἡ διαθήκη ἕρπωται εἰς ὁλόκληρον χρόνον.

Vertit Bosquetus, *Si quis testatus fuerit de castrensibus, testamentum in omne tempus valet*, male, voluit enim significare Psellus, militare testamentum valere per annum integrum etiam post missionem, et ita infra χρόνος sæpius pro anno occurret. *Vers.* 259. Τέταρτον μέρος χρεωστεῖ τῷ υἱοθετηθέντι Υἱοθετήσας τίς τινα τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.

Ergo secundum Psellum quarta divi Pii hic est quarta omnium bonorum, quam tamen infra vers. 480 facit tertiam, adeoque cum legitima videtur confundere. Unde quis forte hoc in loco quoque τὸ τρίτον rescribendum putaret. Vix tamen quid mutare auderem cum nec alii Græci hac in re sibi constent. Theoph. l. I, tit. 11, § 3, facit quartæ mentionem; idem scribit Harmenop. l. v, tit. 8, § 87, ubi pro σωτηρώδη, quod et in Parisiensi editione conspicitur, sed sensum non habet, lege σωτηρώδη. *Basilica* l. VIII, § 15, D. *De querela inofficiosi testamenti*, τὸ τρίτον habent (ubi pro υἱοποθετήσηται ὑἱοθετήσηται restitue), et Schol. tamen ad illum locum p. 245, quartum locum sibi vindicare affirmat: cujus verba cum laborare videantur, ascribam, Ἐπειδὴ ἔχει τὸ δ' ἐκ τῆς Ἱλου, διατάξεως (καὶ ὡς παρὰ ἀνάξίου τοῦτο ἀφαιρούμενος ἐπὶ τὸν φίσκον μετέρχεται) λέγει ὁ Οὐλπιανὸς, Προσῆκόν ἐστιν ἢ τὴν ἀρχὴν αὐνὸν μὴ προσίεσθαι, τὴν δὲ ἐνοφικίσσο κινοῦντα, ἢ κἂν κινήσῃ ἡττηθῇ συγχωρεῖν τοῦτο τὸ δ' ἔχειν, etc. Vertit hæc Fabrottus, *sed quia quartam habet ex constitutione divi Pii, Ulpianus ait conveniens esse, vel non, admitti ab initio eum ad querelum inofficiosi testamenti, vel si admissus non obtinuerit, non auferri et quartam ut indigno*, etc. Sensui hæc respondent fere, fateor,

sed verbis minime. Parenthesi inclusa forte crearunt molestias Fabrotto, quare deleto signo, et ἀφαιρούμενος in ἀφαιρούμενον mutato interrogative illa verba capi velim, ita ut Latine significent. Siquidem quartam habet ex constitutione divi Pii, num et quasi ab indigno ablata illa ad fiscum pervenit? atque ita quæstionis solutionem sequentia continebunt : τὴν ἀρχὴν quoque, ut sæpissime alibi, hic reddi commode posset, omnino. *Basilica* quoque in l. II, § 1, D. *Familiæ erciscundæ*, τὸ τρίτον hac in re habent, quamvis scholiastes ibi quartæ rursus faciat mentionem ; cæterum verba l. II, § 1 memorata, κληρονόμος ὁ ἀγαθὸς νομεὺς, sensum non habent, lege κληρονόμος ἢ ἀγαθῶν νομεὺς, ut quoque Glossæ Nomicæ bonorum possessorem definiverunt per ἀγαθῶν διακάτοχον in Βονόρουμ ποσσεσσόρις, ubi forte, pro διακάτοχον, διακατόχου legendum.

Vers. 261. Ἀτελης συγγινώσκεται μήτηρ, μὴ ἀπαι- [τοῦσα
Τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος, ἐπίτροπον τοῖς τέκνοις

Vertit Bosquetus : *Infamis fit mater quæ mortuo viro liberis tutorem non petat.* Sed pessime. Nec verba enim nec jura hanc interpretationem ferunt; tu verte vero : Minor veniam meretur mater non petens, viro mortuo, tutorem suis liberis. *Vid.* l. II, C. *Si adversus delictum suum*, ἀτελὴς sæpius apud jurisconsultos est minor, cui τέλειος, qui suæ ætatis dicitur, opponi solet.

Vers. 309. Τὸ διαπλασιαζόμενον ἔκ τινος ἠρνηκότος Καταβληθὲν ἐνδέβιτον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.

Vertit Bosquetus, *Duplum solutum ab eo qui inficiatus est, indebiti condictione non repetitur.* Sed nihil minus quam id voluit significare Psellus. Tu lege διπλασιαζόμενον, et verte : Quod duplari solet ab inficiante, indebitum solutum repeti non potest condictione : ejusque rei ratio hæc traditura viris eximiis, quia quis simplum solvendo, de duplo transegisse videtur. *Vid.* § ult. Inst. *De obligat.* Quæ quasi ex contractu, et l. IV, C. *De condictione indebiti.*

Vers. 313. Κατὰ τοῦ κλέπτου φούρτιβον, κἂν μὴ [νέμηται δώσας
Τῷ ἐκπεσόντι πράγματος πουβλιάνη ἁρμόζει.

Vertit Bosquetus, *Publiciana competit ei, qui rem amisit, cum non possideat rem furtivam adversus furem*, quæ quomodo cohærant non intelligo, tu pro δώσας lege δώσεις · ας et εις enim sæpius sunt in hoc libello inter se commutata, et verte : Condictionem furtivam adversus furem, etiamsi non possideat, dabis. Ei qui rem amisit Publiciana datur. Per φούρτιβον hic intelligo φούρτιβον κονδικτίτιον. *Vid.* § ult. Intit. *De obligationibus quæ ex delicto*, et res ex regulis juris certa videtur. Πουβλιάνη autem est quæ alibi a Psello Πουβλικιάνα et recte dicitur v. 566, quam bene explicant Glossæ Nomicæ in Πουβλικιάνη. Ubi μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ οὐ ψιλῆς νομῆς. Ἔστι δὲ ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίστει νομή. Priora recte se habent et sunt ex l. VI, § 7, D. *De Publiciana in rem actione ;* posteriora obscuriora sunt, pro διὰ κυριότητα alibi fere semper διὰ χρήσεως reperitur, νομὴ autem in fine ferri non potest, atque id vidit quoque summus ille Schulting ad hunc locum, qui corrigit νομῇ, ipse conjeceram νομεῖ, atque id confirmatur quoque ab Harmenopulo l. II, tit. 1, n. 70, qui hinc restituendus ; verba ejus, Πουβληκιανή ἐστιν ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίστει νομεῖ, sensum non habent justum, unde nec mirum versionem esse nullius momenti ; quid enim, quæso, significant hæc, *Publiciana est quæ possessionem ei revocat qui propter dominium nondum est bonæ fidei possessor?* Omnis error natus est ex omisso verbo δεσπόσαντι ante καλῇ, quo addito clara sunt quæ dicuntur.

Vers. 330. Τῷ δὲ δελφάσις ἔνοχος ὃς ἀλοίη πλα- [στεύων.

Vertit Bosquetus, *Legi de falsis obligatur qui variat falsum* scribens, male ; rescribe ἀλοίη et redde, convictus deprehensus. Bosquetus forte hic de verbo ἀλλοιόω cogitavit. Pro δελφάσις, hic δέ φάλσις scribendum esse cuivis patet.

Vers. 333. Οἱ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι [νόμων.

Pro corruptis hæc habuisse Bosquetum ex versione patet. Vertit enim, *leges generales sunt potiores in judiciis*, quod tamen nec Psellus dixit, nec recte dicere potuit. Tu lege.

Οὐ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων,

et vera sunt omnia, leges enim generales specialibus non derogant, licet sint posteriores ; *vid.* l. LXXX, D. *De reg. juris*, ibique Comment., imprimis autem magnum Bynkershoekium l. VII *Obs.*, c. 15.

Vers. 338. Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ δημόσιον οὐ βλάπτει.

Restitue levissima mutatione, pro πάντα, πάκτα ut respiciatur ad l. XXXVIII, D. *De pactis.*

Vers. 354. Ὁπόσα δὲ μὴ ἔχουσιν ἰσχὺν κατὰ τῶν [νόμων
Χωρὶς ἀποτελίσματος δοθέντα κατὰ πλάνην,
Οὐκ ἔχει ῥεπετίτιον οὐδ' εἴσπραξιν ὀπίσω.

Vertit Bosquetus, *Ex his omnibus causis, quæ jure non valuerunt aut non habuerunt effectum secuta per errorem solutione condictioni locus erit.* Verba hæc esse fateor, sunt verba enim l. LIV, D. *De condictione indebiti.* Sed nihil minus significant quam id quod Græca præ se ferunt. Unde igitur hæc versio ipsi nata, non video : nec vitium enim adesse significavit, nec remedium quæsivit ; ipse si quid video, vitium in verbis κατὰ τῶν νόμων, latere existimarem ; quare lege κατὰ τὸν νόμον, et sensus erit, *Quæcunque vim habent secundum legem, sed sine effectu* (scilicet ut peti non possunt), *per errorem soluta, non possunt repeti condictione indebiti.* Nec ita a jure aberro, cum notissimum naturalem obligationem impedire condictionem indebiti, et, si velis, *vide* l. LXIV, D. *De condictione indebiti*, l. XCIV, § 3, D. *De solution.*

Vers. 357. Χείρονα ποιεῖν αἵρεσιν γυνὴ προικὸς [ἰδίας
Σαφῶς οὐκ ἔχει δύναμιν ἐν συνεστῶτος γάμῳ.

Verissima sunt hæc, et cuivis constat, mulierem constante matrimonio dotis causam non posse reddere deteriorem. *Vid.* Interp. ad tit. D. *De pactis dotalibus*, sed quid hic ἐν συνεστῶτος γάμῳ? forte ἐκ συνεστῶτος γάμου, vel quod malim ἐν συνεστῶτι γάμῳ, ut quoque est apud Schol. ad l. XXI, § 2, D. *De pactis.* Ubi eadem fere ad verbum.

Vers. 362. Ἐκδίκησιν ἐγκλήματα λαμβάνει τὴν δι- [καίαν.
Ἐν τόποις οἷς ἡμάρτηται, ἔνθα κρείττων ἡ γνῶσις.

Vertit Bosquetus : *Crimina justam vindictam habent, quo loco quis deliquit de crimine cognoscitur.* Ego vertere malim deleto puncto in fine prioris versus, *Crimina juste vindicantur in locis quibus perpetrata sunt, ubi cognitio de illis facilior :* quæ tamen non sola est ratio hujus juris constituti. *Vid.* l. XXVIII, § 15, D. *De pœnis ;* l. III, D. *De re militari*, et Nov. 134, C. 5.

Vers. 383. Τὴν τῶν κακῶν εἰσαγωγὴν οὐ σφίγγειμα [κρὸς χρόνος.

Vertit Bosquetus *Improborum accusatio longo tempore concluditur.* Sed si hæc vera, falsa Psellus loquitur, et sibi ipsi contrarius dum infra, vers. 745, dicit :

Πεῖραι τῶσις ἐγκλήματος ὅρος εἴκοσι χρόνων.

Καὶ θαύμασον τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνοματοθέτου,
Ὁ Ἰταλὸς τὴν νόθευσιν καλεῖ πως ἀδουλτέραν,
Ἔνθεν γοῦν καθωνόμασται, τὸ στρῶπτον τῆς μοι-
[χείας,
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Quid velit hic auctor, satis constat, et unicum, quod mihi hic difficultatem creat, est illud, τὸ στρῶπτον τῆς μοιχείας. στρῶπτον, sive potius στρούπτον, idem quod stuprum atque sæpius in genere quamvis πορνείαν significat, ita ut adulterium comprehendat etiam, quomodo et in lege Julia pro adulterio stuprum aliquando usurpatur. Quid igitur hic stuprum adulterii? quare, nisi eodem forte modo, quo crimen adulterii, et similia, id defendere velis, vide num non rescribendum hoc loco sit.

Ἔνθεν γοῦν κατωνόμασται τὸ στρῶπτον, τῆς μοι
[χείτης
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Moi ita sæpius apud nostrum abundare videtur vers. 354 et 963, et optime conveniunt ista quæ in Glossis Nomicis in voce Ἀδουλτέριος in fine habentur: quarum principium memorato loco est obscurissimum. Verba sunt: Ἀδουλτέριος ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου νόμου φυλαττόμενος· κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπτου. Καὶ ἡ μὲν μοιχεία ἐστὶν ἐπὶ τῶν γαμουμένων· τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, καὶ χηρῶν, καὶ παίδων ἀρρένων κινείται. Quæ Bosquetus ad hunc locum tentavit recte refellit maximus Schultingius, qui conjicit legendum esse Ἀδουλτέριος ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου ὄνομα φυλαττόμενος. Favent ingeniosissimæ conjecturæ plura; sed si recipere velis, lege in sequentibus quoque pro κινεῖ, κινεῖται, aut vix cum præcedentibus cohærebunt: quo enim referes illud, κινεῖ δὲ? νόμος non κινεῖν sed κινεῖσθαι dicitur, ut infra vers. 93, 543, 613, 623, et apud alios frequentissime occurrit. Mihi incidit aliquando, restituto κινεῖται, quæ præcedunt non esse tentanda, sed respexisse autorem ad l. I et l. II, D. *Ad legem Juliani de adulteriis*, quarum verba, *Hæc lex lata est a divo Augusto, ex lege Julia servatur*, etc., ut sensus sit Glossarum: Lex de adulteriis lata est quidem a divo Augusto, sed ex lege Julia servata; intenditur vero de adulterio et stupro: adeoque error hic Auctoris, non vero alterius scribentis vitio tribuendus videtur; cui Auctori quoque ascribenda sunt quæ habentur in Ἀκουτλίος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφέν. Vid. Psellus vers. 477, cum in Aquiliam legem, ut vir egregius optime animadvertit, alias minime conveniant. Differentia quæ inter στούπρον et μοιχείαν hic traditur etiam in Glossis docetur in voce φθορὰ, atque res nota est. Tu vide num recte hic legatur τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, etc., κινεῖται· forte enim γίνεται erit restituendum.

Vers. 512. Ἐντὸς μὲν χρόνου ἔσωθεν τετραπλοῦν ἀπαι-
[τοῦσα.

Verissima sunt hæc de actione vi bonorum raptorum, sed quid ἐντὸς χρόνου ἔσωθεν? num pro ἐντὸς πάντως rescribendum, ut infra vers. 690, aut potius ἐνὸς, ut vers. 585? quod malim. Idem docetur infra vers. 703 de tempore hujus actionis, et, ut constat, vere: cum omnes plerumque prætoriæ pœnales anno finiantur. Nec obstant vers. 767 et sequentes:

Οὔτε περὶ ἁρπαγῆς κινήτων ἦν οἱ Λατῖνοι
Οὕτω κατωνομάκασι βῖ βονόρουμ βαπτόρουμ
Ἐτῶν πλέον τριάκοντα εἰς ἀγωγὴν ἰσχύει.

Petita sunt hæc ex l. un. § 1, C. *De annali exceptione*, et quivis facile videt non esse intelligenda de actione nostra pœnali, sed de ipsa rei raptæ persecutione quæ etiam ultra annum dabitur. In vers. 767 lege, Οὔτε ἡ περὶ ἁρπαγῆς κινητῶν, ἣν Λατῖνοι.

Vers. 525. Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστι ποίνη καὶ ποιναλία.
Δίδοται καῦσα κόγνιτα, ἔστι περσοναλία,
Ἐν τοῖς δυσὶ δ' ἐνιαυτοῖς ἄρχεται καὶ πληροῦται.
Ἄλλης δ' ὑπούσης ἀγωγῆς οὐ κινεῖς τὴν δὲ δόλῳ.

Quod ad jus attinet, quæ dicuntur hic verissima sunt, et eadem infra vers. 704 et 1143; verba autem vers. 525 mihi suspecta, et rescribendum forte

Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστιν αὐτὴ καὶ ποιναλία

Vid. supra vers. 501, ubi eadem fere loquendi ratio. In sequentibus vers., pro ἄρχηται, ἄρχεται repone. Junge cum his Glossas Nomicas in voce δέ δόλῳ μάλω, ubi recte ratio traditur et æquitas actionis de dolo ex l. I, D. *De dolo malo*, sed verba, Ἵνα μήτε οὗτοι κερδαίνωσιν ἐκ τῆς οἰκείας κακίας, μήτε οἱ ἀπαιτούμενοι βλάπτωνται ἐκ τῆς οἰκείας ἁπλότητος· οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Λαβεὼν, ἔστι δὲ πρῶτος δόλος κακοποίησις λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τὸ πλησίον προσφερομένη· δεύτερος δόλος ἐστὶ πᾶσα κακουργία, καὶ ἀπάτη, καὶ μηχανὴ πρὸς περιγραφὴν, ἑτέρου γινομένη. Celeber. Schulting. βλάπτωνται et τῷ πλησίον legendum monet. Ego plura quoque hic laborare existimo. Pro ἀπαιτούμενοι et ἀπατώμενοι, agitur enim de læsis danda actione non exceptione; præterea non intelligo hic quid sit πρῶτος δόλος, quis δεύτερος, quare ex memorata l. I, § 2, si liberiori conjecturæ locus detur, legerem, Οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Σέρβιος καὶ Λαβεών· ἔστι δὲ πρώτῳ, sc. Σερβίῳ, δόλος, etc.; δευτέρῳ, sc. Labeoni, δόλος ἐστί, atque ita omnia cohærent, et optime cum l. I, § 2, D. *De dolo malo conveniunt*, quam præter Huberum, Sculthingium aliosque plures, optime explicuit vir in jurisprudentia nostra celeberrimus Nood *De forma emendandi doli mali cap.* 2.

Vers. 548. Τυχον γὰρ ἔμελλε τις πλεῖν πλοῦν ἐπι-
[κινδυνώδη,
Καὶ δεδωκέτω χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου·
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὰς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου
Δεσπότης πάλιν πέφυκε τῶν γε δεδωρημένων
Ὁ δὴ λαβὼν τὴν δωρεὰν φυσικὴν νομὴν ἔχει.

Hæc vertit Bosquetus: *Si quis enim periculosam navigationem ingressurus metu mortis det pecunias, et dimittat res datas, qui metu donat dominus earum remanet, qui vero donum cepit naturalem possessionem consequitur*, sed pessime. Omnis oritur error ex corruptis versibus 549 et 550, quos ita restitue:

Καὶ δεδωκε τὰ χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου,
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὴς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου.

atque ita sensus erit: Forte aliquis voluit ingredi periculosam navigationem, dedit vero alicui res mortis timore; si liberatus ab illo timore qui dedit, dominus rursus fit rerum donatarum, et ille qui accepit res donatas, naturalem illarum rerum possessionem habet. Hausta hæc videntur ex l, XXIX. D. *De donationibus mortis causa*, ubi Ulpianus, cessante periculo, ratione cujus quid datum, rei vindicationem concedendam esse existimat; *Basilica* in l. XXIX, mem. laborant: pro ὑγιανῇ quod sensum non habet lege ὑγιάνῃ quod vero infra vers. 1233 et seq. scribit Psellus,

Ὁ μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος
Ῥωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν παραυτίκα,
Μετὰ καρπῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ τῶν ἐπηυξημένων.

Refer ad l. XII D. *De condictione causa data non secuta*, quo donatori condictio permittitur ad rem donatam cum fructibus, partu aliisque incrementis petendam. Videtur hac in re Sabinianorum et Proculianorum fuisse dissensus et utriusque scholæ sententiam deinde putat Cujacius conjunctam fuisse ad l. XXIII, D. *De mortis causa donat*; sed latius id forte alio tempore pertractabo

nunc aliud agitur. Glossæ Nomicæ in ἡ δονατζιόνιοος cl. Schultingio recte corruptæ videntur, et optime vir magnus conjecit verba μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωροώμενον loco suo plane dimota esse; ut tamen cohærere possint, forte et plura alia omissa dicenda sunt, et vide num totus locus sit ita legendus: Αἱ μὲν ἐντερβίβους ἤγουν ἐν ζωῇ ὥστε ἀπεντεῦθεν ἤδη ἔχειν τὸν λαβόντα μήτι καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον, aut, si minori molimine uti velis lege: Ἤγουν ἐν ζωῇ, ἀπεντεῦθεν ἤδη, μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον.

Vers. 555. Ἡ δὲ ἐνοφικίοσο ἡ διαθήκης μέμφις
Εἰσαγωγὴ πρὸς ἀγωγήν, οὐκ ἀγωγὴ τυγχάνει.

Pro μέμφις lege μέμψις, et quod ad rem attinet, nota Psellum hic cum illis facere, qui querelam inofficiosi testamenti distinguunt ab ipsa petitione hæreditatis, idem fere scribunt Glossæ Nomicæ in ἡ ἐνοφικίοσο, ubi in verbis οὐκ ἐστιν διαθήκης, ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν, dele διαθήκης incuria librarii repetitum propter præcedentem ejusmodi vocem, aut, si id nolis, rescribe ἀγωγὴ κατὰ διαθήκης κατὰ enim hic omissum intelligere minus placet. Sequentia, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γεγραφέντα κληρονόμον, etiam non intelligo, nisi δεόντως rescribere velis, quod habet quoque Scholiast. *Basil.* tom. V, pag. 222, ubi eadem fere ad verbum cum Psello aliisque Græcis faciunt etiam plures jurisconsulti nostrorum temporum, quorum tamen sententia videtur minus verosimilis, ut optime Vinnius, Averanius, aliique ostenderunt. Concedimus Græcis scripturam testatoris esse causam hæreditatis, non hæreditatis petitionem; sed quid inde? Ergo, ut recte infertur ex dictis, testamentum inofficiosum est causa querelæ non ipsa querela, atque id omnes confitemur, ipsamque tamen querelam, esse petitionem hæreditatis ex causa inofficiosi testamenti summo jure existimamus; sed hæc alterius sunt loci.

Vers. 671. Ἑβδόμης ὥρας δ' ἄρχεται νυκτὸς καὶ [μέχρι ἕκτης
Νυκτὸς τῆς ἄλλης ἀκριβῶς τὴν περαιωσιν ἔχει.

Vertit Bosquetus: *A septima noctis hora dies incipit, et usque ad sextam alterius noctis exacte transit*, adeoque putat hic Psellum in numero errare. Ego potius scripturæ vitium hic adesse putarem, atque id suadet etiam ipsa verborum constructio: quid enim ἄρχεται ἑβδόμης ὥρας? Vide igitur num legendum:

Ἕκτης ἡμέρα δ' ἄρχεται νυκτὸς, καὶ μέχρι ἕκτης, etc.

Adde l. VIII, D. *De feriis*; l. V, D. *Qui testamenta facere possunt*; Eustath. de temporum intervallis p. 209.

Vers. 734. Ταῖς μὲν θηλείαις δώδεκα εἰς ἐφηβίαν [χρόνους·
Οἱ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα τοῖς ἄρρεσι κριττίοι.

Aut χρόνοι videtur in versu 734 legendum, aut, pro δώδεκα δέδωκα, assignarat enim jam. 15 annos puellis vers. 730.

Vers. 792, Εἰ δ' ὅθαν ἐγέννησε παῖδας ἐν βίῳ δύο,
Οὐδ' ἑνὸς ἐμνημόνευσε ποιήσας διαθήκην,
Ἕκαστος ἕκτον λήψεται πραγμάτων τῶν πατρικῶν.

De Falcidia agens hæc scribit Psellus, sed in versione, a Bosqueto neglecta, cujus rei causam non video; versus 792 est corruptus; quid enim illa εἰδ' ὅθαν? tu rescribe ex Attaliat, *Synopsi* p. 33, εἰδ' ὁ θανὼν, etc. Attaliat. autem hinc rodde duos versus 794 et 796 in vers, 797:

Δωδέκατον δ' εἰς τέσσαρες τυγχάνουσιν οἱ παῖδες,
Restitue δωδέκατον δ' εἰ τέσσαρες. Glossæ quoque Nomicæ, in voce Φαλκίδιος, laborant. Verba sunt: Φαλκίδιος λέγεται παρά τῶν νόμων (num νομικῶν) ὅταν ἐκ κοινοῦ τινος πράγματος εἰς ὃ μετέχουσι πολλοὶ μέρος τι τούτων, ἕκαστος τῶν μετοχόντων εἰς αὐτὸ δίδοται· ὃ συνήθειαν οἱ κοινοὶ ἔχουσι μερίδα καλεῖ. Cl. Schultingius hic ἑκάστῳ legi vult, atque ita quoque exstat apud Harmenop. p. 399, ubi omnia fere ad verbum; in sequentibus autem reponendum existimat, ὃ συνήθειαν οἱ κοινωνοὶ ἔχουσι μερίδα φαλκιδίαν καλεῖν; sed forte minus bene. Ὃν pro ὃ etiam Schol. Harmenop. hinc restituo, nec ad μέρος sed ad φαλκίδιος, puto referendum. Sequentium autem verborum videtur hic sensus esse, quod φαλκίδιον vocant Jurisconsulti, illud κοινῶς μερίδα appellari. An accurata sit hæc Falcidiæ descriptio nunc non quærimus. Cæterum apud Harmenop. quoque παρὰ τῷ νόμῳ tegitur, et, pro δίδοται, διδῶται.

Vers. 869. Ἐξαετοῦς οὐ γίνεται μνηστεία κατὰ [νόμους,

Recte id scribitur a Psello; non enim minor debet esse sponsa quam septem annis, l. XIV, D. *De sponsalibus*. Eadem habet Attaliat. in *Synopsi* pag. 23, quem hinc restitue.

Vers. 874. Ἡ περὶ παρακαταθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς [βιαίας,

Corrige, ut versus sit 15 syllabarum,

Ἡ περὶ παραθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,

ut supra versu 520, ubi malim quoque legi ἡδέ δεποσίτης, et in vers. 522 pro τόκος et συγχήσεως τόκους et συγχρήσεως. Cæterum frequentissime alias depositum παρακαταθήκη dicitur, ut in l. XXXVII, § 5, D. *De leg.*, ubi quædam editiones male divisis vocibus παρὰ καταθήκην, fefellit forte quosdam, omissum εἰς ut ita sæpius apud Græcos εἰς παραθήκην, vel ἐν παραθήκῃ, vel παραθήκης λόγῳ λαμβάνειν.

Vers. 913. Εἰσὶ δ' ἕτερα δάνεια τῶν μεταγενεστέ- [ρων
Τὴν δύναμιν κινήσαντα τῆς προικὸς παραδόξως
Ὁποῖον τὸ διδόμενον ἀκοντισταῖς τοῖς πρώτοις
Καὶ τὸ προφάσει δανεισθὲν στρατείας κινουμένης.

Sequitur hic Psellus illorum sententiam, qui in concursu creditorum primum præ omnibus locum concedunt fisco ex causa primipilari, l. III, D. *De primipilo*: secundum ei qui in militiam emendam credidit; tertium denique uxori ratione rerum dotalium, Nov. 97, c. 4; nec desunt hodie qui idem cum Psello sentiunt; utrum bene an male hic non examinabo, id modo nunc monitum velim in vers. 914, pro κινήσαντα forte rescribendum esse νικήσαντα, ut ita νικᾶν sæpius a nostris usurpatur et a Psello vers. 949 seq. Præterea in versu 916 nescio qui velit στρατείας κινουμένης, tu vide num ὠνουμένης sit legendum. Quid δάνειον et quomodo aliquando differat a voce χρέος, aliquando autem eodem comprehendatur, *vid.* Glossæ Nomicæ in χρέος, ubi verba καὶ τὸ ἀπὸ λεγάτου καὶ ἀπὸ διαθήκης mihi corrupta videntur, quod enim ex causa legati illud ex testamento deberi certissimum: habet tamen et Harmenopul. pag. 236, ἀπὸ διαθήκης, sed nihilominus utroque loco legi malim, pro ἀπὸ διαθήκης ἀπὸ καταδίκης ex Attaliat. *Synopsi* p. 18. Cæterum huc refer l. X et XI, D. *De V. signification.* Ex quarum posteriore Schulting., ad vocem δανειστής pro χρεώμενος, recte χρεωστούμενος legit, ut quoque apud Psellum legitur vers. 890:

Πᾶς γὰρ ὁ χρεωστουμενος ἐξ οἱασοῦν αἰτίας
Ἐκ νόμου δανειστής ἐστι τοῦ κεχρωστημένου.

Vers. 922. Καὶ ὅσοι κατεκρίθησαν ἐν τοῖς δικαστη- [ρίοις,
Ὡς συκοφάνται μὲν μοιχοὶ ἢ κλοπὴν εἰργασμένοι.

Referuntur hi a Psello inter testes qui a testimonio omnino arcentur, adeoque cum illis sentire videtur qui infamibus in genere testandi denegant facultatem, quod tamen falsissimum esse putant Duarenus, Donellus, aliique magni nominis jurisconsulti, arg. l. III, § 5, l. XIII. D. *De testibus*, De

adulterii damnato agit l. XIV, D. *De testibus*, ad quam *Basil.* Scholiastes p. 553, notat intelligendam esse de damnato, cujus verba, cum corrupta putem, ascribam et emendabo: Οὐκ ἀμφιβαλλόμενος ἀλλ' ὁ πρὸς τῆς ὑπογραφῆς καὶ μαρτυρίας κατηγορηθεὶς καὶ καταδικασθείς· quæ vertit Fabrottus, *Non de quo dubitetur, sed qui accusatore subscribente in crimen et testibus datis accusatus et damnatus:* sed nihil minus voluit dicere Scholiastes. Fefellit Fabrottum corruptum πρός· quod muta in πρό, atque ita sensus verborum erit. Non de quo dubitetur, sed qui antequam subscripserit nomen testamento et testis officio functis, fuerit accusatus et damnatus. Certissimam hanc emendationem dices si cogites in l. XIV memorata quæsitum fuisse an adulterii damnatus possit esse testis in testamento. Πρός et πρό sæpissime inter se commutata esse omnes norunt.

Vers. 924. Οὐκ ἔστι μάρτυς ἄνηβος οὐδὲ τῶν γυ-
[ναικῶν τις
Εἰ δ' ἔ στι τὸ γενόμενον μὴ δυνάμενον θέαν
Ἀνδρικὸν καταδέξασθαι γυναῖκες μαρτυροῦσιν·

Secundum jus civile hæc falsa sunt, extra testamentum enim et codicillos forte, mulieres dibendi testimonii jus habere patet ex l. XVIII, D. *De testibus*. Leonis autem Novella 48 mulieres remotas esse a testimonii dictione constat, ad quam igitur hic respicitur; adduxit illam quoque Schol. *Basil.* ad tit. *De testibus* p. 545 et 557, in quo posteriore loco corrupta verba, Ἐπὶ δὲ τοκετῶν καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν ὃ μόντην θηλέω ὄψις ὁρᾷ corrige et lege ὃ μόνη θηλείων ὄψις ὁρᾷ. Eadem docet Attaliat. in *Synopsi* p. 15, καὶ παῖδες κατὰ γονέων μαρτυρεῖν κωλύονται καὶ γονεῖς κατὰ παίδων, καὶ γυναῖκες πλὴν βαλανείου καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται. In verbis πλὴν βαλανείου καὶ λογείας, videtur latere vitium. Leunclavius legit πλὴν βαλανείου καὶ ἐν τόποις, male; tu lege πλὴν βαλανείου καὶ λοχείας; apud Harmenop. hinc, pro βία, recte θέα legendum esse monstrat Bosquet. ad hunc locum.

Vers. 927. Καὶ δοῦλος ἔτι μαρτυρεῖ ἐν σπάνῃ τῶν
[μαρτύρων.

Res vera est, ut constat ex l. VII, D. *De testibus:* sed quid hic ἐν σπάνῃ? tu lege ἐν σπάνει, facillima mutatione; η enim et ει sæpissime confunduntur

Vers. 936. Τοῦ δ' ἄλλους ἀναγκάσειας μαρτυρεῖν
[ἀκουσίως,
Καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνων τις τῶν καταδεεστέρων
Πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τῶν ἐπὶ δυναστείαις,
Κἀντεῦθεν ὑποκλάζουσι τῷ φόβῳ τοῦ δυνάστου
Καὶ τοῦ πένητος οἱ μάρτυρες, τότε γὰρ καὶ πρὸς
[βίαν
Εἰς μαρτυρίαν ἕλκοντα καὶ τ' ἀληθὲς τιθέναι.

In versu 933 lege τοὺς δ' ἄλλους, et in vers. 937 lege τοῦ πένητος, deleto καί. Sed quid in vers. 936 ὑποκλάζουσι notat? Habet idem Attaliat. *Synopsis* p. 15. Bosquetus corrigit ὑποσχολάζουσι· quod tamen minus placet. Legendum forte ὑποσκάζουσι, atque ita fidem vacillantem l. I, pr. D. *De testibus*, Schol. ad illum locum vertit σκάζουσαν πίστιν· locum integrum ascribam cum corruptus videtur, τῶν μαρτύρων ἡ χρῆσις συνεχής τε καὶ ἀναγκαῖα τὴν ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα, χρὴ δὲ προσλαμβάνεσθαι καὶ ἀπαιτεῖν μάρτυρας ὧν οὐκ ἔστι σκάζουσαν τὴν εὑρεῖν ἤτοι τὴν μαρτυρίαν. Nescio quid hic illa ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα, adeoque vide num rescribendum ἐξ ἀρρένων μάλιστα. Mulieres enim testes esse prohibebantur. Nov. 48 Leonis supra memorata. Cæterum quæ Psellus hic docet, habet quoque Schol. *Basil.* ad tit *De testibus* pag. 574, ubi, quod hic ὑποσκάζειν esse puto, significatur per ἀναποδίζειν.

Vers. 942. Ἐπὶ δὲ καταθέσεως πέντε μάρτυρας δέ-
[χου.
Τὰς δέ γ' ἐκ τοῦ παρήκοντος ἀθέτει μαρτυρίας.

Vertit hæc Bosquetus: *Super depositio quinque testes exhibeto testimonia vero convenienter rejiciuntur.* pessime Κατάθεσις in Novellis aliisque Græcis est confessio, cautio, depositio, atque hic quoque significat confessionem debitoris, qui si sine scriptura confiteatur debitum, confessio nullius momenti habetur, nisi quinque testibus specialiter rogatis ut confessioni interesse velint, confirmari possit, adeoque sensus erit verborum vers. 942. Super confessione debitoris adhibe quinque testes, sequentem autem verte, In transitu, aut, a transeunte sumpta testimonia rejice, atque ita omnia conveniunt verbis et sententiæ Nov. 90, c. 2 et 3 apud quem, pro ἀκούσει, ἀκούσοι et ὀφείλειν τῷδε ex Nov. memorata legendum esse vix opus est ut moneatur. Cæterum ex Novellæ ejusdem c. 2 explicandi quoque versus sequentes.

Vers. 948. Εἰ μήγε πέντε μάρτυρες εἴποιεῖν παρα-
[χθέντες.
Ὡς γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ κεχρεωστημένου.
Ἢ τούτων κατ' ἐνώπιον ὁ δανειστὴς ἐξείποι
Ἀπολαβεῖν τὸ ἴδιον χρέος ἐκ τοῦ χρεώστου.

Bosquetus vertit: *Nisi quinque testes producti dixerint securitatem debitori fuisse conscriptam et ipsis præsentibus dixisse creditorem se a debitore proprium debitum accipere*: male; nec sufficiunt quinque testes a debitore producti, sed longe plura præter numerum requiruntur ut inspicienti Novellam patebit: verto igitur, Nisi quinque testes dicant se accersitos fuisse cum apocha fieret, aut Nisi coram illis creditor dixerit accepisse se debitum a debitore. Idem fere dicit Harmen. l. I, tit. 6, n, 3: Οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ χρεῶν ἐγγράφων εἰπάτωσαν ὡς τῇ καταβολῇ παρῆσαν ἢ ἐπ' αὐτοῖς νομίμως κατέθετο ἐπὶ τούτῳ μόνῳ προσκληθέντες δηλονότι, ἐὰν ὦσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Vertuntur hæc, Qui de perscriptis debitis testimonium ferunt dicant se solutioni interfuisse, aut legitime alioqui ipsis debitis esse satisfactum, etc.: quæ posteriora minus Græco textui convenire videntur. Tu verte, Dicant se solutioni interfuisse, aut coram illis creditorem legitime confessum fuisse sibi solutionem esse factam, et si κατέθετο passive sumi nolis, κατετίθετο forte legendum.

Vers. 996. Οὐκ οὖν τὴν κομβεντίονα εἰς τρία ταῦτα
[τέμνε
Πουβλίκαν λεγίτιμάν τε καὶ τὴν ἰουρισγεντίαν

Bosquetus in vers. 997 delet οὐκ. et dicit manifeste abundare, sed male, adesse debet, et cum οὖν jungendum. Postulat id meri ratio et quis nescit οὐκοῦν igitur significare. Atque ita recte ex præcedentibus hic colligit Psellus, conventionis, cum in privatam dividatur et publicam, privata autem sit legitima vel juris gentium tres species optime constitui publicam legitimam et juris gentium.

Vers. 1250. Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἡ ἀμοιβαία,
Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τις τυγχάνει.

Miror hunc locum a Bosqueto inemendatum relictum: tu corrige et lege: Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώφων συμβολαίων, atque hinc corrige Attaliat. in *Synopsi* p. 23, ubi pro τῶν γάμων ἡ ἀθέτησις τελεῖ ἀμοιβαία, restitue τὸν γάμον ἡ διάθεσις, etc. Dunt autem hausta hæc ex Novella 22, c. 3, et 117, c. 4. Verba Nov. 22, c. 3, referuntur in *Basilicis* tom. IV, p. 255 ubi quod additum est haustum est ex Nov. 117, c. 4. Eadem fere retulit Psellus supra vers. 375 et 376.

Γάμος δ' ἐκ διαθέσεως συνίσταται καὶ μόνης.
Κἂν μὴ προβῶσι γαμικὰ συμβόλαια πρὸς ταύτης,
rescribe, πρὸ ταύτης

Vers. 1266. Τῶν ἀναγκαίων πεφυκεν ὁ μόλος τῆς
[θαλάσσης,

Ποιῆσαί τε νεόφυτα ἄμπελόν τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.

Vid. l. I et III, *De impensis* in res dotales factis unde forte hic, pro ἄμπελον legendum ἀμπέλων.

Vers. 1269. Διακέρδα [τὰ πράττοντα βελτίονα τὸν προῖκα,
Ὁποῖεν τὸν νεόφυτον ἢ τὸ ἀρτοκοπεῖον,
Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.

Vertit Bosquetus : *Utiles meliorem dotem faciunt, quales sunt Novellata et pistrinum, quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur : idem circa voluptuarias.* Sed posteriora sunt falsissima, constat enim maritum non repetere impensas voluptuarias. sed tollere tantum quod factum est, quatenus id fieri possit sine rei detrimento l. IX et XI pr, D. *De impensis in res dotales factis.* quare et Bosquetus suspicatus laborare vers. 1272, nihil tamen attulit quo restituatur ; tu rescribe ex l. VII, D. tit mem. Περιττὰ pro περὶ τά, in versu autem 1269, pro διακέρδα, διὰ κέρδη, ex l. V, § 2, D. eod., ut διὰ κέρδος, l. I, D. eod., quæ alibi ἐπωφελῆ dicuntur.

Vers. 1273. Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κι- [νείτω δίκην,
Ἀφαίρεσιν, κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.

Vertit Bosquetus : *Nemo contra uxorem furti actionem moveat, sed rerum amotarum ;* ego posteriora veterum potius. Sed condictionem moveat rerum furto ablatarum : actio enim rerum amotarum non semper locum habet, sed tunc demum cum divortii causa res subrepta fuerit et divortium secutum l. XXV, D. *De actione rerum amotarum :* quod docet quoque Schol. *Bas.* ad h. t. p. 438 in fine et in initio sequentis p. 439, ubi in verbis, Δύναται κατὰ τὴν ῥέρουμ ἀμοτάρουμ ἔχων κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ καὶ κονδικτίκιον facile vides κατά in καὶ esse mutandum, quæ sæpius inter se sunt confusa : et in sequentibus ἄρχεται μὲν ἡ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, τὸν δὲ κονδικτίκιον δύναται κινεῖν κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ ἄρχεται, quoque vitiosum ; rescribe εἴργεται, vel. quod malim, ἀργεῖ ; cæterum in Psello nescio num bene se habeant ἀφαίρεσιν κινείτω· mallem ἀπαίτησιν κινείτω, atque eodem modo in Glossis Numicis in κονδικτίτζιος ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, pro ἦγουν ἀφαίρεσις legerem ἀπαίτησις ; ἀφαίρεσις est ablatio ; ἀπαίτησις, repetitio ablati, ut ita sæpius κονδιατίτζεος per ἀπαίτησιν πράγματος explicatur in iisdem Glossis, et ἀπαίτησιν κινεῖν condicere in l. XXIV, D. h. t., ubi vide num, pro τοῦ τιμήματος, sit τοῦ πράγματος legendum, cum conditio rei amotæ hoc in casu vel vindicatio ut in Pandectis legitur, a viro institui possit. Ipsa porro actio rerum amotarum plerumque dicitur ἡ περὶ ἀφαιρέσεως vel ὑφαιρέσεως πραγμάτων ἀγωγή, de eadem egit Psellus supra vers. 619 et seqq. :

Ὁ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ δὲ κοκδικτίκιος λόγος·
Ἁρμόζει δὲ καὶ γυναιξὶ κατὰ τῶν συνοικούντων,
Ἀνδρί τε κατὰ γυναικὸς κλέψαντος ἢ κλεψάσης,

ubi forte pro κλέψαντος, κλεψάντων, cum ad συνοικούντων referendum, legi debet.

Vers. 1342. Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδες εἰσὶν [εἰκότως.

Vertit Bosquetus : *Illi quibus partes abundant recte filii sunt.* Quod nec Græcis verbis convenit, nec quid significet intelligo : non capio etiam quæ in notis scribit : *Psellum autem* vers. 1342 *ita accipe ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus vel his omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.* Tu verte ex l. XIV, D. *De statu hominum,* quibus membra abundant recte liberi sunt, atque, ut vides, res est notissima.

Hæc pro instituti ratione sufficere visum fuit. Cæterum si quid habeant eruditi, aut in bibliotheca quadam superesse resciverint, quod facere possit ad ornandam Pselli editionem, ut id mecum communicare velint majorem in modum rogo. Atque hæc causa quoque cur nomen, quod alio tempore latere malui, specimini huic præponere non dubitabam.

ADDENDÆ VARIÆ LECTIONES.

(Ex codice P. Sirmondi.)

Vers. 18. Schol. : Τῶν γὰρ Διγέστων μέρη τὰ πρώτιστα, πρώτην τῶν πρώτων τὴν προσηγορίαν εἰσδέχεσθαι, ἅτε σύνθεσίς τις πεφυκυῖα τετράδιβλος περὶ συναλλαγμάτων, δι' ὧν τί συνίσταται ἡμέτερον τὸ πᾶν διαλέγεται.

Vers. 26. Καθάπερ εἴ τις ὀμφαλὸς τῶν ὅλων συνταγμάτων, Schol. : Ὥσπερ ἐρρωμένη μέση στιγμὴ τῶν παρ' αὐτῇ μὲν ἐλισσομένων κύκλων εἰς σταθηρότητα μεσότητος παραγίνεσθαι, τῶν δὲ ἑτέρων κύκλων τῶν ἔξωθεν περιτιθεμένων, οἷόν τι κέντρον καὶ πηδάλιον ἐπινενόηται, ἐν ᾧ οἱ ἔξωθεν κύκλοι τὴν συστροφὴν καὶ κυβέρνησιν κέκτηνται, οὕτω καὶ τῶν Διγέστων μέρος τὸ τέταρτον, καθάπερ τις ὀμφαλὸς πέφυκε, καὶ τῶν προλεχθέντων καὶ λεχθησομένων αὐτων μάλιστα. Ὡς γὰρ τῷ ὀμφαλῷ τὰ ἐντόσθια πάντα κεκράτηνται, καὶ οὐκ ἐῶνται ἀναμοχλεύεσθαι, οὕτω καὶ τὸ τέταρτον μέρος τῶν Διγέστων πέφυκε, καθάπερ τις ὀμφαλὸς τῶν νομικῶν διατάξεων. Καὶ γὰρ αἱ ἕτεραι καὶ παντοδαπαὶ συντάξεις, εἰ τάχα ἐπὶ τὸ εἰπεῖν τι παραγίνονται, ἀλλ' οὖν ἀποστῆναι τούτων οὐ δύνανται, etc.

Vers. 40. Μετὰ δὲ τὴν ὀκτώτομον. Schol. : Φησὶ, Μετὰ τὴν ὀκτωτόμον, τοῦτ' ἔστι, μετὰ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τὴν ὄγδοον τῶν τοῦ Πανδέκτου μερῶν ἥτις ὄγδοος οὖσα ἀπὸ τοῦ πρώτου μέρους τῶν Διγέστων μέχρις αὐτῆς οὕτως ἐπιγινώσκεται.

Vers. 43. Μέρος ἕτερον αἱ Νεαραί. Vers. 44. Συνοπτικώτατον. Vers. 45. Ἐξηκοντάτιτλον πάντας τοὺς νόμους ἔχει. Vers. 50. Οἷον πυλὶς τῶν νόμων. Vers. 53. Τὴν ἀρχαιογονίαν. Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δή. Vers. 63. Τὰς τροπὰς καὶ τούς, ut et vers. 65. Vers. 67. Κοινὴ συνθήκη. Vers. 68. Κώλυσιν. Vers. 75. Τὸ γὰρ λοιπὸν τὸ φυσικὸν τὸ ἐθνικὸν τυγχάνει. Vers. 76. Τὸ μὲν γὰρ τούτων φυσικὸν τρίτον τοῦ νόμου μέρος. Vers. 80. Οὐ τοῦδε καὶ τοιοῦδε. Vers. 82. Φύσεις συνάλλ. Vers. 88. Ὁ πάλιν. Vers. 90. Τοῦ βασιλέως δόγματα. Vers. 95. Ἡ βὲ, βέρβις, καὶ λίτερις, τέταρτον ἡ κονσέσο. Desunt deinde versus 96, 97, usque ad 105.

Vers. 107. Ἑκάστη ἡ δὲ τῶν ἐνοχῶν ἀγωγάς. Vers. 109. Πρός τινα. Vers. 112. Ἥτις βιαίων. Vers. 117. Ὡς ἤρεσε τοῖς πλείστοις. Vers. 121. Ἑκάστας. Vers. 122 Ἀσυγχύτως. Vers. 129. Ἐρεδιτάτης ἦν φασι πετίτζιο Λατίνοί. Vers. 132. Τῆς βὲ ὁ Κονδικτίκιος, ἡ ἰν ῥὲμ ἡ καθόλου. Vers. 133. Ἤτοι ἐπαγγελίαι. Vers.

135. Τρίχειν. Vers. 136. Πρὸς τούτοις, et, οὗτοι δύο· Vers. 138. Ἢ δήλων ἢ ἀδήλων. Vers. 141. Ὁ κάρτοι ἤτοι φανερῶς, ἐνκέρτοι κεκρυμμένως. 146. Schol. : Ἥλιν φημὶ σὺν τούτοις· Ἔστι καὶ ἀγωγὴ ἡ λεγομένη πρεγατορία, ἥτις εὐλόγως καὶ προσηκόντως ἐπερῶτᾷ τὸν μέλλοντα ὑπεισελθεῖν τὴν κληρονομίαν,πόσον μέρος ἀπαιτεῖ τῆς κληρονομίας, πρεγατορία δὲ λέγεται Ἑλληνικῶς καθαρτική, καθαίρει γὰρ καὶ φωτίζει τοὺς λόγους τοῦ ἐνάγοντος. 153. Ἔχει. 163. Ἥτις περί. 163. Ἄλλως.

Vers. 166. Μὴ γινώσκοντος. 168. Ἔοικε συναλλάγματι. deest vers. 173. Vers. 175. Τὸ δὲ κώλεγατ. Vers. 177. Τῷ ὡσανεί. Vers. 178. Ἥλιν πλημμελημάνων. Vers. 181. Αἱ μέν εἰσι πραγματικαί, αἱ δὲ κατὰ προσώπων. 185. Τινές τε ἄλλαι ἀγωγαὶ καί τινες τῶν ἐνφάκτουμ. Et reliqui inversi sunt. 197. Οὐ μέλλει. 204. Σφαλείς. Versum 212 sequitur hic versus : Δικαιοσύνη ἐστὶ διαιρεσις τοῦ δικαίου ὡς λέλεκται· quem non esse Pselli numerus demonstrat, forte scholiastæ.

Vers. 215. Οὐ σθένει τις. Vers. 221. Ἥρὸς αὐτόν. 225. Οὐδὲ πιπράσκειν δύναται χωρὶς τῶν ἐπιτρόπων. 228. Καὶ υἱός, etc., omissis 231, 232. Deest 235 ? Vers. 236. Διαδοχῆς οὐκ ἔχουσι δίκαιον ὁλόκληρον. Vers. 245. Ἔκστασις προβάσα διαθήκην. Vers. 246. Οὐδέ τις ἐμαγκιπ.

Vers. 249. Interpretare : *Servus hæres potest quodcunque testator potuit;* explicat Schol. : Ἄνω μὲν εἴρηκεν ἄδειαν ἔχειν ἅπαντα τὸν βουλόμενον ἐνιστᾶν κληρονόμον τὸν οἰκεῖον δοῦλον,νῦν δέ φησι τὸν καταληφθέντα δοῦλον κληρονόμον, ἐκείνην ἔχειν πᾶσαν τὴν ἄδειαν ἐπὶ τὸ ζητῆσαι τὰ τῇ κληρονομίᾳ ἁρμόζοντα, οἷαν καὶ αὐτὸς ὁ διατιθέμενος κέκτηται.

Vers. 253. Τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 260, υἱοθετήσας τις καλῶς τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 265. ἤδης μόνης. 279, ἤ ἄλλῳ, 282, οὐδεὶς ὑποκαθίστησι. Versum 289, sequuntur 293, 294 ad 295. Vers. 291, λεγάτων ἀπαιτῶν. Vers. 292, φασὶ τοὺς κωδικέλλους. Vers. 300, εἰς τὰ τοῦ τέκνου. Vers. 304, ἀπούσης διακατοχῆς. 322, ἀδικούσης. 323, ἀγνώμων ἀντιδικῶν. 327, εἰ δ' ἄπορος. 328, ἅπας φονεύς. 332, οἱ ἰδικοὶ τῶν γενικῶν, 339, Νέος ἀποκαθίσταται ἀβλαβὴς κατὰ νόμους.

Vers. 342. Μητρὸς καὶ παίδων μεταξύ. Versum 344 sequitur versus 382, τόκος, omissis aliis. Vers. 386, φυλαττομένων. 397, μοιχευθείσης. 403, οἱ παῖδες δὲ τὸ δίμοιρον. 415, ἐν δικαστηρίοις. 417, ἄρχων προδιδότω. 420, εἴκοσι λαμβανέτω. 426. τοῦ ῥέου· 427. ἀπαιτήσει. 430, ὡς δὲ καὶ ἄπορος εἰ θάνῃ. 431, τῶν ἐκείνου κτημάτων. 445, περὶ συγχωρήσεως. 446, τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἐν τῇ Σικ. 450, εὔχρηστα. 464, Ἰταλικοὺς τὴν νοθ. 468, σύγγονοί τε πρὸς τοῦτ. 469, λέγοις. 487, ἀτιμοῖ. Vers. 496, τὸ προτεθέν. 504, ἄλλον. Versus ultimus est : Εἰσπραττει μόνον τὸ ἁπλοῦν οὐδὲ ζητῶντι πλέον. Lege ζητεῖ.

Adde vers. 671, Harmenop. legisse ἑβδόμην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΑΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΚΩΝ

—

EJUSDEM

AD DISCIPULOS DE ACTIONUM NOMINIBUS.

—

1. Cum viderim nonnullos ex vobis nomina legum quæ apud Græcos et Romanos exsistunt sciendi cupidos esse, quæ tanquam canones sunt politicis singulatim propositis, censui me de iis pauca disserere debere. In his vobis obediens, nec commiscere eas volui neque projicere promiscue, sed a primis ad secundas ordine procedere. Atticas leges præordinavi, post quas Romanas componam, non de earum latitudine disserens, sed potius de propositis nominibus quæ plerisque incerta sunt. Etsi enim Græcæ Atticis nominibus designatæ sint, tamen nisi quis earum per etymologias sensum explicaverit et propositionis causam direxerit, nunquam legentibus bene nota fient. Imitatur enim quodammodo politica ratio rudimenta disciplinarum. Quemadmodum enim apud eas sunt summæ et ultimæ chordæ, et cubi et gradus, duodecim laterum figuræ et viginti laterum, sphæræ et diametri quæ non facile aliquis noverit, nisi magistri lingua usus sit, ita et in politicis

A α'. Ὁρῶν ὑμῶν ἐνίους τὰ τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις δικῶν ὀνόματα περὶ πολλοῦ ποιουμένους εἰδέναι, ἃ δὴ καθαπερεὶ κανόνες ἑστᾶσι ταῖς κατὰ μέρος πολιτικαῖς ὑποθέσεσιν, ᾠήθην δεῖν περὶ αὐτῶν μετρίως εἰπεῖν. Κἂν τούτοις ὑμῖν χαριζόμενος, ἅμα δὲ συγχεῖν μὴ βουλόμενος μηδὲ παραβαλεῖν ἀμιγῆ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς ἰέναι, διὰ ταῦτα δὴ τὰ Ἀττικὰ προέταξα νόμιμα, μεθ' ἃ δὴ καὶ τὰ Ῥωμαίων συνθήσομαι· οὐ περὶ τοῦ πλάτους αὐτῶν μακρολογεῖν ἑλόμενος, ἀλλὰ περὶ τῶν ὑποκειμένων ὀνομάτων, ἐπεὶ μηδὲ τοῖς πλείοσι δῆλα καθέστηκεν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ Ἑλληνικὰ Ἑλληνικαῖς εἴρηνται λέξεσιν, ἀλλ' εἰ μή τις αὐτῶν δι' ἐτυμολογίας, ἐν οἷς ἐγχωρεῖ, ἀναπτύξει τὸν νοῦν καὶ τὴν αἰτίαν ἐρεῖ τῆς θέσεως, οὐκ ἂν ποτε τοῖς ἀναγινώσκουσιν εὔγνωστα γένοιτο. Μεμίμηται γάρ B πως ὁ πολιτικὸς λόγος τὰς ἀρχὰς τῶν ἐπιστημῶν. Ὥσπερ γὰρ παρ' ἐκείναις ὑπᾶται τινὲς καὶ νῆται, καὶ κῦβοι καὶ βωμίσκοι, δωδεκάεδρά τε καὶ εἰκοσάεδρα, σφαῖραί τε καὶ διάμετροι, ἃ οὐκ ἄν τις

εὐμαρῶς γνοίη, μὴ γλώττης διδασκάλου τυχών, οὕτω δὴ καὶ παρὰ τοῖς ἐν πολιτείαις ζητήμασιν ἐξούλης καὶ ἐπωβελία, καὶ ἄλλ' ἄττα ὀνόματα τοῖς παρ' ἑκάσταις τῶν πολιτειῶν γνώρισμα.

A quæstionibus ejectio et epobelia, et quædam alia nomina iis qui in singulis rebus politicis versantur notissima.

β'. Περιλοτίμηται γὰρ νῦν ἡμῖν μὴ τὴν δικογραφίαν μόνην ἐνδείξασθαι, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἄλλο ὄνομα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς σύνηθες ἦν, οἷον τὰ ἀπατούρια καὶ τὰ ἀμφιδρόμια, καὶ οἱ τετραδισταί, καὶ τὸ ἐπιτελείωμα, καὶ ὁ ἀπεψηφισμένος, τά τε ὑποφόνια, καὶ τὰ ἀνδροληψία. καὶ ὁ Πάγος ὁ Ἄρειος, καὶ τίνες μὲν οἱ ἔνδεκα, τίνες δὲ οἱ ἐπώνυμοι, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς τοιαύτης πέφυκε τάξεως. Ἀλλὰ πρῶτόν γε περὶ τῶν δικῶν τὸν λόγον ποιήσομαι.

2. Curavimus enim ne actionum descriptionem solummodo ostenderemus, sed et alia nomina apud Atticos usurpata, ut sunt apaturia et amphidromia et tetradistæ, et epiteleioma et apepsephismenos, et hypophonia et androlepsia, et Areopagus et quinam essent decem, quinam eponymi, et quæcunque alia hujus ordinis sunt. Sed primo de actionibus verba faciam.

γ'. Τὸ δὲ τῆς δίκης ὄνομά ἐστι μὲν καὶ οἷον γένος κατὰ πασῶν ἀγωγῶν ἐπίσης κατηγορούμενον, ἔστι δὲ καὶ ἰδικὸν ὑποθέσεως ὄνομα. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἀδικημάτων ἕκαστον ἢ δημόσιον ἢ ἰδιωτικὸν πέφυκεν, ἡ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἔγκλησις δίκη παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λέγεται, καὶ τὸ τίμημα ταύτης ὁρίζονται οἱ δικάζοντες· οὐ γὰρ ἀνάγραπτόν ἐστι τὸ μέτρον, ἀλλ' οἱ διαιτῶντες πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὰς τιμήσεις ἢ ὑφαιροῦσιν ἢ προστιθέασιν. Ἡ δὲ γραφὴ τρόπον τινὰ πρὸς τὴν δίκην ἀντιδιέσταλται, καὶ περὶ δημοσίων ἀδικημάτων κατηγορεῖται, οἷον παραπρεσβείας, ἱεροσυλίας, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τὸ δημόσιον τὴν ἀναφορὰν ἔλαχεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ νόμων εἰσαγομένη καὶ ψηφισμάτων δίκη, γραφὴ ὁμοίως κατωνόμασται, οὐχ ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ γραφὴ παρανόμων.

3. Actionis nomen est tanquam genericum cunctis institutionibus attributum, et est proprium propositionis nomen. Posquam enim quædam injuria sive publica, sive privata admissa est, de privatis criminatio actio apud Atticos nominatur, ejusque pœnam determinant judicantes; pœnæ enim mensura in acta publica non translata fuit sed ipsi judices pro arbitrio sive minuunt sive adaugent. Accusatio autem quodammodo ab actione distinguitur, et injuriæ publicæ occasione locum habet, ut male gestæ legationis, templorum spolationis, et si quid aliud ad populum delatum fuerit. Sed actio ob leges aut decreta violata inducta, similiter accusatio nominata est, non simpliciter quidem, sed accusatio propter violatas leges.

δ. Ἐπεὶ δὲ μὴ τηνικαῦτα ὁ νόμος ὑφήπλωτο, ἀλλὰ τῶνδε μὲν τῶν ἁμαρτημάτων περιοχαί τινες ἦσαν, τὰ δὲ οὐκ ἀνεγέγραπτο, ἡ περὶ καινοῦ τινος ἀδικήματος εἰσαγωγὴ δημοσίου ὁμοίως καὶ ἰδιωτικοῦ εἰσαγγελία κατωνομάζετο. Εἰσήγγελλον δὲ τὴν δίκην πρὸς τὴν βουλὴν οὐδένες ἄλλοι ἢ οἱ πρυτάνεις.

4. Quando autem non lex substrata erat, sed quidam admittebantur culparum ambitus, qui non in acta publicata relati fuissent, introductio de nova injuria sive publica sive privata annuntiatio nominabatur. Actionem autem ad consilium annuntiabant soli prytanes.

ε'. Εὐθύνη δὲ παρὰ ταῦτά ἐστιν ἡ κατὰ τῶν μὴ ὀρθῶς ἀρχόντων τῆς πόλεως ἔγκλησις. Τὰ δὲ κατὰ τούτων δικαστήρια κληροῦσιν οἱ λογισταί· κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἁλοῦσιν.

5. Administrationis autem ratio est contra eos qui male administrant urbis criminatio. Tribunalia vero in eos efformant logistæ; accusat quicunque vult; et judicibus remittitur ut reos puniant.

ς'. Εἰ δέ τις τὸν ὑπορύττοντα δημόσιον μέταλλον ἢ δημόσιον οἶκος ἐξιδιούμενον, ἢ κακῶς ἐπιτετροπευκότα, εἰσῆγεν εἰς δικαστήριον, ὁ τοιοῦτος φαίνειν ἐλέγετο τὸν ἁλόντα· καὶ ἡ δίκη ἐντεῦθεν ἐπονομαζομένη φάσις παρωνομάζετο.

6. Si quis autem eum qui publicum metallum suffodit vel publicum ædificium sibi vindicat, vel tutelam malegessit, in tribunal adduxit, ille dicitur reum manifestare; et ea actio inde nuncupatur manifestatio

ζ'. Εἰ δέ τις κατὰ νόμους ἠτίμωτο παραπρεσβευκὼς, ἢ ἡταιρηκὼς, ἢ μὴ ὠφληκὼς τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἢ κατὰ τῶν μετηλλαχότων ἀδίκως ἀφιεὶς τὴν γλῶτταν, εἰς δικαστήριον ἤγετο, ἐνδείξει ὑπέκειτο· καὶ ὄνομα τῇ κατηγορίᾳ ἡ ἔνδειξις.

7. Si quis autem secundum leges dedecore afficeretur male gestæ legationis causa aut prostitutionis, aut non solutæ ærario multæ, vel contra permutantes injustæ vocis, et in tribunal duceretur, indicationi subjacebat; et hujus accusationis nomen erat indicatio.

η'. Ἡ δὲ ἐφήγησις ἐδίδοτο κατὰ τῶν ὑποδεξαμένων τὸν φυγάδα τῆς πόλεως ἢ τῶν κεκλοφότων λαθραίως πρᾶγμα δημόσιον.

8. Adductio dabatur contra eos qui exsulem civitatis receperant, vel clam rem publicam subripuerant.

θ'. Περὶ δὲ διαψηφίσεως καὶ ἀποψηφίσεως καὶ ἐφέσεως οὕτω διαιρετέον καὶ ἑρμηνευτέον. Φυλαί τινες ἦσαν πάλαι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς καὶ φράτραι καὶ δῆμοι καὶ τριττύες, ἀφ' ὧν καὶ ὁ πρώτως ἄρξας τῆς Ῥώμης τὴν καθισταμένην παρ' αὐτοῦ πόλιν ἐκό-

B pariter esse. Nam attende: si separabilis substantia non est immortalis, sed generationis et corruptionis capax, antequam fieret, vel fieri poterat, vel non poterat. Si ergo non poterat, nunquam fuisset: quod enim fieri non potest, nunquam fuerit: at si poterat, plane materiata erat; id enim est posse esse; et non esse. Si autem immateriata non erunt, quæ a materia separari possunt, non ideo quod reipsa esse possint; sed reipsa semper erunt. Et aliunde, quodcunque corrumpitur, duobus modis corrumpitur; vel corporum resolutione in elementa, vel exstincta forma eorum quæ sunt in corpore, soluta nempe et turbata ejus subjecti in quo est, temperie atque concentu. At neutro corrumpitur anima rationis potens, quippe quæ incorporea

C est, et in corpore tanquam in subjecto non exsistit, ut demonstratum est. Itaque æterna est anima rationis compos: sed et brutorum, et plantarum animam, ab eo, in quo sunt, subjecto separari non posse, ex posteriori regula manifestum fiet. Omnes igitur illarum actiones in corpore et circa corpus sunt; altrix enim, et auctrix, et generatrix, et in corpore sunt, et per corpus agunt, et circa corpora: ita non possunt a corporibus separari. Ira itidem et concupiscentia. Illa enim sanguinem, qui circa cor est, commovet: illa jecur hoc illove modo afficit: in corpore igitur illæ quoque sunt, et per corpus, et circa corpora. Ciborum enim vel pecuniarum, vel denique rerum corporis appetentia est vis concupiscendi: irascens vero, cupiditas vindicandi in eum, qui in istorum aliquo nobis offecerit.

D Harum itaque actiones sine corpore esse nequeunt, at in quid agent sejunctæ? quid alent, vel augebunt, vel progignent? quem ulciscentur? sed neque cupiditas ulla re potietur earum quæ illi appetitum commovent. Frustra igitur erunt: quod sane fieri nequit. Separari ergo a corporibus non potest ea substantia, ex qua tales prodeunt actiones. Sed si vegetans a crasso corpore sejungi non potest; et una cum eo corrumpitur: id ex iis clarum est, ex quibus sunt hæ potestates, etiam in plantis, in quibus spiritale corpus non cernitur. Sed et post excessum animæ paulum temporis in hoc corpore manere videntur. Ungues enim et pili mortui cor-

poris augentur. Sed verum id non est : nec enim hæc augentur, inquiunt, sed tabefactis et imminutis carnibus, renudantur magis, ob eamque rem majora et auctiora apparent. Verum de his peculiari ratione quærendum est. Si auctricis facultatis vestigium aliquod in corpore, quemadmodum et altricis, post mortem remanet (nam propter incrementum alimenta sumuntur) hinc manifestum est, eas facultates in corpore esse. Sin autem hæ, generatrix quoque ; ejusdem enim est generis et ordinis.

περὶ μὲν τούτων, καὶ ἰδίᾳ θεωρητέον. Πλὴν εἰ ἔστι τι τῆς αὐξητικῆς ἴχνος καὶ μετὰ θάνατον ἐν τῷ σώματι, ὥστε καὶ τῆς θρεπτικῆς· διὰ γὰρ τὴν αὔξησιν καὶ ἡ τροφή. Ἐνταῦθα ἄρα δῆλον ὅτι ἐν τῷ σώματι τὸ εἶναι ἔχουσιν αἱ δυνάμεις αὗται. Εἰ δὲ αὗται, καὶ ἡ γεννητική· τῆς γὰρ αὐτῆς ἐστι συστοιχείας.

Hujus vero aliquod etiam vestigium in mortuo corpore, videri possint quæ inde erumpunt, animalia, vespæ, dico, ex equinis, apes, ex taurinis, vermes ex humanis cadaveribus, et similia, verum, inquiunt, brutorum anima non jam exsistit in corpore ; permanet enim post discessum, etiam ea quæ subjectum habet corpus spirans, quod ipsum ex his quoque constat elementis, sed ab aere, qui in eo exsuperat, appellatur : quemadmodum et crassum terrestre corpus a terra, quæ in eo exsuperat, similiter dicitur. Verum hæc opinio Græcæ potius est vanitatis quam veritatis : quæ si probare nititur brutorum animam et rationis expertem hoc corpus spirans necessario habere, post discessum, inquiunt, ab hoc corpore ad orcum devenit anima, et vitæ non honeste transactæ pœnas persolvit. Non enim id tantum curat Providentia, ut simus, sed ut bene simus. Quare non negligitur anima, etsi a naturæ suæ lege exciderit, sed congrua cura administratur. Et postquam per hilaritatem et effusam lætitiam peccavit, necessario per dolorem expurgabitur. Cum vero incorporea sit, dolorem non sentiet, neque infernis illis carceribus et tormentis punietur. Ab ea igitur suum corpus pendere necesse est, quod immodice secretum, vel immoderato ardore et ustione concretum, animam, quia cum illo patitur, excruciat. Sed responderi potest ad illam argumentationem : Si a crasso corpore sejuncta anima, per spiritale corpus pati et cruciari consuevit, nihil obstare quominus ab illo abstracta patiatur ; quandoquidem prorsus ad patiendum natas habet facultates, per quas a spirital[1] corpore pati solet. Quemadmodum enim aerium hoc corpus, inferni cruciatus attinent, et per id, animam : ita etsi nullum intercedebat corpus medium, nihil erat impedimenti, quominus dolores animam attingerent. Sive enim sine corpore esse dixerint, facile animam attingent ; sive in corpore, per corpus anima pateretur : conjunctio enim nihilo magis eam facit, ut patiatur. Verum hæc diffusiora sunt, quam ut collectanea deceat. Sed et his probare se confidunt, spiritale quoque corpus esse, nec ab eo etiam post mortem, humanam animam separari posse : atque in eo, ut in subjecto, et iram esse et concupiscentem dicunt, nec ab eo sejungi posse ; post mortem enim ira et cupiditas permanent, quæ in subjecto spiritali corpore insunt. Si enim simul ac e corpore egressa est anima, ab omni fieret cruciatu et noxa immunis, pura esset penitus, et a generatione libera : ab omni autem

Ἴδοι ἂν τις καὶ ἴχνος τι ταύτης ἐν τῷ νεκρῷ σώματι, τὰ γινόμενα ζῶα· σφῆκας λέγω καὶ μελίσσας καὶ σκώληκας καὶ τὰ ὅμοια. Ἡ μέν τοι ἄλογος, φασὶν, οὐκ ἔτι ἐν τῷ σώματι ἔχει τὸ εἶναι· ἐπιδιαμένει γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον καὶ ὑποκείμενον ἔχουσα τὸ πνευματικὸν σῶμα. Ὅπερ ἐστὶ μὲν καὶ αὐτὸ ἐκ τῶνδε. Λέγεται δὲ ἐκ τοῦ πλεονάζοντος ἤτοι τοῦ ἀέρος· ὥσπερ καὶ τὸ παχὺ γήϊνον ἐκ τοῦ πλεονάζοντος ὠνομάσθη. Αὕτη μὲν οὖν ἡ δόξα Ἑλληνικῆς ἐστι μᾶλλον μυθολογίας ἢ ἀληθείας. Εἰ δὲ καὶ κατασκευάζειν πειρᾶται, ἐξ ἀνάγκης ἔχειν τὴν ἄλογον ψυχὴν τὸ πνευματικὸν τοῦτο σῶμα, φασὶν, ὅτι μετὰ τὴν ἐκ τούτου τοῦ σώματος ἔξοδον, εἰς ᾅδου ἀφικνεῖται ἡ ψυχὴ, καὶ ποινὰς ἐκεῖσε τῶν οὐ καλῶς βεβιωμένον παρέχει. Οὐ γὰρ μόνον τὸ εἶναι ἡμῶν φροντίζει ἡ πρόνοια. ἀλλὰ τὸ εὖ εἶναι. Διὸ οὐκ ἀμελεῖται ἡ ψυχὴ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐξολισθήσασα, ἀλλὰ τυγχάνει τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας· καὶ ἐπειδὴ τὸ ἁμαρτάνειν αὐτῇ διὰ γλυκυθυμίαν ἐγένετο, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ καθαρθῆναι δι' ἀλγήσεως αὐτῇ γενήσεται. Ἀσώματος δὲ οὖσα, οὐκ ἂν ἀλγύνοιτο, οὐδὲ τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις κολάζοιτο. Οὔκουν ἀνάγκη σώματι ἐξῆφθαι αὐτῆς· ὃ διακρινόμενον ἀμέτρως, ἢ συγκρινόμενον ὑπὸ φλέξεως ἢ καύσεως ἀμέτρου, ἀλγύνει τὴν ψυχὴν διὰ τὴν συμπάθειαν. Ἀλλὰ γὰρ ἐρεῖ τις πρὸς τὴν πιθανολογίαν ταύτην. ὡς εἰ πέφυκεν ἡ ψυχὴ χωριζομένη τοῦ παχέος σώματος, πάσχειν διὰ τοῦ πνευματικοῦ σώματος καὶ ἀλγύνεσθαι· οὐδὲν κωλύει αὐτὴν καὶ χωρὶς ἐκείνου τὸ πάθος ἀναδέχεσθαι· εἴπερ ὅλως καὶ παθητικὰς ἔχει δυνάμεις, δι' ὧν καὶ πάσχειν ὑπὸ τοῦ πνευματικοῦ σώματος πέφυκεν. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ἀερώδους τούτου σώματος τὰ ἐν ᾅδου πάθη ἅπτεται· διὰ δὲ τούτου καὶ τῆς ψυχῆς· οὕτω καὶ εἰ μὴ μέσον παρελαμβάνετο τὸ σῶμα, οὐδὲν ἦν ἐμποδὼν, ἅπτεσθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς. Ἄν τε γὰρ ἀσώματον ὑποθῶσιν, εὐχερῶς ἐφάψεται τῆς ψυχῆς. Ἄν τ' ἐνσώματον, διὰ τοῦ σώματος ἔπασχεν ἡ ψυχή· ἡ γὰρ ἕνωσις οὐδὲν μᾶλλον παθητικὴν ποιεῖ τὴν ψυχήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῆς ἐκλογῆς μείζω. Πλὴν διὰ τοῦτο, οἴονται καὶ τὸ πνευματικὸν κατασκευάζειν ὅτι ἐστὶ σῶμα, καὶ ὅτι ἀχώριστος αὐτοῦ καὶ μετὰ θάνατον ἡ λογικὴ ψυχή. Ἐν τούτῳ δὲ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, καὶ τὸν θυμόν φασι, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν εἶναι, καὶ ἀχώριστα αὐτοῦ τυγχάνειν· καὶ γὰρ μετὰ τὸν θάνατον ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία διαμένει ἐν ὑποκειμένῳ, ἔχοντα τὸ εἶναι, ἐν τῷ πνεύματικῷ σώματι. Εἰ γὰρ ἅμα τῇ ἐξόδῳ τοῦ σώματος ἀπηλλάττετο τῶν παθῶν τούτων ἡ ψυχὴ, καθαρὰ ἂν ἦν πάντως, καὶ γενέσεως ἀπηλλαγμένη. ἀπηλλαγμένη δὲ οὖσα καὶ τῶν παθῶν καὶ τῆς γενέ-

σεως, ἀνῆκτο ἄν, καὶ οὐκ ἄν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις παρεδίδοτο. Τὰ δὲ δικαιωτήρια ἐπιστρέφουσιν αὐτὴν πρὸς ἑαυτήν, ὥστε λοιπὸν καταγνοῦσα ἑαυτῆς, οἰκείᾳ ὁρμῇ καθαρθῆναι. Λύτὰ μὲν γὰρ τὰ δικαιωτήρια οὐκ ἀνάγει αὐτήν, ἀλλὰ καθαίρει· καθαιρομένη δὲ ἐπιστρέφεται, καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ἀνέχει γενέσεως ἀπαλλαγεῖσα. Τότε τοίνυν καὶ τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀποτίθεται μετὰ τούτου τοῦ ὀχήματος, τοῦ πνευματικοῦ λέγω· ὡς εἶναί τι καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο τι ἀΐδίως αὐτῆς ἐξημμένον σῶμα οὐράνιον, καὶ διὰ τοῦτο ἀΐδιον, καὶ ὥς φασιν, αὐγοειδὲς ἢ ἀστροειδές. Τῶν γὰρ ἐγκοσμίων οὖσαν, ἀνάγκη πάντως ἔχειν τινὰ κλῆρον, ὃν διοικήσει μέρος ὄντα τοῦ κόσμου, καὶ εἰ ἀεὶ ἀκίνητός ἐστι, καὶ δεῖ αὐτὴν ἐνεργεῖν, δεῖ αὐτὴν ἔχειν ἀΐδίως ἐξημμένον τι σῶμα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ Ἑλληνικοὶ καὶ Πλατωνικοὶ μῦθοι.

Ὅτι, φασὶ, τοῦ μὲν πνευματικοῦ σώματος ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία ἀχώριστα. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι ὥσπερ αἱ ζωτικαὶ αἱ θρεπτικαὶ τῆς ἀλόγου δυνάμεως, ἐν τῷ πνεύματι ἵδρυνται, οὕτω καὶ αἱ γνωστικαί. Εἰ γὰρ αἱ χείρους αὐτῶν τούτου τοῦ παχέος σώματός εἰσι χωρισταί, πολλῷ μᾶλλον αἱ κρείττους· κρείττους δὲ αἱ γνωστικαὶ. φαντασία λέγω καὶ αἴσθησις. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐν ἐκείνῳ ἔχουσι τὸ εἶναι αἱ ἄλογοι τῆς ψυχῆς δυνάμεις· ἀλλ' οὖν φοιτῶσιν ἴχνη τινὰ ἀπ' ἐκείνου καὶ ἐπὶ τὸ παχὺ τοῦ σώματος· ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ νοῦ ἐλέγομεν φοιτᾷν ἐπὶ πάσας τὰς κοινὰς ἐννοίας. Ὅτι γὰρ καὶ μέχρι τούτου τοῦ σώματος ἐλλάμψεις φοιτῶσι τῆς ἀλόγου ζωῆς, δῆλον· ὁ μὲν γὰρ θυμὸς κινεῖ τὸ περικάρδιον αἷμα, καὶ ζέσιν τινὰ αὐτοῦ ποιεῖ· ἡ δὲ ἐπιθυμία τὸ ἦπαρ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε διατίθησι πρὸς τὰς ἑαυτῆς κινήσεις. Αἱ αἰσθήσεις τε πᾶσαι τῷ ἐγκεφάλῳ ἐλλάμπονται· ἐξ ἐκείνου γὰρ ἐπὶ τὰ αἰσθητήρια διὰ τῶν νευρῶν χορηγεῖται ἡ δύναμις ἡ αἰσθητική· καὶ πεπονθότος τι, ὡς ἰατροὶ δεικνύουσι. Τοῦ γὰρ καλουμένου μήνιγγος φύλακος ἐπιτεθέντος, εἰ ἐπισυμβῇ τι τῷ μήνιγγι ἀναίσθητον καὶ ἀκίνητον τὸ ζῶον γίνεται. Ἔστι δὲ ὁ μήνιγξ, ὑμήν τις σκέπων τὸν ἐγκέφαλον, καὶ νοτιαίου μέρους πεπονθότος, τὸ μὲν ἀνωτέρω μέρος τοῦ παθόντος ἀπολαύει αἰσθήσεως· τὰ δὲ κάτω ἀναίσθητα γίνεται, διὰ τὸ μὴ χορηγεῖσθαι ἔτι ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν, τοῦ ὀργάνου λέγω δὴ τοῦ νεύρου πεπονθότος, Καὶ εἰ δεθείη δὲ νεῦρον πάλιν, ἀναίσθητον μὲν τὸ κάτω μέρος γίνεται, τὸ δέ ἄνω μένει αἰσθητικόν. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τέ ἐστι πνευματικὸν σῶμα καὶ τούτου ἀχώριστα θυμὸς καὶ ἐπιθυμία.

Ὅτι, φασὶν, ἡ εἴδησις τριττή· ἡ γὰρ ἐπιστήμη λέγεται εἴδησις, ὥς φησιν ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι. Τὸ γὰρ εἰδέναι τοῦτό ἐστι, τὸ λαβόντα που ἐπιστήμην ἔχειν καὶ μὴ ἀποβεβλῆσθαι, ἢ ἡ ὁλοσχερεστέρα γνῶσις, ἢ ἁπλῶς ἡ κοινοτέρα καὶ τούτων ἑκάτερον περιέχουσα, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι περὶ πάσας τὰς ἐπιστήμας. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰδέναι τὴν ὁλοσχερῆ γνῶσιν σημαίνει· διὰ δὲ τοῦ ἐπίστασθαι τὴν ἀκριβῆ,

perturbatione et generatione soluta, dimissa esset, neque infernis supplicliis addicta, quæ ipsam ad se convertunt, ut semet demum ipsa damnans, propria vi purgetur. Nam pœnæ illæ non eam tollunt, sed purgant : purgata vero ipsa convertitur, et ipsa sese attollit a generatione liberata. Tuno igitur et iram et cupiditatem abjicit cum hoc vehiculo, spiranti dico corpore, ut sit postea aliud quodammodo sempiternum ex ipsa dependens corpus cœleste, atque adeo æternum, atque, ut loquuntur, pellucidum et sidereum : cum enim e rerum natura sit, necesse est sortem et conditionem aliquam habeat, quam, ut partem mundi, administret : et si semper immota est, eamque agere oportet, corpus etiam aliquod æternum sibi devinctum habeat oportet. Sed hæ sunt Græcæ et Platonicæ fabulæ.

Iram et cupiditatem a spiritali corpore separari non posse, nonnulli affirmant: at certum est, quemadmodum vitales et auctrices vires irrationabilis facultatis, in spiritu sitæ sunt, sic etiam cognoscentes. Si enim quæ sunt ipsis deteriores, ab hoc crasso corpore separabiles sunt, multo magis præstantiores; at nobiliores sunt cognoscentes, phantasia, dico, et sensus. Sed etsi rationis expertes animæ potestates, in illo habent ut sint, ab illo tamen in crassum hoc et compactum corpus vestigia prodeunt, ut a mente, in communes notiones prodire dicebamus. Ad hoc enim corpus, scintillam quamdam vitæ brutorum, pervenire constat. Nam ita sanguinem cordi circumfusum movet, facitque ut quodammodo ebulliat. Cupiditas vero, jecur hoc vel illo modo afficit ad suas motiones, et disponit. Et omnes sensus in cerebro elucescunt. Ab illo enim in instrumenta sensuum, sentiendi vis per nervos diffunditur, etsi illæsum non sit, ut medici demonstrant. Cum vero involucrum cerebro seu [membrana veluti custos apposita sit; hæc si læsa fuerit, sensus fit et motus expers animal. Est autem meninx pellicula quædam cerebrum involvens et protegens, cujus si posteriora perculsa fuerint, pars quidem anterior sensum retinet, at inferior amittit : quod non amplius a cerebro vis sentiendi suppeditetur, læso nimirum et affecto instrumento sensus qui nervus est. Et rursus, si nervus vinciatur, pars inferior sensu privatur, in superiore sensus viget. Ex his liquet, esse corpus aliquod spiritale, et ab eo, irascentem et concupiscentem segregari non posse.

Triplex quæpiam, aiunt, notio est : scientia enim notitia dicitur, ut ait in Phædone Plato. Nam scire est, postquam scientiam susceperis, eam retinere nec amittere; vel plena et consummata cognitio, vel communis et interjecta quædam harum utramque continens, ut scribit Aristoteles in physicis. Quia certo scire et cognoscere, ad omnes scientias pertinent. Nam per illud, certo scire, plenam perfectamque cognitionem significat : per

hoc vero, cognoscere, accuratam vel eam quæ de omni cognitione usurpatur, notitiam, et hic et in altioris philosophiæ tractatione, intellexit.

Duobus modis, alteram altera certiorem et accuratiorem scientiam dijudicari affirmat Aristoteles de demonstratione : primo, cum una, alterius principia probat et demonstrat. Sic physica, medicina certior est : geometria item machinatrice. Arithmetica musice, ob eam causam exploratior. Secundo, alia est alia certior scientia quæ rem non materiatam contemplatur, ut geometria, ars numerorum, et theologia, seu prima philosophia, iis quæ in rebus materiatis occupantur. Quare Aristoteles in metaphysica rerum quæ intellectu percipiuntur, contemplationem et facillimam et difficilem esse affirmat; facillimam quidem, quia de rebus est statis et fixis, et eodem semper modo habentibus. Dei enim rerumque divinarum immotam esse substantiam, virtutem et actionem, planissimum est. Sic itaque facillima est. Impedita vero et difficilis, propter nostram imbecillitatem. Non enim quia in corpore sumus, et perturbationibus obnoxii ad rerum divinarum lumen attendere possumus, sicuti neque noctuæ solem intueri,

Plato immortalem animam cum immortalibus nomine tantum convenire inde colligit, quod proprie ac per se immortale, immotæ sit et substantiæ et actionis : at animæ quidem immortalem substantiam agnoscit, non vero actionem. Ad eum modum res cœlestes seu cœlos nomine tenus immortales esse dixeris : mutantur enim, etsi non substantia, loco tamen.

Animæ verissima cognitio ad universam philosophiam magnopere conducit, ad disciplinam morum dico et theologiam seu primam philosophiam et physicam. Ad doctrinam, inquam, de moribus, quia mores suos nemo conformare. neque recte instituere potest, nisi qui animæ facultates perspectas habuerit. Ad theologiam vero, quia de mente, quæ in nobis est, quærimus, et statuimus esse ipsum immortalem : quia vero mens rerum est intellectualium, mens earum est rerum quæ inter se referuntur. At relatorum unum qui novit, et aliud noverit : ad theologiam igitur mentis nostræ consideratio plurimum facit : nihilo minus ad physicam : siquidem ejus est de corporibus agere, deque eorum cum formis, tum facultatibus. Nam formarum omnium, quæ in corporibus sunt, pulcherrima est anima.

Quare ut de reliquis, sic de anima quoque quærendum est, quodnam ad genus revocanda sit. Quidam enim ad substantiam, alii ad quantitatem reducunt, ut Xenocrates. Numerus enim, inquit, seipsum movens, anima est. Alii ad qualitatem, ut medici, qui nos animam esse dicunt. Quibus annumerandi sunt, qui talem entelechiam ipsam esse existimant. Alii rationem elementorum eam esse

A ἢ τὴν κοινῶς ἐπὶ πάσης γνώσεως λεγομένην. Καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ παρέλαβεν.

Ὅτι φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ, κατὰ δύο τρόπους κρίνεσθαι ἐπιστήμην ἐπιστήμης ἀκριβεστέραν. Καθ' ἕνα μὲν ὅταν ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας τὰς ἀρχὰς ἀποδεικνύει, οἷον ἡ φυσιολογία ἰατρικῆς ἀκριβεστέρα· ὡσαύτως καὶ ἡ γεωμετρία, μηχανικῆς. Διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν ἀκριβεστέρα καὶ ἀριθμητικὴ ἁρμονικῆς. Καθ' ἕτερον δὲ λόγον ἀκριβεστέρα ἐστὶν ἐπιστήμη ἐπιστήμης, ἡ ἄϋλον ἔχουσα τὸ ὑποκείμενον, ὡς γεωμετρία, ἀριθμητικὴ τε καὶ θεολογία, τῶν ὑποβαλλομένων τὰ ὑλικὰ ὑποκείμενα. Διό φησι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικά, ὅτι ἡ τῶν νοητῶν θεωρία καὶ ῥᾴστη ἐστὶ καὶ χαλεπή. Ῥᾴστη μέν, διότι περὶ ἑστώτων ἐστὶ πραγμάτων B καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων· φανότατα γὰρ τὰ θεῖα ὡς ἀμετάβλητα καθάπαξ, κατ' οὐσίαν, κατὰ δύναμιν, κατ' ἐνέργειαν. Ῥᾴστη μὲν οὖν διὰ τοῦτο· χαλεπὴ δὲ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. Οὐ γὰρ ἐξισχύομεν ἐν σώματι, καὶ ἐμπαθεῖς ὄντες, εἰς τὸ ἐκείνων φῶς ἀτενίσαι· ὅπερ πάσχουσι καὶ αἱ νυκτερίδες πρὸς τὸν ἥλιον.

Ὅτι Πλάτων ἀθάνατον λέγων, τὴν ψυχὴν, ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι ἐπιφέρει· διότι τὸ μὲν κυρίως ἀθάνατον καὶ κατ' οὐσίαν καὶ κατ' ἐνέργειάν ἐστιν ἀμετάβλητον· τὴν δὲ ψυχὴν κατ' οὐσίαν μὲν οἶδεν ἀθάνατον, οὐκέτι δὲ καὶ κατ' ἐνέργειαν. Οὕτως δ' ἂν εἴποις καὶ τὰ οὐράνια ἀθανάτοις ὁμώνυμα· μεταβάλλει γὰρ καὶ αὐτὰ, εἰ καὶ μὴ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ C τόπον.

Ὅτι ἡ περὶ ψυχῆς ἀληθεστάτη γνῶσις, πρὸς πᾶσαν φιλοσοφίαν συμβάλλεται· πρὸς δὲ τὴν ἠθικὴν λέγω καὶ τὴν θεολογικὴν καὶ τὴν φυσικήν. Πρὸς μὲν οὖν τὴν ἠθικὴν, ὅτι ἀδύνατον ἡμᾶς τὰ ἑαυτῶν κατασκευάσαι ἤθη τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς μὴ ἐπισκεψαμένους· πρὸς δὲ θεολογίαν, ὅτι ζητοῦμεν περὶ τοῦ νοῦ τοῦ χωριστοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀθάνατος. Ἐπειδὴ δὲ ὁ νοῦς νοητῶν ἐστι, νοῦς τῶν πρός τί ἐστι. Τῶν δὲ πρός τι ὁ τὸ ἓν εἰδὼς, καὶ τὸ λοιπὸν εἴσεται, δῆλον ὅτι ἡ θεωρία τοῦ ἡμετέρου νοῦ καὶ εἰς θεολογίαν μεγάλα συμβάλλεται. Συμβάλλει δὲ ἡμῖν καὶ πρὸς τὴν φυσικήν. Εἴ γε φυσικῆς μέν ἐστιν ἔργον, τὸ περὶ σωμάτων διαλεχθῆναι, καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῶν, καὶ τῶν δυνάμεων· τῶν δὲ ἐν σώμασιν εἰδῶν τὸ κάλ- D λιστον ἡ ψυχή.

Ὅτι δεῖ, φησὶ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ζητῆσαι, ὑπὸ ποῖον γένος αὐτὴν ἀνάξομεν. Καὶ γὰρ οἱ μὲν αὐτὴν ὑπὸ τὴν οὐσίαν ἀνάγουσιν· οἱ δὲ ὑπὸ τὸ ποσόν· ὧν ἐστι καὶ Ξενοκράτης (2). Ἀριθμὸς γάρ ἐστι, φησὶν, ἡ ψυχὴ κινῶν ἑαυτόν. Οἱ δὲ ὑπὸ τὸ ποιὸν, ὧν εἰσι καὶ ἰατροὶ, ἡμᾶς (3) εἶναι λέγοντες αὐτήν. Τοιοῦτοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ ἐντελέχειαν αὐτὴν νομίζοντες τοιαστην. Ἀλ-

(2) Id Pythagoræ potius tribuit Gregorius Nyssenus in libro *De Anima*.
(3) Lego αἷμα *sanguinem*.

λοι λόγον αὐτὴν τῶν στοιχείων λέγουσιν, οἳ δηλονότι ὑπὸ τὸ πρός τι ταύτην ἀνάγουσι. Τὸ γὰρ διπλάσιον ἢ ἡμιόλιον τῶν πρός τι. Ἀμφίβολον οὖν τέως τὸ γένος. Ἐπειδὰν δὲ εὕρωμεν ὅτι οὐσίαν, πάλιν ζητεῖν δεήσει, πότερον σῶμα ἢ ἀσώματον, καὶ εἰ σῶμα ἁπλοῦν ἢ σύνθετον· καὶ εἰ ἀσώματον χωριστὸν ἢ ἀχώριστον. Καὶ πότερον μία ἐκ ἑκάστῳ ψυχή, ἢ πολλαί· καὶ εἰ μία, μονοειδὴς ἢ πολυδύναμος· καὶ τίς ἡ τῶν δυνάμεων διαφορὰ, καὶ εἰ πολλαί· πότερον τῷ ἀριθμῷ πολλαὶ, ἢ καὶ τῷ εἴδει· πότερον καὶ τῷ γένει, ἢ οὔ. Τὰ γὰρ τῷ εἴδει διαφέροντα, οὐ πάντως καὶ τῷ γένει· ὡς ἄνθρωπος καὶ ἵππος. Τὰ μέντοι τῷ γένει διαφέροντα, ἐξ ἀνάγκης καὶ τῷ εἴδει, ὡς λίθος καὶ ζῶον. Ταῦτα τοίνυν καὶ τούτων πλείονα, πρὸς τὸ λαβεῖν τὸν ὁρισμὸν τῆς ψυχῆς, ζητητέον.

A dicunt, qui eam nempe in relatorum ordinem cogunt. Duplum enim et sextuplum relata sunt. Dubium igitur et controversum est ejus genus. Sed ubi invenerimus substantiam esse, rursus quærendum erit an corpus an sine corpore, an corpus simplex, an compositum : si sine corpore, an separabilis, an inseparabilis ; et, sitne una in singulis corporibus anima, vel plures : et si una est, an unius speciei, vel plurimarum facultatum ; quodnam sit earum inter se discrimen : tum sint ne plures hæ ; an numero, an specie plures : an genere, necne. Nam quæ specie differunt, non omnino etiam genere ; ut homo et equus, Quæ vero genere differunt, omnino et specie discrepant, ut lapis et animal. Hæc et plura ad percipiendam animæ definitionem, quærenda sunt.

B

Ὅτι Ἀριστοτέλης ὑπὸ διαίρεσιν τὸν λόγον ἀνάγων τὸν περὶ ψυχῆς, φησὶν, ἢ δυνάμει ἐστὶν ἢ ἐντελέχεια, ἀντὶ μὲν τοῦ σώματος χρησάμενος τῇ δυνάμει, ἀντὶ δὲ τοῦ ἀσώματος τῇ ἐντελεχείᾳ· καὶ γὰρ τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ δυνάμει ἐστὶ, καὶ κατ' οὐσίαν καὶ κατὰ ποιότητα, καὶ τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβολήν· δυνάμει μὲν γάρ ἐσμεν ἄνθρωποι ἐν τῷ σπέρματι καὶ ἐν τῷ καταμηνίῳ· καὶ δυνάμει παῖδες ὄντες, ἔχομεν τὸ τοῦ ἀνδρὸς μέγεθος. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ποιοῦ· δυνάμει ψυχροὶ θερμοὶ ὄντες, καὶ δυνάμει κινούμεθα καθήμενοι. Τὰ δέ τε οὐράνια ἐν τῇ κατὰ τόπον μεταβολῇ μόνον ἔχουσι τῇ δυνάμει. Ἀνατέλλων γὰρ ὁ ἥλιος, δυνάμει μεσουρανεῖ· καὶ μεσουρανῶν δυνάμει δύνει· καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ κινήσεως καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων, ὡσαύτως ἐν τῇ κατὰ τόπον μεταβολῇ, τὸ δύναμει ἐστὶ θεωρεῖν. Ἀλλὰ τί δήποτε ἐπὶ τοῦ σώματος ἐν δυνάμει τάξας, ἐπὶ τοῦ ἀσωμάτου οὐκ εἶπεν ἐντελεχείᾳ κατὰ δοτικὴν πτῶσιν, ἀλλ' ἐντελέχειαν κατ' εὐθεῖαν ; Λέγομεν οὖν ὅτι ἄλλο ἐστὶ δύναμις, καὶ ἄλλο ἐν δυνάμει, καὶ ἄλλο ἐντελέχεια, καὶ ἄλλο ἐντελεχείᾳ. Ἡ μὲν γὰρ ὕλη μόνως ἐστὶ δυνάμει πάντα, καὶ ἔστι δυνάμει, ἐνεργείᾳ δὲ οὐδέν. Τὸ δὲ εἶδος μόνως ἐντελέχεια· τὸ δὲ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους καὶ ἐν δυνάμει, τοῦτό ἐστι καὶ ἐντελεχείᾳ. Συντρέχουσι γὰρ πάντα ταῦτα ἅμα· καὶ ὅπερ ἐστὶ καὶ ἐν δυνάμει, τοῦτό ἐστι καὶ ἐντελεχείᾳ. Καὶ γὰρ πάντα τὰ εἴδη, δυνάμει ἐν τῇ ὕλῃ ἐστὶν, ἥτις ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο γίνεται ἐνεργείᾳ. Νῦν μὲν γὰρ ἄνθρωπος οὖσα δυνάμει, ἄλλοτε γίνεται ἐνεργείᾳ ἄνθρωπος· μᾶλλον δὲ ἅμα ἔχει καὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδέποτέ ἐστι γυμνὴ εἴδους, ἐκείνου τοῦ εἴδους, ἐνεργείᾳ μὲν οὖν ἐστι τόδε, τῇ δυνάμει δὲ ἄλλο. Ἐπεὶ οὖν ἐν οἷς τὸ δυνάμει ἐστὶν, ἐν τούτοις καὶ τὸ ἐνεργείᾳ, ὡς ἐπὶ τῶν ἐνύλων εἴρηται σωμάτων· ἐπὶ δὲ τῶν θείων καὶ ἀσωμάτων οὐκ ἔστι τὸ δυνάμει· ἐπεὶ μηδὲ ὕλη· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ ἐνεργείᾳ. Οὐ γάρ εἰσιν ἐνεργείᾳ τόδε τι, ἀλλ' αὐτοενέργειαί εἰσιν ἤδη ὄντα καθαρὰ ἄνευ ὕλης. Διὰ τοῦτο ἀντιδιαστέλλον τῇ ὕλῃ καὶ συνθέτῳ φύσει, τὴν ἄϋλον καὶ ἀσώματον, ἐσήμανε διὰ τοῦ δυνάμει· τὴν δὲ διὰ τοῦ ἐντελέχεια.

Aristoteles disputationem de anima dividens, vel potestate, inquit, est, vel vis ex se movens : ubi pro corpore, dixit, potestate ; pro incorporeo, vis ex se movens : corporum enim, alia in generatione et corruptione, potestate sunt, et secundum substantiam et qualitatem et mutationem e loco in locum : nam potestate sumus homines in semine et menstruo : et cum pueri simus, viri magnitudinem potestate habemus. In qualitate similiter, cum frigidi sumus, potestate callidi sumus et potestate movemur, cum sedemus. Cœli autem ad solam loci mutationem, potestatem habent. Sol enim oriens, potestate medius est ; meridie vero, potestate occidit : et in cæteris ejus, et aliorum siderum motibus, mutatio ad locum, potestate attenditur. Sed cur, cum potestate, pro corpore posuisset, pro incorporeo non dixit, entelechio in sexto casu, sed entelechiam, in recto ? Quia nimirum aliud est, potestas, aliud, potestate ; et aliud entelechia, aliud entelechia. Sola enim materia, est potestate omnia, actu vero nihil. At forma, actus tantum : quod vero ex materia et forma, etiam potestate, illud est actu. Una enim hæc omnia concurrunt, et quodcunque est in potestate, illud etiam est actu. Omnes enim formæ, virtute sunt in materia, quæ modo hoc, modo illud fit actu. Nunc enim cum homo sit potestate, alias fiet homo actu : imo vero habet ut simul sit potestate et actu. Quippe quoniam nunquam forma vacat, cum hanc formam suscepit, actu quidem, hoc est, virtute, aliud. Quia igitur in quibus est, virtute, in his est, et actu, sicuti de materialis corporibus dictum est : at in divinis et incorporeis, nihil est virtute, quia in iis neque materia est ; ob eamque rem neque actu : non enim actu sunt tale quippiam. Sed ipsi actus, ab omni materia puri. Propterea cum a materia, et composita natura, immateriatam, et sine corpore contra discernit : illam, potestate, hanc voce, entelechia, significavit.

C

D

Ὅτι δυνατὸν φησὶ καὶ μίαν ψυχὴν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου λέγειν καὶ πλείους· πλείους μὲν ὅτι διαφέρου-

Unam esse in homine animam, et plures dicere licet : plures quidem, quia inter se specie differunt,

vegetatrix, brutorum, et humana et a se separantur. Unam vero, propter earum mutuum concentum et consensionem. Nam a ratione, ad vegetantem, actiones proficiscuntur, et harum motus et vitæ, rationem in se quodammodo constituunt et adornant. Una igitur etiam est hominis anima.

Qui unam specie animam in cunctis animalibus esse dicunt, temperamentum eam esse autumant; nam eam ad singulorum propriam temperaturam mutari dicunt: unde multa absurda consequuntur: primum, quia effecta nobiliora faciunt causis; corpus enim inanimum, animæ causam faciunt: secundo, vivens vita, immotum movente, rationis expers ratione prædito, antecellere, et cætera hujusmodi incommoda sequerentur.

Diversorum animalium animas specie differre censet Aristoteles, quia non est, inquit, commune genus animarum, quare nec earum communis definitio dari potest quemadmodum animantis. Non est autem commune genus quia in illis prius et posterius cernitur, quod in iis esse non potest, quæ sub eodem genere continentur: deinde vegetans, natura prior est, reliquæ posteriores; et tollit ista reliquas, nec una cum iis tollitur, et cum illis introducitur, at non eas inducit, quod ejus est, quod natura prius est. Ubi enim est rationabilis, ibi brutorum et plantarum anima est: at non ubi vegetatrix, ibi etiam reliquæ: vel ubi irrationalis, ibi et rationis potens. Hæc itaque natura prior est rationis expers, et ablata vegetante, simul et aliæ de subjecto auferuntur. Est igitur inter illas, natura prius et posterius: ideoque quod de illis communiter dicitur, hoc est anima, non est genus: sed voce tantum consentiunt, ut quæ ab uno, et ad unum referuntur.

Cum tria sint in rebus physicis, forma, materia, et causa per quam forma est in materia, ad istas quinque docendi viæ pertinent; physica, ars particularis, disserendi facultas, mathematica et prima philosophia. Physicæ porro est de illis omnibus agere, de materia, inquam, et rebus naturæ, de forma denique et de causa: puta cœlorum materiam non esse quatuor elementa, sed quintum aliud quoddam corpus. Tum quæ sit forma, esse orbiculatos, et cur hæc eorum figura sit. Quia capacissima figurarum, est in plano quidem circulus, in solidis vero globus. Quamobrem rotundum esse cœlum Plato in Timæo tradit. Sed et naturalem figuræ cœli causam affert Aristoteles. *Ei enim, quod æterno in motu erat futurum, huic motui congruens figura conveniebat.* Sed et Plotinus, ex eorum quæ ipsum anteeunt affectione atque habitu ejus rei rationem profert. Nam proxime supra cœlum sunt intelligentes substantiæ: effectum autem, finitimæ sibi causæ assimilari ut plurimum oportet, ejusque imaginem atque imitationem re-

σιν ἀλλήλων τῷ εἴδει, ἡ φυτικὴ καὶ ἡ ἄλογος καὶ ἡ λογική, καὶ χωρίζονται ἀλλήλων. Μίαν δὲ διὰ τὴν συμφωνίαν τούτων καὶ τὴν συμπάθειαν. Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ λόγου ἐνέργειαι διαβαίνουσι μέχρι τῆς φυτικῆς, καὶ αἱ τούτων κινήσεις καὶ ζωαὶ, οἱονεὶ συνδιατιθέασιν ἐν αὐταῖς τὸν λόγον. Οὐκοῦν καὶ μία.

Ὅτι οἱ μίαν λέγοντες ψυχὴν τῷ εἴδει ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις, κρᾶσιν εἶναι αὐτὴν δοξάζουσιν· ἐξαλλάττεσθαι γὰρ αὐτὴν πρὸς τὴν ἐν ἑκάστῳ ἰδιότητα τῆς κράσεως τίθενται· οἷς ἕπεται πολλὰ ἄτοπα· ἓν μὲν ὅτι τὰ αἰτιατὰ, κρείττω ποιοῦσι τῶν αἰτίων. Τὸ γὰρ ἄψυχον σῶμα ψυχῆς αἴτιον ποιοῦσι. Δεύτερον, τὸ ζῶον τῆς ζωῆς, τὸ ἀκίνητον τοῦ κινητικοῦ, τὸ ἄλογον τοῦ λόγου, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Ὅτι τὰς ἐν τοῖς διαφόροις ζώοις ψυχὰς Ἀριστοτέλης διαφόρους εἶναι λέγει τῷ εἴδει. Ὅτι φησὶν οὐκ ἔστι κοινὸν γένος τῶν ψυχῶν, διόπερ οὐδὲ ἐνδέχεσθαι ἕνα κοινὸν αὐτῶν ὅρον ἀποδοῦναι, καθάπερ τυχὸν τοῦ ζώου. Οὐκ ἔστι δὲ κοινὸν γένος, διότι ἐν ταύταις τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον θεωρεῖται· ὅπερ ἀδύνατον ἐν τοῖς τελοῦσιν ὑπὸ τὸ αὐτὸ καθορᾶσθαι γένος. Ἐνταῦθα δὲ πρότερον μὲν ἡ φυτικὴ τῇ φύσει, δεύτερον δὲ αἱ λοιπαί. Καὶ συναναιρεῖ μὲν τὰς ἄλλας, οὐ συναναιρεῖται δὲ αὐταῖς, καὶ συνεισφέρεται μὲν ἐκείναις, οὐ συνεισφέρει δὲ, ὅπερ ἴδιον, τοῦ φύσει προτέρου. Ὅπου γὰρ ἡ λογικὴ, ἐκεῖ καὶ ἡ ἄλογος καὶ ἡ φυτική· οὐ μέν τοι ὅπου ἡ φυτικὴ, ἐκεῖ καὶ αἱ λοιπαί· ἢ ὅπου ἡ ἄλογος, ἐκεῖ καὶ ἡ λογική· διὸ καὶ ἡ ἄλογος φύσει προτέρα τῆς λογικῆς· καὶ ἀναιρεθεῖσα ἡ φυτικὴ, συνανεῖλεν ἐκ τοῦ ὑποκειμένου καὶ τὰς λοιπάς. Ὥστε ἐστὶν ἐν αὐταῖς τὸ πρότερον τῇ φύσει καὶ τὸ ὕστερον. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ κοινῶς αὐτοῖς κατηγορούμενον οὐκ ἔστι γένος, τοῦτ' ἔστιν ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ὁμώνυμά ἐστιν ἀλλήλοις, ὡς τὰ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν.

Ὅτι τριῶν ὄντων τῶν ἐν τοῖς φυσικοῖς πράγμασιν, εἴδους, ὕλης καὶ τῆς αἰτίας καθ' ἣν ἐστι τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ, καταγίνονται φασὶ περὶ ταῦτα μέθοδοι πέντε, ἡ φυσικὴ, ἡ κατὰ μέρος τέχνη, ἡ διαλεκτικὴ, ἡ μαθηματικὴ, ἡ πρώτη φιλοσοφία. Ἔστι δὲ φυσικῆς μὲν περὶ πάντων εἰρημένων διαλεχθῆναι· τῆς τε ὕλης φημὶ, τῶν φυσικῶν πραγμάτων, καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς αἰτίας· οἷον ὅτι τῶν οὐρανίων ὕλη, οὐχὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἀλλὰ πέμπτον ἕτερον τὸ σῶμα; Πάλιν τι τὸ εἶδος, ὅτι σφαιρικὰ καὶ διατί σφαιρικά· ὅτι πολυχωρητότατον, ἐν ἐπιπέδῳ μὲν τῶν ἄλλων σχημάτων ὁ κύκλος, ἐν στερεοῖς δὲ ἡ σφαῖρα, ὡς καὶ ὁ Πλάτων, ἐν Τιμαίῳ διὰ τοῦτο σφαιρικὸν γενέσθαι τὸν οὐρανὸν ἀποδείξας. Ἀποδίδωσι δὲ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης (4) φυσικὴν αἰτίαν τοῦ σχήματος τοῦ οὐρανοῦ. Τῷ γὰρ ἀϊδίῳ φησὶν ἁρμόττειν. Ἀποδίδωσι δὲ καὶ ὁ Πλωτῖνος αἰτίαν ἐκ τῆς σχέσεως ἣν ἔχει τὰ πρὸ αὐτοῦ. Προσεχῶς δέ εἰσιν ὑπὲρ τὰ οὐράνια αἱ νοηταὶ οὐσίαι· δεῖ δὲ τὸ αἰτιατὸν ὅτι μάλιστα ὡμοιῶσθαι τῷ προσεχεῖ αἰτίῳ, καὶ τούτου εἰκόνα καὶ μίμημα φέρειν. Διὰ τοῦτο οὖν, φησὶ, κύκλῳ κι-

(4) Vide Aristot. *De cælo.*

νεῖται ὁ οὐρανὸς, ὅτι νοῦν μιμεῖται· ἴδιον γὰρ τοῦ νοῦ, τὸ πρὸς ἑαυτὸν συννεύειν. Αὐτὸς γὰρ ὁ ὁρῶν, αὐτὸς ὁ ὁρώμενος· ὁρῶν γὰρ τὰ εἴδη, ἑαυτὸν ὁρᾷ, καὶ αὐτὸν ὁρῶν, τὰ εἴδη τεθέαται. Πλήρωμα γὰρ ἐστι τῶν εἰδῶν, καὶ εἶδος εἰδῶν. Ἔχει οὖν οὐρανὸς τὸ μὲν σφαιρικὸν σχῆμα, διὰ τὴν κύκλῳ κίνησιν· ταύτην δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν νοῦν ἐξομοίωσιν. Καὶ ἄλλως μιμεῖται τὸν νοῦν ἀμερῶς πανταχῆ ὄντα· καὶ γὰρ τὸ οὐράνιον σῶμα πανταχῆ γίνεται. Τὸ οὖν πανταχῆ γίνεσθαι, τὸ πανταχοῦ ὂν μιμεῖται. Τελείωσις γὰρ τῶν χειρόνων, ἡ πρὸς τὰ ὑπέρτερα ἐπιστροφή τε καὶ ἐξομοίωσις. Οὕτω μὲν ὁ φυσικὸς πάντων τῶν φυσικῶν ἀποδώσει καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὕλην καὶ τὸ αἴτιον, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ὁρισμόν· ἐκ δὲ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους καὶ τῆς αἰτίας ἀποδώσει. Ὁ δὲ κατὰ μέρος τεχνίτης, καὶ αὐτὸς μὲν περὶ τῶν αὐτῶν διαλαμβάνει. Διαφέρει δὲ τοῦ φυσικοῦ, ὅτι περὶ μερικόν τι καταγίνεται πρᾶγμα· οἷον ὁ ἰατρὸς, περὶ τὰ ἀνθρώπινα σώματα, ὁ τέκτων περὶ λίθους καὶ ξύλα. Ἀποδώσει δὲ καὶ οὗτος τὸν ὁρισμὸν, παραλαμβάνων καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὕλην καὶ τὴν αἰτίαν.

ferre. Ob id igitur causæ, inquit, cœlum in circulum orbemque convolvitur, quia mentem imitatur, mentis enim proprium est ad se respicere et in se vergere: ipsa enim est quæ videt, ipsa est quæ videtur. Videns enim formas seipsam videt, et seipsam intuens, formas intuita est. Formarum enim complementum est. Habet igitur cœlum orbicularem figuram propter motum in circulum, hunc vero propter illam mentis imitationem. Alia quoque ratione, cœlum mentem imitatur, quæ indivise ubique est: nam cœleste corpus ubique est. Itaque quatenus ubique est, id quod ubique est, imitatur. Deteriorum enim perfectio est, ad superiora conversio, et cum iis similitudo. Ad hunc modum physicus a rerum naturalium forma, materiam et causam ostendet, sicque definitionem, eamque ex materia, forma et causa videlicet. Artifex autem particularis in iisdem rebus versatur, sed a physico differt, quia in particulari quapiam re; ut medicus in humanis corporibus curandis, circa lapides et ligna cæmentarius et materiarius: quæ tamen etiam definitionem, assumpta forma, materia et causa, dabit.

Ὅτι ἡ ἀληθὴς Ἀριστοτέλους περὶ τῶν τριῶν τοῦ νοῦ σημαινομένων διάληψις, ἣν ἐπικρίνει καὶ Ἀμμώνιος. Τοιαύτη ἐστί. Πρῶτον τοίνυν ἐστὶ σημαινόμενον, ὁ νοῦς ὁ δυνάμει εἰδὼς τὰ πράγματα. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν παίδων ἐστί. Δεύτερον σημαινόμενον ὁ νοῦς ὁ καθ' ἕξιν εἰδὼς τὰ πράγματα, ὥσπερ ὁ ἐπὶ τῶν τελείων· τῶν ἐπισταμένων μὲν τὸ πράγματα, ἠρεμούντων δὲ καὶ μὴ ἐνεργούντων κατὰ ταῦτα. Τρίτον σημαινόμενόν ἐστιν· ὁ νοῦς οὐχ ὁ θύραθεν εἰσιών, ὡς ἐκεῖνοι οἴονται· ἀλλ' ὁ καθ' ἕξιν ἅμα καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ ὁ τῶν τελείων νοῦς τῶν εἰδότων τὰ πράγματα, καὶ προχειριζομένων τὴν εἴδησίν, καὶ ἐνεργούντων κατ' αὐτήν. Καὶ τὰ μὲν σημαινόμενα τοῦ νοῦ, κατὰ Ἀριστοτέλην ταῦτα, ὅτι Πλάτωνος λέγοντος τὴν ψυχὴν τόπον εἰδῶν, ὁ Ἀριστοτέλης τρόπον μέν τινα πρὸς δόγμα ἀποδέχεται, τρόπον δὲ διαβάλλει. Ἀποδέχεται μὲν ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι δέχεται ἡ ψυχὴ τὰ εἴδη τῶν νοητῶν, καὶ οὕτως ἐνεργεῖ· καὶ διὰ τοῦτο εἰπεῖν αὐτὴν τὸν Πλάτωνα τόπον εἰδῶν. Μέμφεται δὲ εἰς δύο τινά. Πρῶτον μὲν ὅτι πᾶσαν ψυχὴν ὁ Πλάτων λέγει τόπον εἰδῶν, καὶ οὐ μόνον τὴν λογικήν· καίτοι τε τὴν λογικὴν ἐκεῖνος μόνος ἔλεγε τόπον εἰδῶν καὶ ψυχήν, τὰς δὲ ἄλλας ἐμψυχίας. Δεύτερον δὲ, ὅτι ἐνεργείᾳ λέγει ἐν τῇ ψυχῇ τὰ εἴδη, καὶ οὐ δυνάμει. Ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἀγράφῳ γραμματίῳ αὐτὴν εἰκάζει, καὶ κυρίως λέγει μάθησιν. Ὁ μέν τοι Πλάτων ἐγγράφῳ γραμματίῳ, καὶ τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν λέγει. Ὅτι διττῆς οὔσης ἐν ἡμῖν τῆς γνώσεως τῆς μὲν ἀλόγου, οἷον αἰσθήσεως, τῆς δὲ λογικῆς οἷον τοῦ νοῦ, διττά ἐστι καὶ τὰ γινωσκόμενα· τὰ μὲν ἔνυλα, καὶ τὰ αἰσθητά· τὰ δὲ ἄϋλα. Ζητεῖ οὖν διὰ τούτων ὁ Ἀριστοτέλης, πότερον ἑκάστη γνῶσις νὸ οἰκεῖον γινώσκει, οἷον ἡ μὲν ἄλογος τὰ ἔνυλα, ἡ δὲ λογικὴ τὰ ἄϋλα μόνον· ἢ ἡ μὲν ἄλογος τὰ ἔνυλα οἶδε μόνον· ἡ δὲ λογικὴ ὡς κρείττων οὖσα, οὐ μόνον τὰ ἄϋλα οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔνυλα. Καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς ἀπορίας, ἐπικρίνει λέγων, ὅτι ἡ λόγι-

Vera est Aristotelis, de tribus mentis significatis sententia, cui etiam subscribit Ammonius. Hæc autem est. Primus significatus mentis est, ut potestate res cognoscat, qualis in pueris est. Secundus significatus, mens est, quæ habitu res novit, ut in adultis, qui res quidem sciunt, at quiescunt, neque secundum eas agunt. Tertius significatus, mens est, non quæ extrinsecus advenit, ut isti arbitrantur, sed quæ habitu simul est et actione, qualis est perfectorum, qui res sciunt et cognitionem expromunt, et juxta eam agunt. Hæ sunt mentis apud Aristotelem significationes, cum animam formarum locum nominet Plato, id quidem Aristoteles aliquo modo probat, aliquo reprobat et refellit. Probat quidem, quia dixit animam rerum intellectilium, species recipere, sicque operari, idque esse quamobrem ipsam Plato formarum conceptaculum vocat. Duplici vero nomine reprehendit: primum quia omnem animam Plato formarum locum appellat, neque solam ratione præditam, quam solus ille et animam et formarum receptaculum vocat; cæteras in anima comprehensas. Secundo reprehendit Platonem, quia in anima formas, actu, non potestate esse dicit. Illam enim Aristoteles nudæ ac puræ tabulæ similem facit, et aliquid addiscere ipsam affirmat: at Plato prescriptæ chartæ animam comparat, et discere vocat reminisci. Cum duplex sit in nobis cognitio, cum ratione, qualis est mentis, et sine ratione, cujusmodi est sensus, duplex quoque est genus eorum quæ cognoscuntur: alia materiata et quæ sensibus objiciuntur; alia immateriata. Quærit idcirco Aristoteles, an proprium objectum quælibet facultas cognoscat, ut rationis expers, materiata, rationabilis immateriata tantum. An vero irrationabilis sola immateriata norit: at rationis compos, ut præstantior,

non solum materiata norit, sed etiam immateriata. Atque in re non parum implicata sic statuit, rationabilem non solum nosse, quæ a materia secreta sunt, sed etiam materiata. Qui enim præstantiora novit, deteriora multo magis. At immateriata cognoscit. Plane igitur et his ignobiliora considerabit, hoc est materiata. Si enim mens, quæ cum ratione cognitio est, sola immateriata novit, neque tamen materiata, mens erit quodammodo non mens. Quæ enim materiata non intelliget, erit in ipsis non mens. Sed absurdum est, mentem aliquo pacto amentem esse : non igitur sola immateriata novit, sed etiam materiæ immersa. Hæc Aristoteles. Itaque res materiatas mentem nosse hinc perspicere licet : nisi enim ex materia concreta sciret, quomodo sensum corrigeret, qui remum videt in aqua fractum, [et solem pedali magnitudine ? Quanquam et alia nobis suppetit regula, quia quod rerum differentiam novit, res ipsas multo magis. At discrimen eorum, quæ sine materia sunt, cum materiatis, novit : ergo et materiata. Sed fortasse dixeris, minus apte dici, mentem res extrarias scire ; id enim sensus est, res materiatas et particulares cognoscere : generales enim tantum, et quæ universæ sunt, mens novit : sensus autem est nosse singularia, quæque sunt materiata. Sed responderi ad hoc potest, mentem subjecto unam esse, ratione vero diversam. Mens enim vel per se tantum agit : et tunc, quæ universa sunt tantum novit : vel cum sensu operantur, eo usa tanquam instrumento, sicque materiata et particularia cognoscit. Quemadmodum enim recta ipsa linea, subjecto eadem est, at ratione diversa ; quæ enim nunc recta est, incurvari et inflecti potest : sic etiam mens eadem est subjecto. Recta item mentem repræsentat : quæ per se agit ipsa, et immateriata novit : interdum inflectitur recta ; et mens ad sensum inflectitur, eoque pro instrumento utitur, cum materiata novit. Hic primus est nodus, ejusque solutio. Secunda difficultas cum hac sumptione proponitur : quod a potestate, fit actu, omnino mutatur : at mutatio, affectio est. His sic præsumptis, reliquam difficultatem subjicit. Si mens materiata cognoscit, aliquid ab iis patitur a cognitione, quæ potestate fuerat, ad cognitionem actu deducta. Quod vero a potestate ad actum deducitur, id mutatur. Quod vero mutatur, id patitur. Ergo mens a materiatis patitur, et quia nihil pati potest ab eo, quod dissimiles est materiæ; planum est igitur, mentem ejusdem esse materiæ cum materiatis, et eamdem esse materiatam et incorruptam. Ea est difficultas, quam dissolventes, dicimus male assumptum esse, ubicunque est agens, ibi et quod patitur : id enim falsum est.

(5) Hiatum sic replere videor, ἀλλ' οἶδε τὰ ἄϋλα. Σκοπήσει οὖν πάντως.

(6) Deest ἀλλ' οἱ δὲ τήν, etc., aut quidpiam hujusmodi.

A κὴ οὐ μόνον τὰ ἄϋλα οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔνυλα, Ὁ γὰρ εἰδὼς τὰ κρείττονα, πολλῷ πλέον καὶ τὰ χείρονα ἴδε τὰ ἄϋλα. Σκοπήσει πάντως (5) καὶ τὰ χείρονα τῶν ἀύλων · ἃ ἐστι τὰ ἔνυλα. Εἰ γὰρ ὁ νοῦς ὅ ἐστιν ἡ λογικὴ γνῶσις. μόνον οἶδε τὰ ἄϋλα, μὴ γινώσκει δὲ καὶ τὰ ἔνυλα, ἔσται ὁ νοῦς κατά τι ἄνους · τὰ γὰρ ἔνυλα μὴ νοῶν, ἄνους ἔσται κατ' αὐτά · ἀλλὰ μὲν ἄτοπον τὸν νοῦν κατά τι ἄνουν εἶναι. Οὐκ ἄρα τὰ ἄϋλα μόνον οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔνυλα. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστοτέλης. Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἔνυλα οἶδεν ὁ νοῦς ἐντεῦθεν ἔστι συνιδεῖν. Εἰ γὰρ μὴ ἠπίστατο τὰ ἔνυλα, πῶς ἐπιδιωρθοῦται τὴν αἴσθησιν, ὁρῶσαν τὴν κώπην ἐν ὕδατι κεκλασμένην, καὶ τὸν ἥλιον ποδιαῖον ; ἄλλως τε δὲ ἔχομεν κανόνα, ὅτι τὸ ἐπιστάμενον διαφορὰν πραγμάτων, πολλῷ μᾶλλον αὐτὰ τάδε · (6) τὴν B διαφορὰν τῶν ἀύλων πρὸς τὰ ἔνυλα, οἶδεν ἄρα καὶ τὰ ἔνυλα. Ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως ὅτι ἄτοπόν ἐστι τὸ νοῦν τὰ ἔξω εἰδέναι · ταῦτα γὰρ αἰσθήσεώς ἐστι τὸ τὰ ἔνυλα καὶ τὰ κατὰ μέρος γινώσκειν · ὁ μὲν γὰρ νοῦς τὸ καθόλου οἶδε μόνον · τῆς δὲ αἰσθήσεώς ἐστι τὸ εἰδέναι μερικὰ, ἅ τινά ἐστιν ἔνυλα. Ἔστι δὲ εἰπεῖν πρὸς τοῦτο. ὅτι ὁ νοῦς τῷ μὲν ὑποκειμένῳ εἷς ἐστι, τῷ δὲ λόγῳ διάφορος. Ὁ γὰρ νοῦς ἥ καθ' ἑαυτὸν μόνον ἐνεργεῖ, καὶ τότε τὸ καθόλου μόνον οἶδεν · ἢ μετὰ αἰσθήσεως ἐνεργεῖ, ὀργάνῳ αὐτῇ κεχρημένος · καὶ τότε τὰ ἔνυλα καὶ μερικὰ οἶδεν. Ὥσπερ γὰρ ἡ αὐτῇ εὐθεῖα, τῷ μὲν ὑποκειμένῳ ἡ αὐτή ἐστι, τῷ δὲ λόγῳ ἰάφορος. Ἡ γὰρ νῦν εὐθεῖα οὖσα δύναται κλασθῆναι καὶ ἐπικαμπὴς γενέσθαι · οὕτω καὶ ὁ νοῦς ὁ αὐτός ἐστι τῷ ὑποκειμένῳ · ἄλλοτε εὐθεῖα ἀναλογεῖ, ὁ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖ καὶ τὰ ἄϋλα οἶδεν, C ἄλλοτε δὲ κεκλασμένη εὐθεῖα, ἐπικαμπόμενος (7) πρὸς τὴν αἴσθησιν, καὶ ὀργάνῳ αὐτῇ κεχρημένος, ὅτε καὶ τὰ ἔνυλα οἶδε. Τοῦτε μὲν οὖν ἐστι τὸ πρῶτον ἄπορον καὶ ἡ λύσις αὐτοῦ. Δεύτερον ἄπορον, ὃν καὶ λῆμμα προλαμβάνεται, τοιοῦτον, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ γενόμενον, πάντως ἀλλοιοῦται, ἡ δὲ ἀλλοίωσις πάθος ἐστί. Τοῦτου προληφθέντος πρόεισι λοιπὸν τὸ ἄπορον. Εἰ γινώσκει ὁ νοῦς τὰ ἔνυλα, δῆλον ὅτι πάσχει ὑπ' αὐτῶν, ἀπὸ τῆς δυνάμει γνώσεως εἰς τὴν ἐνεργείᾳ γνῶσιν (8). Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ δυνάμει ἀγόμενον εἰς τὸ ἐνεργείᾳ ἀλλοιοῦται. Τὸ δὲ ἀλλοιούμενον, πάσχει. Ὁ νοῦς ἄρα πάσχει ἀπὸ τῶν ἐνύλων · καὶ ἐπειδὴ οὐδὲν ἐκ τοῦ ἀνομοίου πάσχει, δῆλον ἄρα ὅτι ὁμοίυλός ἐστιν ὁ νοῦς τοῖς ἐνύλοις. Καὶ ἔστι καὶ αὐτὸς ἔνυλος καὶ ἄφθαρτος. Αὕτη ἡ ἀπορία, D ἣν ἐπιλυσόμενοί φαμεν, ὅτι κακῶς εἴληπται, ὅτι ποῦ ποιοῦν καὶ πάσχει · οὗτος ὁ λόγος ψευδής ἐστι. Τότε γὰρ τὸ ποιοῦν ἀντιπάσχει, ὅτε ὁμοίυλον ἔσται τῷ πάσχοντι. Ἐπειδὴ οὖν ὁ νοῦς οὐκ ἔστιν ὁμοίυλος τοῖς ἐνύλοις, οὐκ ἀνάγκη πάσχειν αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐνύλων ὅτε γινώσκει αὐτά. Ποιεῖ γὰρ καὶ ὁ δημιουργὸς, εὐεργετῶν ἡμᾶς · καὶ ὅμως οὐκ ἀντιπάσχει ὑφ' ἡμῶν · ὥστε ἐκεῖνα μόνα τῶν ποιούντων ἀντιπάσχει, ὅσα ὁμοίυλά ἐστι τοῖς πάσχουσιν. Ὅτι ἴδιόν ἐστι τῷ

(7) Forte legendum, καὶ ὁ νοῦς, ἐπικαμπτόμενον.

(8) Subesse puto, ἀγομένην.

νοῖ, καὶ τὸ τῇ οὐσίᾳ ἐνεργεῖν. Καὶ γὰρ ὁ ἐπιστήμων οὔτε ἐπιστήμη μόνον ἐστὶν, οὔτε ψυχὴ, ἀλλὰ κρᾶμα ἐξ ἀμφοτέρων· σύγκειται γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ ἐπιστήμης, καὶ ἀναλογεῖ, ἡ μὲν ψυχὴ ὕλῃ, ἡ δὲ ἐπιστήμη εἴδει. Καὶ ἐπειδὴ παντὸς πραγματος μᾶλλον ἐστὶν οὐσία τὸ εἶδος τῆς ὕλης· εἰ μᾶλλον οὐσία τὸ εἶδος τῆς ὕλης· φασὶ δὲ Ἕλληνες ἀρχὴν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ ὕλην· τὸν Θεὸν ὡς εἶδος λέγοντες· οὐσίαν ἄρα φασὶ τὸν Θεὸν τῆς ὕλης μᾶλλον, καὶ αὐτὰ εἶδη Θεόν· εἴπερ οὐδεμία ὕλη ἐν τοῖς οὖσιν ἀνείδεος, ὅπερ ὡς λίαν ἀσεβὲς παραιτητέον· οὐσία ἄρα ἐστὶ τοῦ ἐπιστήμονος ἡ ἐπιστήμη· καὶ εἰ ὁ ἐπιστήμων κατὰ τὴν ἐπιστήμην ἐνεργεῖ, αὕτη δέδεικται οὐσία τοῦ ἐπιστήμονος οὖσα. Κατὰ τοῦτο ἄρα λέγεται τῇ οὐσίᾳ ἐνεργεῖν, διὰ τὸ τὴν ἐπιστήμην οὐσίαν εἶναι τοῦ ἐπιστήμονος. Οὔτε γὰρ κατὰ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο καὶ ἐπηρμένον θεώρημα ὅτι ὡς ἐπὶ Θεοῦ, ἡ αὐτὴ ἐστὶν οὐσία τῇ ἐνεργείᾳ· ἐπὶ γὰρ τῶν ψυχῶν, καὶ τῶν ἀΰλων οὐσιῶν, χωρὶς τῆς πρώτης αἰτίας, καὶ οὐσία ἐστὶ καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια. Τῇ οὖν οὐσίᾳ λέγεται ἐνεργεῖν, διὰ τὸ τὴν ἐπιστήμην οἱονεὶ οὐσίαν λέγεσθαι τῆς ψυχῆς. Ἐκ τοῦ κρείττονος οὖν ὠνόμασε τὸν νοῦν Ἐπειδὴ γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ ἐνεργεῖ ὁ νοῦς. καὶ ὧν ἐνεργεια ἐνεργεῖ· κρεῖττον δὲ ἐν πᾶσιν ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ οὐσία· διὰ τοῦτο θέλων εἰπεῖν ὅτι τῇ ἐνεργείᾳ ἐνεργεῖ, εἶπε τῇ οὐσίᾳ, ὡς ἀπὸ κρειττονος, ὥσπερ ἀπὸ γενους τιμιωτέρου τὸ πᾶν δηλούμενος· ὡς Τεῦκρε, φίλη κεφαλή. Καὶ τοῦτο οὖν ἁρμόττει, τῷ ἐνεργείᾳ νῷ τοῦ ἀνθρώπου. Ἐνέργεια γὰρ ὤν, νοεῖ· ὁ δὲ θύραθεν, αὐτόθεν ἐνέργειά ἐστι, καὶ τὸ τρίτον δὲ ἁρμόζει αὐτῷ, ὅτι ὁ νοῦς ἀεὶ νοεῖ, οὐχ ὡς ὁ Ηλωτῖνος οἴεται, ὅτι ἀεὶ διαπαντὸς ὁ αὐτὸς νοεῖ. Οὐ γὰρ τὸν ἕνα τῶν ἀριθμῶν νοῦν λεγόμενον ἀεὶ νοεῖ· ἀλλ' ὅτι ὁ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἀνθρωπικὸς νοῦς ἀεὶ νοεῖ. Κἂν γὰρ ἐγὼ μὴ νοῶ, ἀλλ' οὖν ἄλλος νοεῖ καὶ τῇ διαδοχῇ γίνεται τὸ ἀεί· Ἵνα μὴ ἐπιλείψῃ ἡ Ἑλλαμψις πρὸς ἡμᾶς ἡ τοῦ Θεοῦ, ἢ ἀεὶ νοεῖν λέγεται, ἐπειδὴ ἀεὶ δύναται νοεῖν. Ὁ γὰρ ἔχων τὸν νοῦν, ἐν οἱαδήποτε ὥρᾳ βούλεται, νοεῖ, ὥσπερ τῷ ἀνθρωπίνῳ νῷ τοῦτο ὑπάρχει. Ὁ γὰρ θύραθεν νοῦς ὁ εἷς κατὰ ἀριθμὸν, πάντα νοεῖ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις. Ὅτι ἐν τῷ ἑνὶ μὲν ἀνθρώπῳ, φύσει τὸ δυνάμει ἐστὶ πρότερον τοῦ ἐνεργείᾳ· οὐκ ἐν τῷ ὅλῳ δὲ κόσμῳ· ἐν γᾶρ τῷ ὅλῳ κόσμῳ, φασί τινες, οὐ δεύτερον τοῦ ἄλλου οὐδὲ πρότερον οὔτε τὸ δυνάμει τοῦ ἐνεργείᾳ· οὔτε τὸ ἐνεργείᾳ, τοῦ δυνάμει. Εἰ γὰ ἀΐδιος ὁ κόσμος κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην, οὐδὲν ἕτερον θατέρου πρότερυν, ἀλλ' ὁμόχρονά ἐστιν. Ὅτε μέν τοι χωρισθῇ ὁ νοῦς καὶ γένηται κατ' ἐνέργειαν, τότε γίνεται ὅπερ ἐστὶ, τούτέστι κυρίως νοῦς. Καὶ τοῦτο μόνον, ἀδύνατον (8) καὶ ἀΐδιον. Ἡ δὲ ἄλογος ψυχὴ καὶ ἡ φυτικὴ ἀθάνατος μὲν, οὐκ ἀΐδιος δέ. Ἀθάνατος δ' ἂν λέγεται κἂν φθαρτὴ καὶ οὐκ ἀΐδιος δοξάζεται, ἐπειδὴ οὐ καθὸ ψυχὴ φθείρεται, ἀλλὰ καθὸ ἐν σώματι ἔστι. Διὸ καὶ Πλάτων λέγει, πᾶσαν ψυχὴν ἀθάνατον, τοῦτο λέγων καὶ ἐπὶ φυτικῆς καὶ ἐπὶ ἀλόγου. Ἡ δὲ ὕλη τὸ ἀνάπαλιν, ἀΐδιος μὲν, οὐκ ἀθάνατος δέ· διὸ

A Tunc enim agens contra patitur, cum ejusdem est materiæ cum patiente, Quando igitur mens non est ejusdem materiæ cum materiatis, nihil necesse est, ut patiatur a materiatis, cum ea cognoscit: agit enim opifex Deus cum nobis benefacit, nihil tamen a nobis vicissim patitur. Quare illa tantum agentia invicem patiuntur, quæ sunt ejusdem materiæ cum patientibus. Menti etiam proprium est ut substantia agat: sciens enim, neque scientia tantum est, neque anima, sed temperamentum ex utroque; ex anima enim et scientia coalescit; et respondet materiæ quidem anima, formæ vero scientia. Et quoniam in omni re forma magis est substantia, quam materia; si quidem forma magis est substantia, quam materia: et
B rerum omnium principium Deum Græci prædicant et materiam, Deum tanquam formam agnoscentes: Deum ergo magis esse substantiam quam sit materia, dicunt et ipsas substantias Deum esse, si quidem nulla materia in rebus est sine forma. Quod dogma ut impium respuendum est. Essentia igitur scientis est scientia. Et si sciens secundum scientiam operatur, ostensum est eam scientis esse essentiam. Idcirco igitur essentia operari dicitur, quia scientis essentia est scientia; non enim secundum magnam et excelsam illam propositionem, tanquam in Deo, ipsam substantiam actu esse: in animis enim et secretis a materia substantiis, præter primam causam, et essentia est, et potestas, et actio. Essentia ergo agere dicitur, quia scientia, quasi essentia dicitur animæ. A potiore
C igitur parte mentem appellavit: quia enim actu sive efficacia operatur mens, et cum sit actus, operatur, præstat autem in omnibus actio et substantia; eam ob rem, cum significare vellet, actu mentem agere, dixit essentia, a potiori tanquam a genere præstantiore totum designans, ut *Teucer charum caput*. Hoc igitur convenit menti humanæ, quæ actus est. Cum enim actus sit, intelligit; at quæ foris, inde actus est, et tertium ipsi convenit, quia mens semper intelligit, non ut Plotinus arbitratur, quia semper, in omnibus, omnimodis ipsa intelligit. Non enim unum numerorum, qui mens dicitur, semper cogitat: sed quia humana, quæ in universo mundo est mens, semper intelligit. Etsi enim ego non cogito, alius tamen cogitat, et successione ac vicibus fit cogitatio intellectione sempi-
D terna, ne Dei apud nos splendor deficiat, qui semper intelligere dicitur, quia semper intelligere potest: qui enim mente seu intellectu præditus est, qualibet hora intelligit. Hoc itaque humanæ menti inest: mens enim quæ foris, numero una et singularis omnia intelligit. Sed de his hactenus. In uno homine, potestate natura, prius est actu, at non in toto mundo: nam in toto mundo, ut quidam aiunt, non est posterius alio neque prius; neque quod est potestate, eo quod actu; neque quod

(8*) Lego ἀθάνατον.

actu, eo quod est potestate. Si enim, ut sensit Aristoteles, mundus est æternus, nullus est alio prius, sed ejusdem temporis sunt omnia. Cum igitur separata mens et secundum actum fuerit : tunc fit id quod est ; hoc est propria mens : idque solum et immortale et æternum est. At anima brutorum et plantarum perpetua quidem, sed non æterna. Immortalis vero seu perpetua dicitur, etsi corruptibilis et non æterna censetur, quia non quatenus anima est corrumpitur, sed quatenus est in corpore : quare et Plato omnem animam immortalem dicit : quod de vegetante et sentiente dicit. E diverso, materia æterna est, at non immortalis quare mens æterna dicitur, ut et immortalitas. Ait præterea a sensu et intelligentia discrepare phantasiam, quia hæc interjecta est, illæ vero utrinque se habent : a sensu enim phantasiæ principium est : huic enim sensus initium dat, huic vero intelligentiæ. Nam sine phantasia, non potest intellectus agere ; hocque est phantasiæ, cum sensu et intellectu discrimen. Opinionis præterea et phantasiæ differentiam proponit, quia informare nobis cum libet et quodlibet possumus. Trium enim vel viginti cubituum hominem cogitare et fingere possumus ; tum et tragelaphum et hippocentaurum : at opinari quæ libet, plane non possumus. Nam bis duo, decem dicere possumus : existimare autem non possumus, ut in nostra potestate sit phantasia, non item opinio. Sed si verum amamus, neque nostri est arbitrii phantasia : nam quæ nobis eveniunt dormientibus, non est nostræ spontis ; non enim quæ volumus ea in somnis imaginamur : quid autem in somnis ? sed neque vigilantibus nobis, omnis est in nostra potestate phantasia : cum enim ea, quæ sunt, ut quæ sunt cogitamus, non possumus, nisi ut sunt ea cogitare. Ut si nobis Socratem informemus, lepidum, album et comatulum nobis ipsum informare non possumus, sed calvum, nigrum et obeso ventre, quod accuratum discrimen est.

A ὁ νοῦς ἀΐδιος λέγεται, ὡς καὶ ἀΐδιος καὶ ἀθάνατος. Ἔτι φησὶ διαφέρειν φαντασίαν αἰσθήσεως καὶ διανοίας, καθὸ ἡ μὲν μέση τούτων ἐστί, τὰ δὲ παρ' ἑκάτερα · ἄρχεται μὲν γὰρ ἡ φαντασία ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως · ἀρχὰς γὰρ ἡ αἴτθησις δίδωσι τῇ φαντασίᾳ · ἐκείνη δὲ τῇ διανοίᾳ ἀρχὰς δίδωσιν. Ἄνευ γὰρ φαντασίας οὐ δύναται ἡ διάνοια ἐνεργῆσαι. Καὶ ταύτῃ διαφέρει φαντασία αἰσθήσεως καὶ διανοίας. Πρὸς τούτοις λέγει δόξης καὶ φαντασίας διαφοράς · ὅτι φαντασθῆναι μὲν ὅτε καὶ θέλομεν δυνάμεθα. Καὶ γὰρ τρίπηχυν καὶ εἰκοσάπηχυν ἄνθρωπον φανταζόμεθα καὶ δυνάμεθα ἀναπλάσασθαι καὶ τραγέλαφον καὶ ἱπποκένταυρον. δοξάσαι δὲ ἃ θέλομεν, οὐ πάντως δύναμεθα. Τὸ γὰρ δὶς δύο εἰπεῖν μὲν δέκα δυνάμεθα, δοξάσαι δὲ οὐ δυνάμεθα, ὥστε ἡ μὲν φαντασία ἐφ' ἡμῖν, ἡ δὲ δόξα οὐκ ἐφ' ἡμῖν· Εἰ δὲ δεῖ ταληθῆ εἰπεῖν, οὐδὲ φαντασία ἐφ' ἡμῖν ἐστιν · ἡ γὰρ ἐν τῷ καθεύδειν γινομένη, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἃ θέλομεν ἐν τοῖς ὕπνοις φανταζόμεθα · καὶ τί λέγω ἐν τῷ καθεύδειν ; ἀλλ' οὔτε πᾶσα ἐν τῷ ἐγρηγορέναι. Ὅτε γὰρ τὰ ὄντα ὡς ὄντα φανταζόμεθα, οὐ δυνάμεθα, εἰ μὴ ὡς ἔχουσι, φαντάζεσθαι αὐτά. Οἷον τὸ Σωκράτην εἰ προθῶμαι (9) φαντάζεσθαι, οὐ δυνάμεθα αὐτὸν φανταθῆναι ἀστεῖον καὶ λευκὸν καὶ κομῶντα, ἀλλὰ πάντως φαλακρὸν καὶ μέλανα καὶ προγάστορα, ὥστε ἡ ἀκριβὴς διαφορὰ αὕτη ἐστίν.

B

Cum id omne, inquit, quod movetur, in loco esse, affirmat Aristoteles, cœlum inerrantium stellarum moveri fatetur ; at in loco esse negat, vel quia etsi non totum, ut totum, sed quia partes ipsius in loco, non quia natæ sint non contineri, sed quia supra ipsas nullum est corpus, ut et totum cum ipso in se concludatur. In anima vero nihil est ejusmodi, sed ejus natura est, non contineri loco.

In tornice Miniarii Constantini ac Helenæ statuæ eriguntur. Ibidem etiam ad orientem visitur crux, quam ipsi gestant. In medio autem crucis est fortuna urbis, scilicet catena clausa atque magice consecrata, omni figurarum genere instructa, ut urbs omnium gentium victrix esset, et ab hostium incursionibus libera, ita ut eam nec adire, nec lædere possent, sed statim quasi victæ, retrocederent. In eodem Milliario positæ visuntur statuæ tres. Sophiæ scilicet uxoris Justini Thracis, Arabiæ filio eorum, ac eorumdem neptis Helenæ.

De statua Theodosii.

In dicto Milliario collocata est statua equestris Theodosii ex ære, manu pomum tenentis; in cujus dedicatione annonam largissimam populo ipse distribuit. Columnæ autem quæ illic visuntur, cum suis spiris, pariterque illæ in Artopoliis positæ, necnon aliæ Tzycalariorum et quæ in Chalce exstant, multas continent historias quas ipse ad ornatum inauravit.

De templo Theologi.

Phocas tyrannus templum Sancti Phocæ a fundamentis exstruxit in Milliario, sed absque concameratione. Nam illic erat mutatio equorum cursus publici, quo in loco nervos equorum incidit, quando ab imperatore Mauricio baculo percussus est, propterea quod epistolam, quam ex Longobardis ab exercitu stipendii petendi causa missus, afferebat, lanceæ alligare ausus esset. Postquam vero die Hippodromi conquestus esset, accepta redeundi facultate, adductis equis discessit. Iis autem qui residui erant enervatis, in Longobardiam venit, cum adhuc plagarum vibices manerent, qua de causa ab exercitu ad imperium evectus est. Itaque reversus et imperio potitus, duos equos enervatos ibi constituit, arasque quadratas lapideas prope templum S. Phocæ a se conditum, et locum Diippium nominavit. Ibidem quoque quatuor imagines Constantini et Helenæ ex aureis tessellis confecit. Cæterum Heraclius ubi in urbem venit et imperium suscepit, et Phocam ulciscens in foro Bovis flammis exussit, templum illud ornavit, tectoque operuit, et commutato nomine, sancto apostolo et evangelistæ Joanni cognomine Theologo, dicavit.

De sancto Theodoro Sphoracii dicto.[1]

Sanctum Theodorum Sphoracii appellatum, Sphoracius patricius condidit, temporibus Arcadii ac filii ejus Theodosii. Exstruxit item pinsum unum in illa parte ecclesiæ quæ catechumenorum est, ac auri centenaria tria illic deposuit. Elapsis autem annis centum triginta tribus, templi pars quædam sub Mauricio conflagravit, et ab eo-

dem restaurata est; qua oratorium quoque S. Georgii exstruxit. Imperante autem Leone Basilii filio, Romanus quidam orandi causa templa urbis invisens, animadvertit litteris Latinis incisum lapidem in pinso : quibus perlectis imperatori aurum absconditum indicavit. Qui cum eo misisset ac depositum accepisset, ipsum in ordinem illustrium allegit,datis ipsi in mercedem triginta libris monetæ signatæ. Excitavit item idem Sphoracius Præcursoris statuam, quæ in concha templi Sancti Theodorici erecta est.

De Octagono.

Tetradisium Octagonum est illud, in quo octo erant porticus, sive loca concamerata. Illic et doctores omnium scientiarum commorabantur,quos semper imperatores in consilium adhibebant,neque quidquam sine illis agebant. Ex horum numero patriarcha et episcopi creabantur. Proxime autem basilicam erat, duravitque quadringentos et quatuordecim annos usque ad decimum annum imperii Leonis Isauri, patris Constantini Caballini. Hic enim divina privatus gratia, atque ea penitus spoliatus, cum monachi stolido ejus instituto assentiri nollent, iratus sarmenta lignaque colligi jussit, combussitque ædificium illud,ac sexdecim, qui illic erant, monachos.

De Lauso.

Lausiaca domus erat Lausi patricii et præpositi, qui multos gessit magistratus,magnosque adeptus est honores, sub Arcadio Theodosii Magni filio. Exornavit autem istam domum variis pretiosisque columellis et marmoribus. Cæterum hæc domus una erat ex duodecim Constantini Magni, in qua aquilæ lapideæ, et phialæ, et gradus, et bases quadratæ, ad ornatum urbis stant ad hanc usque diem. Proxime autem Milliarii arcum exstabat statua equestris Trajani et Theodosii Junioris.

De Foro.

Forum ad Oceani similitationem circulari forma conditum fuit. Ibidem horologium æneum, Cyzico deductum, collocatum erat.

De statuis in arcu cameræ Fori exsistentibus.

In arcu cameræ Fori positæ visuntur duæ statuæ,Helenæ scilicet et Constantini,et in earum medio crux, cui inscriptum est : *Unus Sanctus, unus Dominus, Jesus Christus in gloria Dei Patris, Amen.* Ibidem pariter exstant duæ angelorum statuæ alatæ.

De cruce in septentrionalis parte collocata.

In septentrionali parte Fori exstabat crux, instar illius quam Constantinus Magnus in cœlo vidit, auro obductam, habentem in extremitatibus rotundis malum. Hinc inde tam ipse quam filii ejus auro obducti ad hoc usque tempus cernuntur.

De duabus crucibus quæ depositæ erant.

In inferiori parte columnæ Fori depositæ sunt

A εὐκτήριον τοῦ Ἁγίου Γεωργίου. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοκρατορίας Λέοντος τοῦ υἱοῦ Βασιλείου ἀνελθών Ῥωμαῖός τις τοῦ εὔξασθαι εἰς τοὺς ναοὺς τῆς πόλεως, εἶδε Ῥωμαϊκα γράμματα λίθινα ἐπάνω τοῦ πινσοῦ, καὶ δύναμιν αὐτῶν γνοὺς ἐγνώρισε τῷ βασιλεῖ Λέοντι περὶ χρυσίου τινὸς, καὶ στείλαντος, καὶ ἀναλαμβανομένου ταῦτα, ἐποίησεν αὐτὸν Ἰλλούστριον, δοὺς αὐτῷ καὶ χάραγμα λίτρας λ'. Ἀνήγειρε δὲ ὁ αὐτὸς Σφωράκιος καὶ τὸν Πρόδρομον, τὸν εἰς τὴν κόγχην τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου τυγχάνοντα.

Περὶ τοῦ Ὀκταγώνου.

Τὸ δὲ Τετραδίσιον ὀκτάγωνόν ἐστιν εἰς ὃ ἵσταντο στοαὶ ὀκτὼ, ἦγουν καμαροειδεῖς τόποι, καὶ διδάσκαλοι ἐκεῖσε ἐτύγχανον οἰκουμενικῶν, καὶ οἱ κατὰ καιροὺς βασιλεῖς τοῖς ἐκεῖσε διδασκάλοις ἐβουλεύοντο, καὶ οὐδὲν ἔπραττον χωρὶς αὐτῶν, ἐξ ὧν γέγονε καὶ πατριάρχης καὶ ἐπίσκοποι. Πλησίον δὲ τῆς βασιλικῆς ἦν, καὶ διήρκεσεν ἔτη υιδ', μέχρι τοῦ δεκάτου χρόνου Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς, τοῦ πατρὸς τοῦ Καβαλίνου. Περιτραπεὶς δὲ τῆς θείας χάριτος, καὶ ταύτης γυμνωθεὶς, διὰ τὸ μὴ συγκοινωνεῖν τοὺς μοναχοὺς τῇ ματαίᾳ αὐτοῦ ἐνστάσει, θυμοῦ δὲ πλησθεὶς καὶ φρύγανα προστάξας ἀθροϊσθῆναι καὶ ξύλα, κατέκαυσεν αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δέκα ἓξ μοναχούς.

Περὶ τοῦ Λαύσου.

Τὰ δὲ Λαύσου οἶκος ἦν Λαύσου πατρικίου καὶ πραιποσίτου, ὅστις ἀρχὰς πολλὰς καὶ δόξας διήνυσεν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου τοῦ υἱοῦ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου. Ἐκόσμησε δὲ αὐτὸν διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μικρῶν κιόνων καὶ μαρμάρων. Ὁ δὲ τοιοῦτος οἶκος ἐκ τῶν δώδεκα οἴκων ἐτύγχανε τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν ᾧ καὶ ἀετοὶ λίθινοι, καὶ φιάλαι, καὶ βαθμοὶ, καὶ βωμοὶ τετράγωνοι, εἰς διακόσμησιν τῆς πόλεως ἱστάμεναι μέχρι τῆς σήμερον. Πλησίον δὲ τῆς ἀψίδος τοῦ Μιλίου στήλη ἔφιππος ἵστατο Τραϊανοῦ καὶ Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ.

Περὶ τοῦ Φόρου.

Ὁ δὲ Φόρος εἰς μίμησιν τοῦ Ὠκεανοῦ ἐκτίσθη κυκλοειδής· καὶ ὡρολόγιον ἐκεῖσε ἦν χαλκοῦν, ὅπερ ἔφερεν ἀπὸ Κυζίκου.

Περὶ τῶν στηλῶν τῶν ἱσταμένων ἐν τῇ ἀψίδι τῆς καμάρας τοῦ Φόρου.

Ὅτι ἐν τῇ ἀψίδι τῆς καμάρας τοῦ Φόρου ἵστανται δύο στῆλαι Ἑλένης καὶ Κωνσταντίνου, καὶ σταυρὸς μέσον αὐτῶν γράφων. Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς. Ἀμήν. Καὶ δύο ταχυδρόμων ὁμοίως στῆλαι πτερωτῶν.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ἐν τῷ βορείῳ μέρει.

Ὅτι ἐπὶ τὸ βόρειον μέρος τοῦ Φόρου ἵστατο σταυρὸς ὡς εἶδεν αὐτὸν Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας ἐν τῷ οὐρανῷ χρυσέμβαφον καὶ ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις στρογγύλοις μῆλον. Ἔνθεν καὶ υἱοὶ αὐτοῦ καθορῶνται χρυσέμβαφοι μέχρι τοῦ νῦν·

Περὶ τῶν δύο σταυρῶν τῶν κεχωσμένων.

Ὅτι κάτωθεν τοῦ κίονος τοῦ Φόρου κεχωσμένοι

εἰσὶν οὗτοι οἱ δύο σταυροὶ, καὶ τὸ βίκιον τοῦ μύρου, ᾧ ἠλείψατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ πολλὰ σημειοφορικὰ ἕτερα τιθέντα μὲν παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀσφαλισθέντα δὲ παρὰ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου.

A duæ illæ cruces, et urceolus vitreus unguenti, quo inunctus fuit Jesus, et multa alia admiranda, quæ a Constantino Magno ibi collocata, Theodosius Magnus firmius consistere fecit.

Περὶ τοῦ ἅρματος Ἡλίου.

Ὅτι τὸ ἅρμα Ἡλίου ἐν τέτρασιν ἵπποις πυρίνοις ἱπταμένοις παρὰ δύο στηλῶν ἐκπαλαι ὑπῆρχεν ἐν τῷ ὡρείῳ Μιλίῳ. Ἔνθα εὐάγημίσθη Κωνσταντῖνος ἐν τῷ νικῆσαι Ἀζώτιον. Κατενεχθὲν δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, δορυφορούμενον στηλίδιον μικρὸν κατεσκευάσθη παρὰ Κωνσταντίνου ὑπὸ Ἡλίου φερόμενον, Τύχη τῆς πόλεως εἰς τὸ στάμα εἰσῄει, καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει· ἐτίθετο δὲ ἐν τῷ Σενάτῳ ἑορτῶν ἐπιουσῶν καὶ γενεσίων τῆς πόλεως τελουμένων· διότι δὲ ἐπὶ κεφαλῆς σταυρὸν εἶχεν, ὃν ἐχάραξε Κωνσταντῖνος. Ἰουλιανὸς αὐτὸ βόθρῳ κατέχωσεν. Ἔνθα B Ἄρειος τὸν ἔγθιστον θάνατον ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Φόρου τοῦ Σενάτου ἀπέδωκεν, ποῦ καὶ οἱ παρερχόμενοι οὖρα καὶ κόπρα ἐτίθουν αὐτῷ τῷ ἐχθίστῳ Ἀρείῳ.

De curru Solis.

In aureo Milliario jam inde ab antiquis temporibus currus solis trahente quadriga equorum ignei coloris quasi volantium a duabus columnis visebatur: ubi Constantinus postquam Azotium vicerat, faustis acclamationibus exceptus est. Ubi autem currus ille in Hippodromum deductus fuit, parva statua fortunam urbis referens ab ipso Constantino confecta est, quæ a sole gestata ad tribunal Hippodromi ducebatur, indeque coronata exibat: ponebatur autem in senatu cum celebritas Natalium urbis immineret. Quia vero capiti ejus crucem insculpi Constantinus curaverat, Julianus eam in foveam conjici jussit: ubi Arius in camera Fori senatus teterrimam mortem obiit: atque eo loci qui præteribant urinam et stercora odiosissimo Ario deponebant.

Περὶ τοῦ Σενάτου.

Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἱ μὲν λέγουσιν, ἐξ ἀρχῆς ἦν τῶν κωδικέλλων φυλακτήριον· ἐκεῖσε γὰρ οἱ Πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτοὺς, ἐν ᾧ τε καὶ Καλλίστρατος πρῶτον τὴν ἀξίαν τοῦ ὑπάτου ἐκεῖσε ἐδέξατο, τοῦ δήμου κράξαντος, Καλλίστρατος εὐτυχὴς καὶ εἰς ἄλλο προκόψει· ὁ δὲ φοβηθεὶς προσέφυγε τῇ ἐκκλησίᾳ. Κωνσταντῖνος δὲ ἐξωμόσατο μὴ ἀδικῆσαι αὐτόν. Ὁ δὲ μὴ ἀνασχόμενος ἐχειροτονήθη πρεσβύτερος, εἶτα ἐπίσκοπος.

De Senatu.

In Senatu, ut quidam tradunt, codicilli antiquitus asservabantur: ibi enim Patricii eos accipiebant, ubi Callistratus primum dignitatem consularem suscepit, acclamante populo: Callistratus fortuna favente insuper ad aliud provehetur: ille vero perterritus ad ecclesiam confugit, et quamvis Constantinus juraret se nullam ei injuriam illaturum, tamen ille minus fidens, primum presbyter, deinde episcopus creatus est.

Περὶ τοῦ τεθέντος στοιχείου, καὶ τοῦ Φόρου, καὶ τῆς στήλης.

Κάτωθεν δὲ τοῦ κίονος τοῦ Φόρου ἐτέθη καὶ Παλλάδιον στοιχεῖον, καὶ ἕτερα πολλὰ σημειοφορικά. Ὁ δὲ κύκλος τοῦ Φόρου ἐπὶ τὸ ἴσον τῆς ποδέας τῆς κόρτης τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἣν αὐτὸς ἔπηξεν ὅτε ἀνῆλθεν ἀπὸ Ῥώμης. Οἱ δὲ δύο σιγματοειδεῖς ἔμβολοι ἐτύγχανον τότε σταῦλοι γύρωθεν τοῦ κόρτης. Ὁ δὲ περίβλεπτος οὗτος κίων, καὶ ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔστι τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἣν ἔστησεν οὗτος δίκην ἡλίου, τιθεὶς ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τοὺς ἥλους ἐκ τῶν τοῦ Χριστοῦ δίκην ἀκτίνων, ὡς ἥλιος τοῖς πολίταις ἐκλάμπων.

C

De Palladio deposito, de Foro et de statua.

Subter Fori columnam Palladium, et multa alia admiranda posita fuerunt. Circuitus autem fori tantus est, quantus fuit ambitus tentorii Constantini Magni, quod Roma Byzantium veniens isthic fixerat. Duæ autem illæ semirotundæ porticus tunc temporis stabula erant, circa tentorium. Cæterum insignis illa columna et statua Apollinis est Constantini Magni, quam ipse instar solis erexit, infixis capiti ejus, radiorum instar, clavis passionis Christi, ut veluti sol civibus suis eluceret.

Περὶ τῶν τεθέντων ἡνιόχων ἐν τῷ Σενάτῳ, καὶ περὶ τῶν ι' κοφίνων τῶν ἄρτων.

Ἐν δὲ τῷ Σενάτῳ ἀπετέθησαν οἱ ἡνίοχοι ἐν ζευξ- D ἵπποις ἐν τῷ ἀστρονομικῷ ὀργάνῳ, ἔνθα τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἵσταται στήλη, ἐν αἷς σκυφίλαις ἀπεκεφαλίσθη ὑπὸ Ἀρειανῶν Ἀρκάδιος ἀρχιδιάκονος τῆς Ἁγίας Εἰρήνης. Οἱ δὲ δέκα κόφινοι τῶν περισσευμάτων, δέκα ἔτη ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ Σενάτου κατέκειντο· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ κίονος κατεχώσθησαν.

De statuis aurigarum, quæ in Senatu collocatæ erant, ac de decem reliquiarum cophinis.

In Senatu erectæ sunt aurigarum Circensium statuæ in organo astronomico, ubi etiam Dianæ et Veneris statuæ: ad quas Arcadius archidiaconus S. Irenæ ab Arianis flagris occisus est. Decem autem cophini reliquiarum decem annis in palatio Senatus jacuerunt; postea vero ad basim columnæ suffossi fuere.

De statuis quæ olim in magna ecclesia Santa Sophia erectæ erant.

Ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ νῦν ὀνομαζομένῃ ἡ Ἁγία Σοφία, στῆλαι ἵσταντο υκζ', αἱ πλείονες τούτων Ἑλληνικαὶ ὑπῆρχον· αἵτινες ἐκ τῶν πολ-

In magna ecclesia, quæ jam appellatur Sancta Sophia erectæ erant quadringentæ viginti septem statuæ, quarum plerœque Græcæ erant; ex

quarum numero istæ erant Jovis scilicet, Cari patris, Diocletiani, duodecim signorum Zodiaci, Lunæ, Veneris. Arcturi sideris duabus Persicis columnis fulti, Poli Australis, ac sacerdotis Minervæ habentis a latere Iridem sine philosophia vaticinantem. Christianorum item statuas non paucas exstitisse ferunt, ex multis vero paucæ enumerandæ sunt, Constantini Magni, Constantis, Galli, Theodosii, Juliani, Theodosii alterius et Arcadii filii ejus, ac Serapionis consulis : Helenæ item matris Constantini tres : una porphyretica margaritis distincta : altera ex tessellis argenteis super columnam æream : tertia vero eburnea, quam posuit Cyprus rhetor. Quibus per urbem dispersis Justinianus fide et studio multo permotus, amplissimum templum excitavit. Si qui vero horum periti, urbem explorandi causa percurrant, non paucas earum reperient.

λῶν ὑπῆρχον, τοῦ τε Διὸς, καὶ Κάρου τοῦ πατρὸς, καὶ Διοκλητιανοῦ, καὶ τὰ δώδεκα ζώδια, ἥ τε Σελήνη καὶ ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὁ Ἀρκτοῦρος ἀστὴρ, παρὰ δύο Περσικῶν στηλῶν βασταζόμενος, καὶ ὁ Νότιος Πόλος, καὶ ἡ Ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς, ἀπὸ τοῦ πλευροῦ τὴν Ἶριν ἀφιλοσόφως μαντεύουσαν ἔχουσα. Ἐκ δὲ τῶν Χριστιανῶν οὐκ ὀλίγαι μέν, ὡς εἶπον· καὶ δέον ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγας εἰπεῖν· Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, καὶ Κώνσταντος, καὶ Γάλλου, Θεοδοσίου τε καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου τοῦ ἑτέρου, καὶ Ἀρκαδίου υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ Σεραπίονος ὑπάτου, καὶ Ἑλένης μητρὸς Κωνσταντίνου τρεῖς· ἡ μὲν μία πορφύρα διὰ μαργάρων· ἡ δὲ ἑτέρα διὰ ψηφίδων ἀργυρῶν ἐν τῷ χαλκῷ κίονι, καὶ ἡ ἄλλη ἐλεφαντώδης Κύπρου ῥήτορος προσενέγκαντος· ἃς Ἰουστινιανὸς μερίσας ἐν τῇ πόλει ναὸν μέγιτσον ἀνήγειρε μετὰ πίστεως καὶ πόθου πολλοῦ· οἱ δὲ πεπειράμενοι τῶν προειρημένων, περιερχόμενοι τὴν πόλιν, καὶ ζητοῦντες αὐτὰς, εὑρήσουσιν οὐκ ὀλίγας.

De statuis quæ collocatæ erant in dextera Fori parte.

In dextera Fori parte ad orientem statuæ duodecim ex marmore porphyretico exstabant, totidemque Sirenes auro obductæ, quas vulgus equos marinos vocat. Nunc autem septem duntaxat conspiciuntur : quarum tres apud S. Mamantem positæ sunt. Cæteræ statuæ etiamnum supersunt.

Περὶ τῶν στηλῶν τῶν ἱσταμένων ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ Φόρου.

Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ Φόρου τοῦ ἀνατολῆς, ἐδέξαντο στήλας πορφυρᾶς διὰ μαρμάρων ιβ', καὶ σειρῆνας δώδεκα, ἅστινας οἱ πολλοὶ ἵππους θαλασσίους καλοῦσι· χρυσέμβαφοι δὲ ἦσαν. Ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἑπτὰ μόναι καθορῶνται· τὰς δὲ τρεῖς ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς τοῦ Ἁγίου Μάμαντος μέρεσιν ἔθηκαν, καὶ αἱ λοιπαὶ στῆλαι σώζονται.

De simulacro æreo Fortunæ urbis, quod in orientali Fori arcu exstabat.

Fortuna urbis ænea cum calyptra posita erat in orientali arcu fori, cujus manus, ut aiunt, Michael Rhangabe amputari jussit, ne factiones populi contra imperatores quidpiam moliri possent.

Ἡ δὲ Τύχη τῆς πόλεως χαλκὴ μετὰ μοδιόλου ἵστατο ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἀψίδι, ἣν, ἔφησαν. Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ χειροκοπηθῆναι, διὰ τὸ μὴ ἰσχύειν τὰ δημοτικὰ μέρη κατὰ τῶν ἀνακτόρων.

De cruce cujus inscriptio est, Sanctus, sanctus, sanctus.

Sciendum est, crucem, in cujus medio legitur, Sanctus, sanctus, sanctus, a præside Fori dedicatam esse : ubi etiam duorum angelorum et ipsius Constantini et Helenæ statuæ, a dextris et sinistris asservantur. In orientali autem arcu Fori Constantiniani, crux est argento obducta, habens in extremitatibus rotundis malum, quam ibidem Constantinus erexit, qua forma illam in cœlo viderat. Ii vero qui inaurati conspiciuntur, filii ejus sunt. Itemque in sinistris partibus terribilis posita erat elephantis statua, prope maximam statuam, ubi mirabile spectaculum accidit. Nam terræ motu facto, elephas collapsus est, ac unus posteriorum ejus pedum effractus. Præfecti vero Taxeotæ, quos moris erat forum custodire, accurrentes elephantem erexerunt, ac corporis humani integri utraque ossa invenerunt, et tabellam cui inscriptum erat : *A Venere virgine sancta ne mortua quidem sejungor.* Præfectus autem signum illud ærario publico iatulit in nummos redigendum. Præter superius memorata, visebatur porcus, multitudinis strepitum denotans, et proxime nuda statua, si-

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ γράφοντος· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος.

Ἰστέον, ὅτι ὁ σταυρὸς ὁ μεσοσυλλαβῶν καὶ ἀναγινωσκόμενος, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, παρὰ τοῦ πρωτοστατοῦντος τῷ Φόρῳ ἀνηγορεύθη· ἔνθεν καὶ δύο ταχυδρόμων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντίνου, καὶ Ἑλένης ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων σώζονται στῆλαι. Εἰς δὲ τὴν ἀνατολικὴν ἀψίδα τοῦ Κωνσταννινιακοῦ Φόρου σταυρὸς ἀργυρέμπλαστος, καὶ ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις στρογγύλοις μῆλον, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀνηγέρθη ὑπὸ Κωνσταντίνου, ὡς ἐθεάσατο αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Οἱ δὲ χρυσέμβαφοι υἱοὶ αὐτοῦ εἰσι καὶ ἐλέφαντος στήλη ἵστατο φοβερὰ ἐν τοῖς εὐωνύμοις μέρεσι πλησίον τῆς μεγάλης στήλης· ἔνθα καὶ παράδοξον ἐδείκνυτο θέαμα· σεισμοῦ γὰρ γενομένου καὶ αὐτὸς πέπτωκε, καὶ ἀπώλετο τὸν ἕνα πόδα τὸν ὄπισθεν, οἱ δὲ τοῦ ἐπάρχου ταξεῶται (ἔθος γὰρ τὸν Φόρον παρ' αὐτῶν φυλάττεσθαι) συνδραμοῦντες ἤγειραν τὸν ἐλέφαντα, καὶ εὗρον ἔσωθεν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ ἀνθρώπου ἀμφότερα ὅλου τοῦ σώματος, καὶ πυξίον μικρὸν, οὗ ἐν τῇ κεφαλῇ ἔγραψεν· Ἀφροδίτης παρθένου ἱερᾶς οὐδὲ θανοῦσα χωρίζομαι. Ὅπερ ὁ ἔπαρχος τῷ δημοσίῳ προσέθηκεν εἰς νομισμα. Τοῖς προαναδεδηλωκόσι, καὶ χεῖρος ἵστατο σημαίνων τὴν κραυγὴν

τῆς πανηγύρεως· καὶ γυμνὴ ὡσαύτως στήλη σημαίνουσα τὸ ἀναίσχυντον τῶν τε ἀγοραζόντων καὶ πωλούντων.

A gnificans impudentiam eorum qui emunt et vendunt.

Περὶ τοῦ Συστηματίου, τοῦ ἐν τῷ Φόρῳ μέσον ἱσταμένου.

Συστημάτιον δὲ μέσον τοῦ Φόρου ἔνζωδον ἐπὶ κιόνων ἱστάμενον, καὶ ἐν αὐτῷ δηλοῦν τὰς ἱστορίας τῶν μελλόντων ἐσχάτως γίνεσθαι ἐπὶ ταύτῃ τῇ πόλει· οἱ δὲ στηλωτικοὶ τῶν ἀποτελεσμάτων ταῦτα πάντα συνίασιν. Ἐστήλωσε δὲ αὐτὰ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς παρακληθεὶς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου καὶ εἰσελθὼν ἐστοιχείωσε τὰ ὀνόματα τῆς ἐπικρατείας ἕως τέλους αἰώνων.

De compage quæ stabat in medio Fori.

In medio Fori compages quædam variis distincta figuris, columnisque fulta visebatur, quæ res urbi aliquando eventuras indicabat : qui autem apotelesmaticen exercent, hæc omnia norunt. Cæterum hæc Apollonius Tyaneus erexit, accersitus a Constantino Magno, iisque nomina imperatorum usque ad sæculorum finem insculpsit.

Περὶ τοῦ πῶς ἔκτισε τὴν πόλιν, ὅτε ἐξῆλθε μετὰ τῶν μεγιστάνων ἐν τῷ Φόρῳ πεζός.

Ὅτι μέλλων κτίσαι τὴν πόλιν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ὀφείλων πῆξαι τὸ θεμέλιον, καὶ κατεμέτρησεν αὐτήν, πεζὸς ἐξελθὼν μετὰ τῶν μεγιστάτων αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Φόρον, εἶπον αὐτῷ οἱ ἄρχοντες· Ποίει τέλος τῷ τείχους, δέσποτα. Ἐκεῖνος δὲ ἔφη· Οὐχὶ ἕως οὗ στῇ ὁ προαύωγός μου, ἐκεῖσε πληρώσω. Μόνος γὰρ οὗτος ἑώρα τὸν ἄγγελον. Ἀπελθὼν δὲ μέχρι τοῦ Ἐξωκιονίου πεζὸς μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου, ἐκεῖσε δὲ ἰδὼν τὸν ἄγγελον τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ πήξαντα, καὶ μηνύοντα ἕως ἐκεῖ στῆναι αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἔπηξεν ἐκεῖ τὸ τεῖχος·

Quomodo urbem ædificavit, quando una cum proceribus Forum pedes adiit.

Cum vellet urbem condere Constantinus Magnus, B ac fundamenta jacere, mensus est ipsam, unaque cum proceribus suis pedes exiit, atque ad Forum processit, quo ubi perventum fuit, inquiunt ei proceres, Hic, domine, muro statue terminum. Ille vero respondit : Non, nisi is qui me præcedit ductor constiterit, finem faciam. Solus enim ipse angelum videbat. Progressus igitur pedes cum toto senatu usque ad Exocionium, vidit ibi angelum, defixa in terram rhomphæa, stationis initium facere : quare ipse quoque ibi substitit, et finem muro statuit.

Περὶ τοῦ Ἀρτοπωλίου.

Ἐν δὲ τοῖς Ἀρτοπωλίοις κυνάρια ἔστησεν εἴκοσι περιφερῆ, καὶ ταῶνας, καὶ ἀετοὺς, καὶ λεαίνας, καὶ κριῶν κάρας, καὶ στρουθῶν, καὶ κορώνης, καὶ τρυγόνος, καὶ γαλῆς, καὶ δαμάλεως, καὶ Γοργόνας δύο, μίαν μὲν ἐκ δεξιῶν, καὶ ἑτέραν ἐξ εὐωνύμων, κατ' ὄψιν ἀμφότεραι βλέπουσαι, ἀπὸ μαρμάρων ἐγγεγλυμμέναι, καὶ χοίρων ἀγέλας. Ἱσταντο δὲ μέχρι Ζήνωνος. Γαληνὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ὑπάρχων, ἐκεῖσε παραιωθεὶς τὰς Γοργόνας ἔλεγεν ἱερογλυφικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ τῶν μελλόντων, δηλώσας τὰς ἱστορίας πάσας σὺν τοῖς ὀνόμασι Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου τυπώσαντος ταῦτα. Τοῦ δὲ Γαληνοῦ ἐπὶ πλείστων συγνάσαντος, καὶ τοῖς ἀναγνώσμασι προσχόντος, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ Ζήνωνι παρὰ Βηρίνης εἰπόντος καὶ γελάσαντος· Καλλίστρατός τις συρφετὸς κάπηλος τῇ τέχνῃ, μετὰ τὴν ἐπάνοδον Ζήνωνος, διαβάλλει τὸν Γαληνόν· ὁ δὲ Ζήνων τοῦτον ἀνῄρηκει, ὅπερ λέγουσιν εἶναι ἀληθές· καὶ γὰρ αἱ ἀγέλαι τῶν χοίρων διερχόμεναι ἐκεῖσε εἰς τὸν Ἀρτοτυριανὸν τόπον μέσον τῆς καμάρας, ὅθεν ἀνέρχεται, ἵστανται ἐνιοι, καὶ οὐ δύνανται παρέρχεσθαι, ὅτε οἱ χοιροδίται οἱ τούτους ἐλαύνοντες, τύψωσι τούτους, καὶ τότε μεθίστανται· ἡνίκα γὰρ ψυχῇ αἷμα ὀλίγον, ἀθρόως ὁρμᾷ ἡ ἀγέλη.

De Artopolio.

In Artopoliis catellos viginti circumposuit, et pavones, aquilas, leænas, arietum capita, et passerum, cornicis item, turturis, felis et buculæ, Gorgones duas, aliam a dextris, aliam a sinistris, facie sibi invicem obversas ex marmoribus sculptas, ac demum porcorum greges. Peragitaverunt autem usque ad Zenonem. Cæterum Galenus quidam medicus et philosophus istac præter Gorgonas transiens, hieroglyphica esse dixit, iisque astronomicum futuri præsagium contineri, et cunctas declaravit historias cum nominibus Constantini Magni, qui illa effinxerat. Cum autem hæc Galenus frequentius enarrasset, et lectioni eorum insisteret, eaque quæ Zenoni Verinæ opera eventura erant, prædixisset, et in risum prorumperet; Callistratus quidam homo nihili qui cauponariam exercebat, post Zenonis reditum Galenum accusavit, Zeno autem ipsum interfecit : quod etiam vere C contigisse dicunt. Ideoque porcorum greges isthac transeuntes ad Artotyrianum locum in medio fornicis unde ascenditur, quasi stupidi consistunt neque ultra progredi possunt : donec a subulcis verberati, gressum movent : statim enim ac paululum sanguinis effluit, cum impetu procedunt. D

Περὶ τοῦ σταυρίου τοῦ ἱδρυμένου ἐπὶ κίονος.

Τὸ δὲ σταυρίον τὸ ἱδρύμενον ἐπὶ κίονος πλησίον τῶν Ἀρτοπωλίων ἐν τῇ λιθοστρώτῳ αὐλῇ ἀνηγέρθη παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, ὅτε ἐκτίσθη ἡ πόλις. Εἰς δὲ τὸ παλαιὸν ἔφερον ἐκεῖσε τοὺς ἵππους ἑκατέρων τῶν μερῶν ἡνίοχοι, καὶ εὐφημίζον-

De cruce supra columnam erecta.

Crucem collocatam supra columnam propter Artopolia in atrio lapidibus strato erexit Constantinus Magnus, quando urbem condidit. Antiquis autem temporibus utriusque factionis aurigæ equos ibi agitabant, et acclamantes aiebant, *Crucis potentia*

Ἡ δὲ ἑτέρα σχηματογραφία, ἣν συντέθεικεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος.

A *Altera urbis a Constantino M. in aliam formam deductæ descriptio.*

Προσέθηκε τοίνυν τὸ τεῖχος ἀπὸ τοῦ Εὐγενίου μέχρι τοῦ Ἁγίου Ἀντωνίου, ἀπὸ δὲ τῶν Τόπων ἕως τῆς Ἁγίας Θεοτόκου τῆς Ῥάβδου, καὶ ἀνέβαινεν εἰς τὸ Ἐξωκιόνιον, καὶ τὸ χερσαῖον τεῖχος, ἀπὸ τοῦ Μιλίου· καὶ ἤρχετο μέχρι τῆς παλαιᾶς πόρτης τοῦ Ηροδρόμου, καὶ τῆς μονῆς τοῦ Δίου καὶ τῆς Εἰκασίας, καὶ διήρχετο μιχρι τῆς Βώνου, καὶ εἰς τὸν Ἅγιον Μανουὴλ, Σαβὲλ καὶ Ἰσμαὴλ, ἐν ᾧ τόπῳ ἐνηρέθησαν οὗτοι οἱ ἅγιοι· καὶ διήρχετο εἰς τὰ Ἁρματίου, καὶ μέχρι τοῦ Ἁγίου Ἀντωνίου, καὶ ἔκαμπτε εἰς τὸν τοῦ Εὐγενίου. Διήρκεσε δὲ τὸ τεῖχος ἔτη ρλβ', δέκα βασιλέων αὐτοκρατορησάντων. Αὕτη τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ἡ σχηματογραφία.

Addidit igitur murum ab Eugenii turri ad S. Antonium usque, et a Topis ad S. Dei Genitricem Rhabdi dictam; murusque terrestris protensus est a Milliario ad Hexocionium, et pergebat ad veterem Præcursoris portam, et ad monasterium Dii et Icasiæ: inde tendebat usque ad Cisternam Boni, et ad Sanctos Manuel, Sabel ac Ismael, ubi ipsi sancti occisi fuere: hinc vergebat ad locum Harmatii nuncupatum; et ad S. Antonium usque, deflectebatque ad Eugenii turrim. Duravit autem hic murus annos CXXXII, decem imperatorum tempore. Hæc est urbis forma sub Constantino Magno.

Quo anno urbs Constantinopolis cœpta sit ædificari, quove mense celebrata sint ejusdem urbis encænia.

Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι, τῷ πεντακισχιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ τριακοστῷ τετάρτῳ ἔτει τοῦ κόσμου, τῷ τρίτῳ μηνὶ τῆς κρισκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ Τοξότου ξώδιον· ὡροσκόπει γὰρ Καρκῖνος· τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους τῶν δυτικῶν τειχῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἐν ἐννέα μησὶ τό τε χερσαῖον καὶ παράλιον τεῖχος, μετὰ πλείστων οἰκοδομημάτων, τῶν ἐν τῇ πόλει δομηθέντων ἀπαρτίσαντες, τῇ ια' τοῦ Μαΐου μηνὸς, τὰ ἐγκαίνια τῆς πόλεως γέγονε, καὶ προσηγορεύθη Κωνσταντινούπολις.

B Sciendum est, anno mundi quinquies millesimo octingentesimo tricesimo quarto, tertio mense quartædecimæ Indictionis, Novembri mense, die quarta, cum sol in Sagittarii signo versaretur, Cancro horoscopante, primo anno CCLXXVI Olympiadis, fundamenta murorum occidentalium Constantinopoleos jacta fuisse: cumque novem mensibus, maritimum et terrestrem murum, cum aliis urbanis ædificiis absolvissent, undecemo Maii, encænia urbis celebrata esse, eique Constantinopolis nomen impositum.

De statua Constantini M. quæ die urbis natali in Hippodromum deducebatur. De iis qui una cum Constantino urbem CP. ædificarunt; ac de præcipuis ædificiis ab eodem Augusto in urbe excitatis.

Ἐπὶ δὲ τῇ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρᾳ προσέταξεν ἐπὶ τοὺς ἐφεξῆς χρόνους, τὴν αὐτοῦ στήλην ὁρᾶσθαι, μετὰ τῆς εἰθισμένης τιμῆς, Ἱππικοῦ ἀγομένου, τοῖς κατὰ καιρὸν βασιλεύουσιν, ὄντων καὶ τῶν δημοτῶν, καὶ ἀνέρχεσθαι μέχρι τοῦ στάματος. Ταῦτα ἐπράχθη τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, συμπραττόντων καὶ συνευδοκούντων εἰς τὴν οἰκοδομὴν τῆς θεοφρουρήτου Κωνσταντινουπόλεως· Εὐφρατᾶ τέ φημι τοῦ παρακοιμωμένου καὶ Οὐροικίου, καὶ Ὀλυβρίου τεῦ πραιποσίτου, Ἰσιδώρου καὶ Εὐστοργίου, καὶ Μιχαὴλ πρωτοβεστιαρίου, ἀμφοτέρων πατρικίων, καὶ Ὀνοταρσίου ἐπάρχου, καθὼς ἱστοροῦσιν ὅ τε Εὐτυχιανὸς γραμματικὸς ὁ προτοασηκρῆτις, καὶ ὁ συμπαρὼν τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ ἐν Περσίδι, Εὐτρόπιός τις ὁ σοφιστὴς καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου, Τρώϊλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς διανύσας μετὰ δόξης, καὶ Ἡσύχιος ὁ ταχυγράφος. Οὗτοι πάντες θεαταὶ καὶ συνίστορες γεγόνασι τῶν τότε πραχθέντων ἀκριβῶς. Ἐν δὲ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐποίησεν, ὡς εἴρηται, μείζονα τὴν Βύζαντος πόλιν· ἔκτισε δὲ καὶ τὰ παλάτια, τὰ ἀπό τε τῆς Χαλκῆς, καὶ τῶν Ἐξκουβίτων, καὶ τῶν Σχολῶν· καὶ ναὸν ἀνήγειρεν ἐκεῖσε τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τὴν θόλον τῆς Ἑπταλύχνου, ἡ καὶ μέχρι τοῦ νῦν σώζεται ἔσωθεν τῶν Σχολῶν· καὶ τὸ Τριβουνάλιον καὶ τὰ νῦν ὀνομαζόμενα Νούμερα

C Constituit autem ut imposterum quotannis die urbis natali, statua ipsius cum solito honore, ludis circensibus, imperatori populoque ad tribunal Hippodromi spectanda proponeretur. Hæc duodecimo anno imperii Constantini Magni facta sunt, adjuvantibus in structura Constantinopoleos, divino præsidio munitæ, Euphrate accubitore, Urbicio, et Olybrio præposito, Isidoro et Eustorgio, ac Michaele primo vestiario, utroque patricio, et Honotarsio præfecto; quemadmodum memoriæ tradiderunt Eutychianus grammaticus a secretis primus, et Eutropius quidam sophista, qui fuit Constantino ab epistolis, ac Juliano Apostatæ in Perside una adfuit; Troilus rethor, qui multos magistratus cum gloria gessit, et Hesychius notarius. Ili omnes spectatores et accurati testes eorum, D quæ tunc facta sunt, exstiterunt. Anno autem duodecimo imperii sui ampliavit, ut dictum est, Constantinus Byzantis urbem, ædificavitque palatia, a Chalce, ab Excubitis, et a Scholis: ibidemque SS. Apostolorum templum exstruxit, et Heptalychni tholum, qui usque adhuc intus in Scholis servatur: præterea tribunal, et quæ nunc Numera appellantur quæque ejusdem palatii sunt: insuper undeviginti Accubita, et Stepsimum, templumque S. Stephani, quo cubiculo hiberno tempore utebatur. Exstruxit quoque Magnauram, et Domini

καὶ αὐτὰ εἰς τὰ αὐτὰ παλάτια, καὶ τὰ ἑννεακαίδεκα Ἀκκούβιτα, καὶ τὸ Στέψιμον, καὶ τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Στεφάνου, ὅπερ εἶχε χειμωνικὸν κοιτῶνα. Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὴν Μαγναύραν, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν, καὶ Γενικὸν, καὶ τὸ Ἰδικὸν, καὶ τὸ Βεστιάριον, καὶ τὸν Καβαλλᾶν, καὶ τὸ Σίγμα, καὶ τὸ Ὦατον, τὸ πρὸς τὴν Νέαν κείμενον, καὶ μέχρι τῆς ὀνομαζομένης Σιδηρᾶς πόρτης, καὶ τὰ παλάτια μέχρι τοῦ Γερανίου, καὶ τὸ Χρυσόκλαβον, καὶ τὸ μέγα λουτρὸν τοῦ Οἰκονομίου, τὸ πλησιάζον εἰς τὸ Τζυκανιστήριον, ἔχον ἐνθήκας ἑπτὰ, καὶ στοὰς ιβ' καὶ κόλυμβον εὐμεγέθη ἐνζωδον· καὶ αἱ μὲν ἑπτὰ ἐνθῆκαι, εἰς ἀνάμνησιν τῶν ζ' πλανητῶν ἀστέρων· αἱ δὲ ιβ' στοαὶ τῶν ιβ' μηνῶν τὰς κράσεις ἴσαζον, ὅπερ οὖν ἦπτε μέχρι τοῦ βασιλέως Κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ· ὁ δὲ κατέλυσεν Ἰωάννης Τζιμίσκης, καὶ ἐκ τῆς τούτου ὕλης ἔκτισε τὴν Χαλκὴν, ἔνθα καὶ ἐτάφη. Βουλόμενος δὲ κτίζειν καὶ Ἱππικὸν κατὰ μίμησιν τῆς Ῥώμης, εὗρε τὸ τοῦ Σεβήρου, καὶ ἀνεπλήρωσεν αὐτὸ, ἤγουν τὸ ἓν μέρος τῶν βαθμίδων, καὶ τῶν δύο περιπάτων, καὶ καγκέλλων, καὶ αὐτὸν τὸν Σφενδῶνα, καὶ τοὺς καμπτῆρας, καὶ τοὺς δήμους. Πάντα δὲ τὰ χαλκουργήματα καὶ τὰ ξόανα ἐκ διαφόρων ναῶν καὶ πόλεων ἀθροίσας, ἔστησεν αὐτὰ εἰς κόσμον τῆς πόλεως· ὁμοίως καὶ τοὺς κίονας τοῦ περιπάτου· ἐπάτωσε δὲ τούτους μετὰ συγκοπῆς, καὶ ἐπετέλεσεν αὐτὸ, πρῶτον ποιήσας καὶ ἱππικὸν ἀγῶνα. Ὁ δὲ ἔχων τοὺς ὀρνιθίους πόδας ἦχθη ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας· ἔστι δὲ ὁ Βελλεροφόντης· καὶ ἐκεῖσε ἐσέβοντο αὐτόν. Ὅποσα δὲ καὶ ἄλλα ἀγάλματα, καὶ ἄτινό εἰσι, καὶ πόθεν ἦκασιν ἕκαστον, καὶ διατί ἐστηλώθησαν, ἔσχατον λεπτομερῶς ἐροῦμεν.

templum, Ærarium item publicum et privatum, Vestiarium, Caballam et Sigma ac Oatum proxime ecclesiam Novam, et cætera usque ad portam Ferream, et palatia ad Geranium usque : tum Chrysoclavum et balneum magnum Œconomii, proximum Tzycanisterio, quod septem receptacula habebat, et duodecim porticus, et amplissimam piscinam figuris variatam. Et septem quidem receptacula in memoriam septem planetarum : duodecim vero porticus, duodecim mensium temperamenta æquabant ; quod permansit usque ad tempora domini imperatoris Nicephori Phocæ. Joannes vero Zimisces illud evertit, et ex ipsa materia Chalcen condidit, in qua et sepultus est. Cæterum cupiens etiam Constantinus Circum ad instar Romani ædificare, eum, quem Severus imperfectum reliquerat, ipse absolvit ; unam nempe graduum partem, ac duarum porticuum et cancellorum, præterea ipsum sphendonem, flexus seu metas et factionum sedes. Omnia autem ænea signa ac simulacra ex variis templis et civitatibus collecta ad ornatum urbis erexit : similiter et columnas ambulacri, quas crustis ornavit, ac edito primum equestri certamine, opus perfecit. Verum statua quæ pedes alatos habet, delata fuit e magna Antiochia, et Bellerophontis est, qui illic colebatur. Cæterum de reliquis statuis, quot et quales eæ sint, et unde quælibet venerit, et quare fuerint erectæ, postremo breviter dicemus.

De quatuor Romanis magistris, et octo patriciis, quos Roma Constantinopolim eduxit Constantinus Magnus ; ac de ædificiis ab iisdem in eadem urbe CP. excitatis : necnon de Scythica Constantini M. expeditione.

Μέλλων οὖν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος οἰκῆσαι τὴν πόλιν αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τοὺς Ῥωμαίους εἰς τὸ Βυζάντιον κατακρατῆσαι, ἔλαβεν ἐξ αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων τὰ τούτων δακτυλίδα, ἑνὸς ἑκάστου ἰδίως, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν Σάβαρον· ἐξ ὧν οἱ μὲν τέσσαρες ἐτύγχανον μάγιστροι· Ῥωμαῖοι δὲ ὅ τε Ἀδὰμ. ὁ Πρωτάσιος, ὁ Φιλόξενος, καὶ ὁ Σκόμβρος, καὶ πατρίκιοι ὀκτὼ, ὁ Πρόβος, ὁ Δομνῖνος, Σαλούστιος ὁ ἔπαρχος, Μόδεστος καὶ ὁ Εὔβουλος, ὁ Δαρεῖος, ὁ Μαῦρος, ὁ Ῥοδανός· οἵτινες ἐξαπεστάλησαν, μετὰ πλείστου στρατοῦ ποιήσαντες ἐν Περσίδι μῆνας ις', ὁ δὲ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀποστείλας εἰς Ῥώμην ἀνελάβετο τὰς γυναῖκας αὐτῶν· οἱ δὲ σταλέντες ἐκεῖσε, ἐθεάσαντο καὶ τοὺς τόπους ἑνὸς ἑκάστου, ποῦ τε κεῖνται καὶ ὅπως· ἑτέρας ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς θαλάσσης, ἄλλας ἐπὶ τοὺς ἠπείρους ὡσαύτως· ἐθεάσαντο δὲ καὶ τὰς ἀνόδους, αἳ ἦσαν κοχλιοειδεῖς· καὶ λαβόντες τὰς φαμιλίας τῶν τούτων συγκλητικῶν, ἀνῆλθον ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, καὶ ἔκτισαν ὅμοια κτίσματα, καὶ ἐκάθισαν ἐκεῖσε τὰς φαμιλίας αὐτῶν. Ἐλθόντες οὖν ἐκ Περσίδος μετὰ νίκης μεγάλης; ἀνελάβοντο καὶ πάκτα κεντηνάριᾶ τξε'. Ἐδέξατο οὖν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἀσμένως, καὶ ποιήσας εὐωχίαν, εἶπεν αὐτοῖς· Θέλετε ἀπελθεῖν εἰς Ῥώμην; δοκιμάζων

Cum igitur urbem suam habitari Constantinus Magnus, imo potius Romanos Byzantii sedem imperii habere vellet, cujusque horum annulos accepit, misitque ipsos contra Saporem Persarum regem, quorum quatuor magistri erant : Romani, videlicet Adam, Protasius, Philoxenus, Scombrus ; octo vero patricii, Probus nempe, Domninus, Salustius præfectus, Modestus, Eubulus, Darius Maurus ac Rhodanus, qui cum ingentibus copiis in expeditionem missi, in Perside sexdecim menses commorati sunt. Interea Constantinus Magnus, missis Romam legatis, eorum uxores accersivit. Cæterum legati sedulo observarunt locum situmque cujusque ; eas videlicet domos quæ ad oram maris erant, et eas quæ ad continentem ; itemque contemplati sunt scalas quæ erant cochleæ. Assumptis igitur familiis horum senatorum, Byzantium redierunt, ibique simili forma ædificia construxerunt, eorumque familiis dederunt inhabitanda. Cum itaque acceptis trecentis et sexaginta quinque centenariis tributi, e Perside victores rediissent, imperator eos lubens excepit, ac ad convivium admissis, explorandi gratia, inquit illis : « Numquid abituri estis Romam ? » Responderunt illi, « Haud ante duos menses eo

reversuros. » Tum imperator, « Vespere, inquit, dabo vobis ædes vestras. » Præceperat enim Euphrati accubitori suo, qui imperatorem Christianum fecerat, ut unicuique suam domum redderet cum familia. Illi igitur ut viderunt ostia, atria et scalas pari situ posita, mensuram item, formam ac altitudinem, penitusque universa Romanis similia, putabant se per phantasiam esse Romæ : ubi vero et familias suas invenerunt, obstupuere. Sed postquam eas interrogarunt, et uti res gesta esset, accurate edidicerunt, tum demum crediderunt, non esse phantasiam verum imperatoris prudentiam, qui vel invitos Byzantium inhabitare coegisset. Loca autem ex nominibus ipsorum denominata sunt.

A αὐτούς. Οἱ δὲ ἔφησαν μὴ κατελθεῖν μέχρι δύο μηνῶν· ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη· Ἀπόψε ἔχω δοῦναι ὑμῖν τὰς οἰκίας ὑμῶν. Προστάξας οὖν Εὐφράτῃ τῷ παρακοιμωμένῳ αὐτοῦ ὅστις καὶ ἐποίησε τὸν βασιλέα Χριστιανόν, ἀποδοῦναι ἑνὶ ἑκάστῳ τούτων τὸν οἶκον αὐτοῦ μετὰ οἰκείου αὐτοῦ. Οἱ δὲ, ὡς εἶδον τοὺς πυλῶνας, καὶ τὰς αὐλὰς, καὶ τὰς ἀνόδους ὁμοίως, τὰ μέτρα δὲ, καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ ὕψη, καὶ πάντα ἁπλῶς οἷα τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἔδοξαν εἶναι ἐν φαντασίᾳ εἰς τὴν Ῥώμην. Εὑρόντες δὲ καὶ τὰς φαμιλίας αὐτῶν, ἐξεπλάγησαν. Ἐρωτήσαντες δὲ ταύτας, καὶ μαθόντες ἀκριβῶς, τότε ἐπίστευσαν, ὡς οὐκ ἔστι φάντασμα, ἀλλὰ φρόνησις τοῦ βασιλέως, ὅτι καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἐν τῷ Βυζαντίῳ ἐνώκησεν. Ἐκ δὲ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν εἰλήφασιν οἱ τόποι τὰς προσηγορίας.

Philoxenus cisternam construxit.

B Ὁ Φιλόξενος ἔκτισε κινστέρναν.

Probus Præcursoris condidit templum, quod Constantinus Caballinus in fabrilem officinam, Probi hodie dictam, mutavit.

Ὁ Πρόβος ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ Προδρόμου, ὅνπερ Καβαλῖνος ἐποίησεν ἐργοδόσιον, τὸ λεγόμενον νῦν Πρόβου.

Domninus autem in tractu Mauriani domum ædificavit, in quo inhabitabat Agricolaus.

Ὁ δὲ Δομνῖνος ἔκτισεν οἶκον εἰς τὰ Μαυριανοῦ, ὅνπερ εἶχεν ὁ Ἀγρικόλαος.

Darius excitavit ædem Canatisæ uxoris Scleri.

Ὁ Δαρεῖος ἔκτισε τὸν οἶκον τῆς Κανατίσης τοῦ Σκληροῦ.

Maurus ædem exstruixit Bellonæ dictam.

Ὁ Μαῦρος ἔκτισε τὸν οἶκον, ὃς καλεῖται τοῦ Βελονᾶ.

Rhodanus condidit ædem sacram Deiparæ cognominatam ἐν οὐρανοῖς seu in cœlis ; quæ est Mamenæ.

Ὁ Ῥοδανὸς ἔκτισε τὸν οἶκον, ὃς καλεῖται τὰ ἐν οὐρανοῖς· ἔστι δὲ τῆς Μαμένης.

Sallustius domum ædificavit, quæ Condomyti appellatur.

Ὁ Σαλούστιος ἔκτισεν οἶκον, ὃς καλεῖται τοῦ Κονδομύτου.

Modestus ædem construxit ad SS. Apostolos, Lamprinuncupatam ; quæ etiamnum idem nomen retinet.

C Ὁ Μόδεστος ἔκτισεν οἶκον εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους, τὸν λεγόμενον τοῦ Λαμπροῦ, καθὼς καὶ νῦν καλεῖται.

Eubulus tria condidit atria et quatuor porticus, scilicet tholos enchoregos, a palatio ad muros usque terrestres ; quarum una incipiebat a Tzycanisterio, Manganis, Acropoli, et turre Eugenii, et pertingebat ad S. Antonium usque : altera a Daphne, Sophianoque portu, et progrediebatur usque ad ecclesiam Dei Genitricis nuncupatam Rhabdum. Reliquæ vero duæ porticus a Chalce, Milio et Foro ad Taurum usque, et Bovem et Exocionium ipsum tendebant. Supra porticus autem ambulacra erant, lapide quadrato strata, et statuæ æneæ innumeræ ad ornamentum urbis. Præterea officinas terrarias condidit, et aquæductus ex Bulgaria in urbem. Fecit etiam cloacas enchoregas subter universam urbem transeuntes, æquantes profunditate altitudinem porticuum, ne ex fœtore inde proveniente morbi gignerentur, sed omnis fœtida colluvies per eas in mare defluere. Hæc igitur, ut dictum est, ab Urbicio præposito, Sallustio præfecto, cæterisque condita sunt. Imperator autem sexcentis auri centenariis ad porticus, aquæductus et muros exstruendos relictis, ipse adversus Scythas exercitum eduxit, quibus subjugatis, urbes condidit Persthlabam, Distram, Pliscubam et Constantiam. Hæc spatio duorum annorum et dimidio, curante Hermia, ædificata fuere. Præterea exstruxit ædem, vulgo

Ὁ Εὔβουλος ἔκτισε τρεῖς πυλῶνας· ἔκτισε δὲ καὶ τέσσαρας ἐμβόλους ἀπὸ τοῦ Παλατίου μέχρι τῶν χερσαίων τειχῶν, ἐγχορήγους θόλους· ὧν ὁ εἷς ἤρχετο ἀπὸ τοῦ Τζυκανιστηρίου, καὶ τῶν Μαγγάνων, καὶ τῆς Ἀκροπόλεως, καὶ τοῦ Εὐγενίου, καὶ διήρχετο μέχρι τοῦ Ἁγίου Ἀντωνίου. Ὁ δ' ἕτερος ἤρχετο ἀπὸ Δαφνῆς, καὶ τῶν Σοφιῶν, μέχρι τῆς Ῥάβδου· οἱ δ' ἕτεροι δύο ἔμβολοι ἀπὸ τῆς Χαλκῆς, καὶ τοῦ Μιλίου, καὶ τοῦ Φόρου, μέχρι τοῦ Ταύρου, καὶ τοῦ Βοὸς, καὶ τοῦ Ἐξωκιονίου αὐτοῦ. Ἐπάνω δὲ τῶν ἐμβόλων περίπατοι πλακωτοὶ λίθινοι, καὶ στῆλαι χαλκαῖ ἄπειροι, εἰς διακόσμησιν τῆς πόλεως. Ἔκτισε δὲ καὶ τοὺς μυδρῶνας καὶ ἀγωγοὺς, δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἐκφέρεται ἀπὸ Βουλγαρίας. Ἐποίησε δὲ καὶ D τοὺς καράβους ἐγχορήγους ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, βαθεῖς τῷ ὕψει ὅσον τῶν ἐμβόλων, διὰ τὸ μὴ εἶναι δυσωδίαν τινὰ, καὶ ἐνσκήπτωσι νόσοι πολλαὶ, ἀλλ εἰς τὸ βάθος διέρχεσθαι τὰς δυσώδεις ὕλας, καὶ κατέρχεσθαι εἰς τὴν θάλασσαν. Ταῦτα δὲ ἐκτίσθησαν, ὡς εἴρηται, παρὰ Οὐρβικίου τοῦ πραιποσίτου, καὶ Σαλουστίου ἐπάρχου, καὶ τῶν λοιπῶν, καταλιπὼν αὐτοῖς κεντηνάρια χρυσίου ἑξακόσια, εἰς τε τοὺς ἐμβόλους, τοὺς ἀγωγοὺς, καὶ τὰ τείχη· ἐκεῖνος δὲ ἐκίνησε κατὰ Σκυθῶν, καὶ ὑποτάξας, αὐτοὺς, ἔκτισε πόλεις ἐκεῖσε τὴν Περσθλάβαν, καὶ τὴν Δίστραν, καὶ τὴν Πλισκούβαν, καὶ τὴν Κωνσταντίαν. Ταῦτα ἐκτίσθησαν εἰς χρόνους δύο ἥμισυ ἀπὸ φωνῆς

Ἑρμείου. Ἔκτισε, δὲ καὶ τὰ Ἁρματίου, ἐν ᾧ τήν τε κόρτην ἔπηξε, καὶ τὰ ἅρματα τέθεικε μετὰ τὸ ὑποτάξαι τοὺς Βυζοντίους. Εἰς δὲ τὸ ὄνομα τῶν τριῶν αὐτοῦ υἱῶν ἔκτισε τὰ Παλάτια, τὰ καλούμενα Κωνσταντινιανὰ, καὶ τὰ λεγόμενα τὰ Κῶνστα. Ἔστη δὲ καὶ ὁ οἶκος τοῦ Τουβάκης, καὶ τοῦ Ἰβηρίτζη, ὅστις καλεῖται τοῦ Ἀκροπολίτου. Τοὺς δὲ ναοὺς, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἀνήγειρεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, ὕστερον εἰς τὰ Περὶ κτισμάτων ἐροῦμεν,

A dictam Harmatii, in qua cortem posuit, currusque locavit, cum Byzantinos subjugasset. A nomine autem trium filiorum condidit palatia, quæ Constantiniana et Constantis nuncupantur. Construxit item domum Tubacæ, et Iberitzæ, Acropolitæ vocatam. Cæterum de templis et reliquis, quæ Constantinus Magnus ædificavit, postea in libro *De ædificiis* dicturi sumus.

De terræ motu, quo muri urbis CP. sub Theodosio Juniori eversi fuerunt, et quomodo ab eodem Augusto instaurati sint.

Ὁ δὲ Μικρὸς Θεοδόσιος εἰς τὸν πέμπτον χρόνον τῆς αὐτοῦ βασιλείας, σεισμοῦ γεγονότος, καὶ τῶν τειχῶν καταπιπτόντων, διὰ τὸ τοὺς Ἀμαληκίτας τοὺς Χατζιντζαρίους οἰκῆσαι ἐν τῇ πόλει, καὶ βλασφημῆσαι σφοδρῶς εἰς τὸ Τρισάγιον, ποιήσας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἱκεσίαν καὶ λιτὴν εἰς τὸν Κάμπον τοῦ Τριβουναλίου μετὰ τοῦ πατριάρχου Πρόκλου καὶ Ἐντὸς τοῦ λαοῦ· καὶ τό, Κύριε ἐλέησον, κραζόντων· ἔτι πάντων ὁρώντων ἡρπάγη παιδίον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἤκουσεν ἀγγέλων μελῳδούντων καὶ ὑμνούντων. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος Ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Τοῦ παιδίου κατελθόντος, ὁ λαὸς ἐμελῴδει οὕτως, καὶ ἔστη ὁ σεισμός. Καὶ διὰ ταῦτα ἐξέωσεν ὁ βασιλεὺς πάντας τοὺς αἱρετικοὺς ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τὰ τείχη ἐξέβαλεν ἀπὸ τοῦ Ἐξωκιονίου μέχρι τῆς χρυσίας· ἐξ οὗ καὶ στήλην αὐτοῦ ἔστησεν ὄπισθεν τῶν ἐλεφάντων· καὶ ἀνεβίβασε καὶ τὸ παράλιον τεῖχος, ἀπὸ τῆς Ῥαύδου μέχρι τῆς Χρυσίας, ἀπὸ τοῦ Ἁγίου Ἀντωνίου τὰ Ἁρματίου μέχρι Βλαχερνῶν καὶ μέχρι τῆς Χρυσίας. Οἱ δὲ δύο δῆμοι ἔκτισαν τὰ τείχη παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ὁρισθέντες, καθὼς εἰς τὰ Περὶ κτισμάτων ἐροῦμεν.

B

C

Theodosius vero Junior quinto imperii anno, cum terræ motu muri collaberentur, eo quod Amalecitæ Chatzintzarii in urbe habitarent, et blasphema dicta in Trisagium effunderent, preces et supplicationes in Campo Tribunalis una cum patriarcha Proclo ac universo populo instituit : ac dum *Kyrie eleison* cantarent, puerulus quidam, cunctis videntibus, in aerem abreptus audivit angelos canentes : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis* : puero iterum in terram demisso, populus ad eumdem modum cecinit, desilitque terræ motus : quapropter imperator omnes hæreticos ex urbe ejecit, murosque ab Exocionio ad portam Auream usque protulit : quare etiam pone elephantos isthic collocatos statuam suam erexit. Præterea et murum maritimum a Rhabdo ad portam Auream extendit, et a Sancto Antonio, Harmatii dicto, usque ad Blachernas, et ad portam Auream. Duæ autem factiones populi, ab ipso imperatore Theodosio ei rei destinatæ, muros istos condiderunt, uti in libro *De ædificiis* dicemus.

Περὶ τοῦ Αὐγουστιῶνος.

Τῇ πέμπτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐχόρευον οἱ ῥεγεωνάρχαι ἐν τῷ Γουστείῳ, ἤγουν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τὴν τιμὴν τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον βασιλευόντος· ὃν οἱ ἰδιῶται Αὐγουστιωνα ἐκάλεσαν, ἐν ᾧ καὶ στήλην ἔστησε Κωνσταντῖνος τῆς μητρὸς αὐτοῦ· διὸ καὶ ἐπωνόμασε τὸν τόπον Αὐγουστιῶνα, ἄτερον Γουστείονα λέγομεν.

De Augustione.

Quinta die mensis Octobris, præfecti regionum urbis in Gusteo, seu foro cibario, choreas ducebant in honorem imperatoris illius temporis; quem locum vulgus Augustionem appellat : quo etiam in loco suæ matris statuam Constantinus erexit : qua de re locum illum Augustiona vocavit; quem alias Gustionem appellamus.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ Αὐγουστιῶνος· διατί σφαῖραν καὶ σταυρὸν κρατῶν ἐφ' ἵππου ἐστήλωται.

De eodem Augustione. Quare equestris statua globum et crucem tenens erecta sit.

Ὁ Μέγας Ἰουστινιανὸς κτίσας τὴν Ἁγίαν Σοφίαν ἐκάθηρε τὴν αὐλὴν, καὶ ἐμαρμάρωσε ταύτην τὸ πρότερον οὖσαν Γουστεῖον, ὡς εἴρηται, ἤγουν ὀψοπώλιον. Διὸ καὶ ἔστησε καὶ τὴν ἑαυτοῦ στήλην ἔφιππον ἐπὶ τοῦ κίονος· καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, σταυροῦ ἐμπεπηγότος ἐν αὐτῇ· ὅτι διὰ τῆς εἰς σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς ἁπάσης ἐγκρατὴς γέγονε. Σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος· πίστις δὲ ὁ σταυρὸς διὰ τὸν ἐν αὐτῷ προσηλωθέντα σαρκὶ Θεόν· τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐνατεταμένην ἔχουσαν κατὰ ἀνατολὰς, καὶ στάσιν τῶν Περσῶν σημαίνουσαν, καὶ μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς, διὰ τῆς ἀνατάσεως καὶ ἀπωσεως τῆς χειρὸς βοῶν· Στῆτε, Πέρσαι, καὶ μὴ

D

Cum Justinianus Magnus templum Sanctæ Sophiæ ædificasset, expurgavit etiam aream, eamque marmoribus exornavit, cum antea Gusteum, ut dictum est, seu forum cibarium esset : ideoque statuam suam equestrem ibi columnæ imposuit, quæ sinistra manu globum tenet, cui crux superinfixa est, quoniam ob fidem in crucem universi terrarum orbis imperium adeptus est. Globus enim terram significat, ob ejus figuræ rotunditatem; fidem vero crux, quia Deus in carne illi fuit affixus; dexteram autem manum versus orientem extensam habet, Persarum irruptione innuens, eosque extensione et repulsu manus provincias Romanos invadere vetans, his quasi ver-

bis : State, Persæ, nec ulterius progrediminl : neque enim conducet vobis. Fertur itaque ipsum Justinianum de rebus a Belisario gestis inflatum animo fuisse. Hic itaque Belisarius contra Persas et reliquas Orientis nationes ab imperatore legatus, cum omnes debellasset, ad oppugnandum Gelimerem missus fuit ad Mauritaniam : istic observante et commeatum intercludente Pharano, in magnam frumenti penuriam conjectus est Gelimer ; quia in Mauritania frumentum non seritur, sed coctis olyris vescuntur. Tum ille missis litteris postulat ab imperatore, ut sibi panem, spongiam et citharam transmittat. Stupens igitur imperator a tabellario sciscitatur, cur ista peteret. Respondit ille : Panem scilicet,quia cibum expetit;spongiam, ut corpus totum lacrymis abluat : citharam, ut in calamitatibus sibi solatio sit. Tunc admiratione stupefactus imperator postulata misit : ideo erectus animo Justinianus equestrem sibi statuam columnæ imposuit. Sed postea invidia motus in strenuissimum ducem Belisarium, ipsi oculos effodit, jussitque sedere eum ad Lauri monasterium,dato vasculo testaceo, ut qui illac transirent, obolum in illud conjicerent.

De statuis quæ in Chalce erectæ visuntur.

In Chalce proxime, quasi ante palatii ambulacrum, inclytæ Pulcheriæ erecta est statua : Zenonis item et Ariadnes : ibidem præterea aliæ duæ pedestres exstant super columnam exiguam, Secundi philosophi distichis ornatæ. Ex adverso arcus ejusdem Chalces visuntur capita duo Gorgonum, facie muliebri, ac auro obducta. Ex templo autem Dianæ Ephesiæ octo statuæ allatæ fuerunt, quarum quatuor in palatio, quod est in regione Tauri, collocatæ sunt, Constantini nempe, Juliani,uxoris ac fratris ejus Galli : reliquæ autem quatuor positæ sunt in sinistra parte Chalces. Ibidem et crux a Justiniano posita fuit, et statua inaurata Belisarii, et statua Tiberii Thracis Gibbosi, et Justini primi forma macilenta; statuæ item ejus cognatorum septem, aliæ ex marmore, aliæ ex ære factæ. Præterea duos illos equos, qui supra Gorgonum capita in ante dicto arcu stant, Justinianus Sanctæ Sophiæ conditor, ex Dianæ Ephesinæ templo illuc transtulit, et supra columnam erexit, ne equi pulchritudine impares viderentur : et crucem ibidem posuit, ut firmius staret. Ibidem pariter ingentis molis ærea Maximini statua posita cernitur,necnon statuæ totius familiæ Theodosii nunc etiam supersunt.

De statuis Mauricii.

In Chalce visuntur etiam statuæ Mauricii ac uxoris, liberorumque ejus, ab eodem Mauricio, manibus extensis, supra Christi imaginem erectæ ; reliquæ vero statuæ illic collocatæ, ex terra Attica deductæ sunt : inter quas una est philosophi cujusdam, ut tradit Ligurius. Postquam vero Mauricius a Phoca tyranno interfectus fuit, diaconus quidam nomine Acatus, unus ex sectatori-

A πρόσω χωρεῖτε· οὐ γὰρ συνοίσει ὑμῖν. Τὸν οὖν αὐτὸν Ἰουστινιανὸν λέγεται ἐπαρθῆναι τοῖς τοῦ Βελισαρίου εὐτυχήμασιν. Οὗτος οὖν στελεὶς κατὰ τῶν Περσῶν καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τῆς Ἀνατολῆς παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ πάντας κατατροπωσάμενος, καὶ Γελίμερα κρατῆσαι ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς Μαυρουσίαν, ἐκεῖσε τηρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Φαρᾶ, ὃς εἰς μεγάλην ἔνδειαν ἄρτου γεγονὼς διὰ τὸ μὴ ἐν τῷ τόπῳ τῆς Μαυρουσίας σῖτον γεωργεῖσθαι, ἀλλ' ἐφθὸν τὰς ὀλύρας σιτεῖσθαι, ἔγραψε τῷ βασιλεῖ στεῖλαι αὐτῷ ἄρτον καὶ σπόγγον καὶ κιθάραν. Ὁ δὲ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τούτοις, ἤρετο τὸν ἐπιστολέα τίνος χάριν ταῦτά γε ἐπιζητεῖ. Καὶ ἐξεῖπεν, ὅτι ἄρτον μὲν, διὰ τὸ αὐτὸν ἐπιθυμεῖν τε καὶ φαγεῖν· σπόγγον, διὰ τὸ λούειν τὸ ἅπαν αὐτοῦ σῶμα ὑπὸ τῶν δακρύων· τὴν δὲ κιθάραν, διὰ τὸ παραμυθεῖσθαι ἑαυτῷ ταῖς συμφοραῖς. B Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκπλαγεὶς καὶ θαυμάσας, ἔστειλε τούτῳ τὰ αἰτηθέντα. Διὰ ταῦτα οὖν Ἰουστινιανὸς ἐπαρθεὶς ἐφ' ἵππον ἑαυτὸν ἔστησεν ἐπὶ κίονος· ὃς ὕστερον φθονήσας τῷ ῥηθέντι στρατηγικωτάτῳ Βελισαρίῳ, ἐξώρυξε τούτου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ προσέταξε τοῦτον καθεσθῆναι εἰς τὰ Λαύρου, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ σκεῦος ὀστράκινον, καὶ ἐπιῤῥίπτειν αὐτῷ τοὺς ἐρχομένους ὀβολόν.

Περὶ τῶν στηλῶν εἰς τὴν Χαλκὴν ἱσταμένων.

Ὅτι ἐν τῇ Χαλκῇ πλησίον, Πουλχερίας τῆς ἀοιδίμου, ὡς πρὸς τὸν περίπατον τοῦ παλατίου ἀνηγέρθη στήλη αὕτη· ὡσαύτως καὶ Ἀριάδνη καὶ Ζήνων. Ἵστανται καὶ ἕτεραι δύο στῆλαι πεζαὶ ἐπὶ κίονος βραχέος, ἐλεγεῖα ἔχουσαι Σεκούνδου φιλοσόφου· ἀντικρὺς δὲ τῆς Χαλκῆς ἀψίδος Γοργονοειδεῖς κεφαλαὶ δύο χρυσέμβαφοι γυναικεῖαι· C ἤχθησαν δὲ ἀπὸ Ἐφέσου ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀρτέμιδος στῆλαι ὀκτώ· καὶ αἱ μὲν τέσσαρες ἐν τοῖς τοῦ Ταύρου μέρεσιν, ἐν τοῖς παλατίοις προεπεπήγεισαν, Κωνσταντίνου, καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Γάλλου· αἱ δὲ τέσσαρες ἐν τοῖς τῆς Χαλκῆς εὐωνύμοις μέρεσιν, ἔνθα καὶ σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ ἐπεπήγει, καὶ στήλη χρυσέμβαφος Βελισαρίου καὶ Τιβερίου τοῦ Κουρτοειδοῦς Θρᾳκὸς, καὶ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ πρώτου λεπτοειδὴς, καὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ στῆλαι ἑπτὰ, αἱ μὲν ἀπὸ μαρμάρων, αἱ δὲ χαλκαῖ. Καὶ οἱ δύο ἵπποι ἐπάνω τῶν Γοργονειδῶν ἱστάμενοι ἐν τῇ ἀψίδι, καὶ οὗτοι ἐκ τῆς Ἀρτέμιδος ἀπὸ Ἐφέσου ἦχθησαν ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τοῦ κτίσαντος τὴν Ἁγίαν Σοφίαν· καὶ ἐστήλωσεν αὐτὰ, D διὰ τὸ μὴ ἀντιζηλοῦν ἀλλήλων τοὺς ἵππους· ὁμοίως καὶ τὸν σταυρὸν διὰ τὸ ἑδραῖον· καὶ Μαξιμίνου στήλη, χαλκῆ ἐν αὐτοῖς ἵσταται βαρυτάτη, ἔνθα νῦν καὶ τὸ γένος ἅπαν Θεοδοσίου ὑπάρχει.

Περὶ τῶν στηλῶν τοῦ Μαυρικίου.

Καὶ τοῦ Μαυρικίου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν τέκνων. Ἐν γὰρ τῇ Χαλκῇ ἵστανται αἱ τοιαῦται στῆλαι τοῦ Μαυρικίου, ἄνωθεν τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος τοῦ Ἰησοῦ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαι, καὶ ἐκτεταμέναι ταῖς χερσίν. Αἱ δὲ λοιπαὶ ἐκ τῆς τῶν Ἀθηναίων ἦκασι γῆς· φιλοσόφου δέ φασιν εἶναι, ὡς λέγει καὶ ὁ Λιγύριος. Μετὰ τὸ σφαγῆναι παρὰ τοῦ τυράννου Φωκᾶ Μαυρίκιον, εἴς τις διάκονος τῶν

μαθητῶν Εὐτυχίου τοῦ αἱρετικοῦ ὀνόματι Ἄκατος, ἰδὼν ἡττηθέντας τοὺς περὶ αὐτοῦ διδασκάλους, κἀκεῖνος ἀποδράσας, κατέλαβε κάστρον τι καλούμενον Σεραπίωνα· τοῦτο δὲ ἐτύγχανεν ὂν ἓν τῶν παρὰ Πέρσαις ῥηγίων. Καταμηνύει δὲ Περιττίῳ τῷ φρουράρχῳ τὰ τῆς ἀσθενείας τῶν ἐν τῇ Χαλκηδόνι οἰκούντων, προσθεὶς, ὅτι ἅμα τῷ καταλαβεῖν αὐτὸν τούτους χειρώσεσθαι, καὶ δῆτα ἀμενητὶ στρατεύσας ὁ ῥηθεὶς Πέρσης, καὶ ἔχων στρατιωτῶν ἑβδομήκοντα χιλιάδας, καταλαμβάνει τὴν Χαλκηδόνα· οἱ δὲ μόλις ἴσχυσαν διαφυγεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν μετὰ τῶν τιμίων λειψάνων τῆς ἁγίας Εὐφημίας, ὑπὲρ ἧς τὸ πλέον ἐσπούδαζεν ὁ προδότης καὶ ἀνίερος Ἄκατος, θέλων ἀμῦναι αὐτήν, διότι τοὺς αἱρέσεως αὐτῶν τόμους κατήσχυνεν, ἅμα δὲ, καὶ διότι οὐ συνεχωρήθη Εὐτύχιον τὸν ἀτυχῆ τὴν τοιαύτην εὐτυχῆσαι μητρόπολιν. Λεηλατήσαντες δὲ τότε τὰ ἐκεῖσε πάντα οἱ Πέρσαι, ἔλαβον καὶ τὸ χρυσέγκαυστον ἄγαλμα τοῦ Ἡλίου θεοῦ, τοῦ λεγομένου Κρόνου, καὶ ἀπήγαγον εἰς Περσίαν, καὶ ἐτίμησαν ὡς θεόν.

Imperante Anastasio, Deuterius Byzantii episcopus Arianus, ausus est dicere: Baptizatur hic in nomine Patris, per Filium, in sancto Spiritu, et confestim piscina exaruit. Barbarus autem [qui baptizabatur] timore correptus, nudus aufugit, ita ut inde miraculum evulgaretur.

Cum duo episcopi, Anastasio imperante, de dogmate disputarent, quorum unus orthodoxus, alter Arianus erat, Arianusque dialecticæ peritus; orthodoxus vero dialecticæ quidem imperitus; sed pius fidelisque esset. Proposuit orthodoxus, ut omissa

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου, Δευτέριος ἐπίσκοπος Βυζαντίου Ἀρειανὸς ἐτόλμησεν εἰπεῖν· Βαπτίζεται ὅδε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, δι' Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ κολυμβήθρα. Ὁ δὲ Βάρβαρος ἔμφοβος γενόμενος, γυμνὸς ἔφυγεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ γνωσθῆναι τὸ θαῦμα.

Δύο οὖν ἐπισκόπων ἀμφισβητούντων περὶ δόγματος ἐπὶ Ἀναστασίου, ὀρθοδόξου καὶ Ἀρειανοῦ· καὶ τοῦ μὲν Ἀρειανοῦ διαλεκτικοῦ ὄντος, τοῦ δὲ ὀρθοδόξου διαλεκτικοῦ οὐκ ὄντος, ἀλλὰ θεοσεβοῦς καὶ πιστοῦ, ὁ ὀρθόθοξος προὔτεινεν, ὥστε ἀφεμένους

τῶν λόγων εἰς πῦρ εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸν εὐσεβέστερον· τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ παραιτησαμένου, εἰσελθὼν ὁ εὐσεβὴς καὶ προσμείνας τῇ φλογίᾳ, ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς πυρᾶς διελέγετο, καὶ ἀπαθὴς ἐφυλάττετο.

Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ ὁ μέγας ἐβασίλευσεν ἔτη θ'... ἄριστος ἐν πολέμοις..., καὶ ᾠκειώσατο, καὶ στρατηλάτην ἐτίμησε, καὶ παῤῥησίαν ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἐποίησεν. Ἐδολοφονήθη δὲ ὁ Βιταλιανὸς παρὰ τῶν πολιτῶν, μηνιόντων αὐτῷ διὰ τὴν προειρημένην ἐπανάστασιν. Ἀμάντιον δὲ τὸν πραιπόσιτον, ὃς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀμαντίου ᾠκοδόμησε καὶ ἐκόσμησε [λέγεται δὲ χρήματα αὐτῷ δεδωκέναι τῷ Ἰουστίνῳ ὄντι κόμητι τῶν ἐξκουβητόρων ἐπὶ Ἀναστασίου, ὅπως Θεόκριτον τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ ἀναγορεύσῃ εἰς βασιλέα], τοῦτον ἀνεῖλεν ὁ Ἰουστῖνος, καὶ τοὺς τὴν ἀνταρσίαν σὺν αὐτῷ μελετήσαντας, τὴν βασιλείαν αὐτοῦ κατασχεῖν.

Ἐπὶ αὐτοῦ, τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν ἐν Νεγρᾷ τῇ πόλει ἐπράχθη, καὶ τὰ κατὰ τῶν Ὁμηριτῶν δι' Ἐλεσβαὰν τοῦ βασιλέως τῶν Αἰθιόπων. Ἐτυπώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἑορτάζειν ἡμᾶς, καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς Ὑπαπαντῆς· ἐξ οὗ ἀστὴρ ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐπάνω τῆς Χαλκῆς πύλης, ὡς ἐν τῷ Ηαλατέῳ φαίνων ἐπὶ ἡμέρας καὶ νύκτας κς'. Γέγονε δὲ καὶ σεισμὸς φοβερώτατος· καὶ ἡ μὲν Κωνσταντινούπολις ἐν διαφόροις τόποις ἀπέλαβεν· ἡ δὲ μεγάλη Ἀντιόχεια πάθος ἔπαθεν ἀνεκδιήγητον, ὡς καταποθῆναι πᾶσαν σχεδὸν τὴν πόλιν, καὶ τάφον κοινὸν γενέσθαι τῶν οἰκητόρων. Τοσαύτη δὲ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπῆλθεν, ὡς καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας πῦρ ἐξελθὸν ἀπὸ τῆς γῆς οἰκτρῶς κατέφλεξε. Ἀλλὰ καὶ ἡ Ἱομπηϊούπολις τῆς Μυσίας διαῤῥαγεῖσα, μέσον κατεπόθη μετὰ τῶν οἰκητόρων· καὶ ἔκραζον ὑπὸ τὴν γῆν ὄντες οἱ ἄνθρωποι, Ἐλεήσατε.

Γυνή τις ἐπὶ αὐτοῦ ἀνεφάνη γιγαντοειδὴς ἐκ Κιλικίας οὖσα, ὑπερέχουσα τῇ ἡλικίᾳ παντὸς ἀνθρώπου μακροῦ πῆχυν ἕνα, καὶ πλατεῖά σφόδρα, ὡς ἐπὶ θαύματος οἱ ὁρῶντες αὐτὴν ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις καὶ οἴκοις, ἐδίδουν αὐτῇ ὀβολόν.

Ὁ δ' αὐτὸς βασιλεὺς πολλὰ ἐφιλοφρονήσατο τῇ τε πόλει Ἀντιοχείᾳ πρὸς ἀνοικοδομεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ὑπολειφθέντας ζῶντας... τοσοῦτον δὲ ἐπὶ αὐτοῦ ἤλγησεν, ὡς καὶ τὸ διάδημα ἀποτιθέναι καὶ τὴν πορφύραν, καὶ σάκκον καὶ σποδὸν περιβάλλεσθαι, καὶ πενθεῖν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Ἐτελεύτησε δὲ καταλιπὼν βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν. Ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ μονῇ τῆς Αὐγούστης ἐν λάρνακι μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾗ καὶ ἐπιστολαὶ εὑρέθησαν. Τὸν δὲ ἀρχιεροσύνης θρόνον διεῖπεν Ἰωάννης ὁ λεγόμενος Καππαδόκας.

Ἰουστῖνος δὲ ἀνεκαλέσατο πάντας εὐσεβεῖς καὶ ἱερεῖς ὀρθοδόξους, οὓς Ἀναστάσιος ἀδίκως ἐξώρισεν.

Ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει, Σκιρτοῦ τοῦ ποταμοῦ μέσον αὐτῆς διερχομένου, πλημμυρήσαντος, ταύτην σὺν τοῖς κατοίκοις κατ-

A disputatione ambo ingrederentur in pyram sicque comprobaretur utrius religio præstaret. Recusante Ariano, ingressus in pyram orthodoxus, et in flammis aliquantum temporis versatus; postquam inde egressus fuit, edisserebat, incolumisque permansit.

Justinus Thrax, magnus ille, imperavit annis novem... in bellis strenuissimus... et in familiaribus habuit [Vitalianum], ducemque creavit, eique secum quidvis libere loquendi fecit potestatem. Dolo autem occisus est Vitalianus a civibus, ob excitatam prædictam seditionem ipsi, infensis. Amantium vero præpositum, qui templum Sancti Thomæ Amantii cognomine exstruxit, occidit; itemque eos qui cum ipso ad imperium occupandum conspiraverant. Dicitur enim illum pecunias B dedisse Justino, qui sub Anastasio excubitorum comes erat, ut Theocritum consobrinum suum proclamaret imperatorem.

Eodem imperante, in urbe Negra gesta sunt ea quæ de sancto Aretha narrantur: necnon Elesbaani Æthiopum regis expeditio adversus Homeritas. Ab illo item statutum est, ut Hypapante sive Occursus festum celebraremus: ex quo stella in cœlo per viginti sex dies totidemque noctes supra portam æream visa est, quasi e palatio luceret; factusque est horrendus terræmotus, quem variis in locis ipsa Constantinopolis sensit. Magna autem Antiochia inenarrabile damnum perpessa est, ita ut urbs pene tota absorpta, commune incolarum sepulcrum evaserit. Tanta autem Dei ira fuit, ut et superstites ignis e terra erumpens miserabiliter C concremaret. Quin etiam Pompeiopolis Mysiæ urbs disrupta, ejusque dimidium una cum habitatoribus terra absorptum est: hominesque terra obruti clamabant: *Miseremini*.

Ipso item imperante mulier quædam ex Cilicia gigantea statura visa est, quæ proceros quosque viros uno cubito superabat, eratque corpore admodum crasso. Ob spectaculi autem novitatem, qui eam in officinis et domibus conspiciebant, obolo singuli donabant.

Idem imperator humano motus affectu erga urbem Antiochiam, et eos qui ex tanta clade residui erant, de ea restauranda cogitabat. Tantum enim super ea indoluit, ut diademate purpuraque depositis, se sacco et cinere indueret, multisque diebus lugeret. Obiit autem, Justiniano sororis D suæ filio imperii successore relicto. Corpusque ejus depositum est in monasterio Augustæ, in arca inclusum cum uxore Euphemia: qua in arca epistolæ repertæ sunt. Archiepiscopatus porro thronum tunc obtinebat Joannes cognomine Cappadox.

Justinus autem pios omnes orthodoxosque sacerdotes, quos injuste Anastasius relegaverat, revocavit.

Illo imperante, cum Scirtus fluvius qui per mediam Edessam fluit, exundasset, ipsam urbem cum incolis demersit: aquis vero dilapsis, inventa

est in ripa fluminis lapidea tabula, qui notis hieroglyphicis insculptus erat : *Scirtus fluvius saltabit, noxiique civibus saltus erunt.*

Eulalius quidam ex divite pauper effectus, cum e vita excederet, testamento Justinum hæredem reliquit, illa conditione, ut tres filias suas in tenella ætate relictas educaret, ipsisque dotem assignaret; ac omnia debita creditoribus solveret, et ab iis syngraphas suas redimeret. Quæ omnia Justinus regia munificentia perfecit, magna omnium qui rei famam perceperunt admiratione.

Justinianus igitur imperavit annis triginta novem; et in media urbe consulatum gessit, multas pecunias elargitus. Is Novellas constitutiones edidit; legemque tulit de episcopis, xenodochis, œconomis et orphanotrophis : ut non plus testamento relinquerent, quam ante initum munus possedissent. Absolvit quoque publicum balneum in Dagistæi tractu, quod exstruere cœperat Anastasius imperator. Antiochiæ porro non cessavit terræmotus, donec religioso cuidam viro visum est superliminaribus positum inscribere : *Christus nobiscum, state.* Quo facto, cessavit ira Dei. Exinde autem urbs Theopolis, sive urbs Dei vocata est.

Eodem imperante popularis seditio orta est, in qua Sanctam Sophiam, sancti Sampsonis domum cum infirmis, et atrium palatii, chalcostegum, quod ex eo hodieque Chalce vocatur, quia tegulis æreis et inauratis erat tecta : binas item porticus usque ad Forum incenderunt : Justinianum imperatorem contumeliis affecerunt, Hypatium vero patricium proclamarunt, cum coronassent eum in solio imperatoris in Hippodromo : qui tumultus a Belisario, Mundo et Narsete sedatus est, cæsis millibus triginta quinque in Hippodromo, et cum iis Hypatio.

Magnam vero Dei ecclesiam Justinianus restauravit, et longe majorem pulchrioremque quam antea fuerat, reddidit; et troparia sive versiculos hos edidit, qui in ea psallerentur : *Unigenitus Filius et Verbum Dei, qui propter salutem nostram incarnari voluit.* Quinetiam Hypapante sive Occursus Domini dies festa, tunc celebrari cœpta est, cum antea Dominicis festis non annumeraretur. Quia vero Magnæ Ecclesiæ mentionem fecimus : quomodo ab initio structa sit, et a quonam, sigillatim enarrabo. Res autem ita se habet.

ἐκλυσε· Μετὸ δὲ τὸ παυσασθαι τὰ ὕδατα, πλὰξ λιθίνη εὑρέθη ἐν τῇ τοῦ ποταμοῦ ὄχθῃ ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἐγκεκολαμμένοις περιέχουσα τοῦτο · Σκιρτὸς ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις.

Εὐλαλίου τινὸς ἀπὸ πλουσίου πένητος τελευτήσαντος, καὶ γράψαντος Ἰουστῖνον κληρονόμον ἐν διαθήκαις, καὶ παρακελευσαμένου, ὥστε τὰς τρεῖς αὐσοῦ θυγατέρας μικρὰς καταλειφθείσας ἀναθρέψαι καὶ ἐκπροικῆσαι τὸν βασιλέα, καὶ πάντα τὰ χρέη αὐτοῦ δοῦναι τοῖς ὀφειλέταις, καὶ τὰ γραμματεῖα αὐτοῦ πάντα ἀναῤῥύσασθαι, ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ἐπλήρωσε, καταπλήξας ἐν τοότῳ πάντα ἄνθρωπον τὸν ἀκούσαντα.

Ὁ οὖν Ἰουστινιανὸς ἐβασίλευσεν ἔτη λθ' · ὑπάτευσεν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ δοὺς χρήματα πάμπολλα. Οὗτος ἐποίησε τὰς νεσρὰς διατάξεις, ἐκφωνήσας καὶ τύπον περὶ ἐπισκόπων, καὶ ξενοδόχων, καὶ οἰκονόμων, καὶ ὀρφανοτρόφων, ὥστε μὴ διατίθεσθαι πλὴν εἰς ἃ πρὸ νοῦ γενέσθαι ἐκέκτηντο. Ἐπλήρωσε δὲ καὶ τὸ δημόσιον λοέτρον τὸ εἰς τὰ Διηγιστέως, ὃ ἤρξατο κτίζειν Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς. Ἡ δὲ Ἀντιόχεια οὐκ ἐπαύσατο σείεσθαι μέχρις οὗ ἐφάνη θεοσεβεῖ ἀνθρώπῳ ἐπιγράψαι εἰς τὰ ὑπερθυρα τῶν φλιῶν, Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, στῆτε · καὶ τούτου γενομένου, ἔστη ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ · καὶ ἔκτοτε ἡ πόλιν ὠνομάσθη Θεούπολις.

Ἐπὶ αὐτοῦ γέγονε δημοτικὴ ἀνταρσία, καὶ τὴν Ἁγίαν Σοφίαν καὶ τοῦ ὁσίου Σαμψὼν οἶκον μετὰ τῶν ἀῤῥώστων, καὶ τὴν εἴσοδον τοῦ Παλατίου τὴν χαλκόστεγον, τὴν ἔκτοτε καὶ νῦν Χαλκῆν ἐπονομαζομένην διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστεγάσθαι αὐτήν · καὶ τοὺς δύο ἐμβόλους μέχρι τοῦ φόρου κατέκαυσαν, καὶ Ἰουστιτιανὸν βασιλέα ἐφύβρισαν, Ὑπάτιον δὲ πατρίκιον εὐφήμησαν ἐν τῷ καθίσματι στέψαντες · ἤτισ ἐπαύθη διὰ Βελισαρίου, καὶ Μούνδου καὶ Ναρσῆ, ἀνελόντων χιλιάδας λε', καὶ αὐτὸν Ὑπάτιον ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ.

Ἀνεκαίνισε δὲ Ἰουστινιανὸς τὴν τοῦ Θεοῦ Μεγάλην ἐκκλησίαν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ὑπὲρ τὸ πρότερον, παραδοὺς καὶ τροπάρια ἐν αὐτῇ ψάλλεσθαι · Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι. Ἀλλὰ καὶ Ὑπαπαντὴ ἀρχὴν ἔλαβεν ἑορτάζεσθαι, μὴ συναριθμουμένη πρότερον ταῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς. Ὅτι δὲ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἐμνήσθην, λεπτομερῶς διηγήσομαι πῶς ἐξ ἀρχῆς ἐκτίσθη, καὶ παρὰ τίνος. Ἔχει δὲ οὕτως.

ANONYMI

DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS

LIBER QUARTUS

Continens historiam et descriptionem templi Sanctæ Sophiæ.

—

Constantinus Magnus primum condidit Sanctam Sophiam, figura oblonga, Ariani sub Theodosio Magno ejusdem ecclesiæ tectum incendunt. A Rufino magistro post biennium restauratur. Anno V Justiniani imperatoris, in seditione populi comburitur ædes Sophiana, et ad eam a fundamentis excitandam animum applicat idem Augustus.

Ἡ ἁγία Σοφία ἡ μεγάλη ἐκκλησία οὕτως ἐκτίσθη. Πρῶτον μὲν ἀνήγειρεν αὐτὴν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος δρομικὴν, ὁμοίαν τοῦ Ἁγίου Ἀγαθονίκου καὶ τοῦ Ἁγίου Ἰσακίου. καὶ πληρώσας αὐτὴν, στήλας ἔστησε πολλάς. Διήρκεσε δὲ τὸ κτίσμα ἐκεῖνο χρόνους οδ'. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου, εἰς τὴν δευτέραν σύνοδον τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένην, στασιάσαντες οἱ Ἀρειανοὶ, κατέφλεξαν τὴν στέγην τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ὄντος πατριάρχου Νεκταρίου, καὶ ἐξελθόντος τοῦ ἁγιωτάτου, ἐν τῇ Ἁγίᾳ Εἰρήνῃ τῇ παλαιᾷ καθεζομένου· ἣν καὶ αὐτὴν ἀνήγειρεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος. Διῆλθον δὲ χρόνοι δύο, καὶ ἵστατο ἀσκεπής. Προστάξας δὲ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος Ῥουφῖνον τὸν μάγιστρον αὐτοῦ, ἐσκέπασεν αὐτὴν διὰ κυλινδρικῶν καμάρων. Μετὰ δὲ χρόνους λε' τοῦ Θεοδοσίου, πε' ἐτῶν διελθόντων ἀπὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, εἰς τὸν πέμπτον χρόνον τῆς βασιλείας Ἰουστιανοῦ τοῦ Μεγάλου, μετὰ τὸ σφαγῆναι ἐν τῷ Ἱππικῷ τριάκοντα πέντε χιλιάδων ἐκεῖσε ἀναιρεθέντων, καθὼς καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται, διὰ τὸ ἀναγορευθῆναι ὑπὸ τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν, Ὑπάτιον πατρίκιον μέρους Βενέτων ἐν τῷ ε' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἐνέπνευσεν ὁ Θεὸς εἰς τὴν διάνοιαν αὐτοῦ τοῦ οἰκοδομῆσαι ναὸν, οἷος οὐκ ἐκτίσθη ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ.

A Magna ecclesia Sancta Sophia condita fuit hoc modo. Primum quidem exstruxit eam Magnus Constantinus, oblonga figura, Sancti Agathonici et Sancti Isaacii similem ; confectoque opere multas in ea statuas erexit. Hoc porro ædificium annos quatuor et septuaginta intactum mansit. Magno autem Theodosio imperante, quo tempore secunda synodus Canstantinopoli celebrata est, Ariani, commota seditione, hujus ecclesiæ tectum incenderunt Nectario tum patriarcha : qui vir sanctissimus inde egressus in ecclesia Sanctæ Irenæ veteri consedit, quam item ecclesiam magnus Constantinus excitaverat. Exinde annis duobus sancta Sophia tecto caruit. Imperatoris vero Theodosii jussu, Rufinus magister eam cylindricis fornicibus operuit. Elapsis autem a Theodosio trigint i quinque, a Constantino Magno octoginta quinque annis, Justiniani imperatoris anno quinto, post cædem illam in Hippodromo factam, qua triginta quinque hominum millia perierunt, ut superius narratum est, quod duæ factionum partes Hypatium, patricium ac factionis Venetæ tribunum, imperatorem salutassent ; quinto, inquam, ejus imperii anno cepit consilium, Deo instigante, exstruendi templi, quale nunquam ex Adami tempore excitatum fuerat.

B

Marmora, columnæ reliquave materia opportuna ad templi structuram, ex variis orbis provinciis, jussu imperatoris advehuntur Constantinopolim. Plutarchus Justiniano ab epistolis et historiographus. Columnas Romanas octo Marcia Romana vidua ad imperatorem mittit. Octo vero alias prasini coloris Constantinus prætor advexit Epheso. Reliquæ vero columnæ ex variis locis transferuntur ; atque intra septem annos cum dimidio universa materia congeritur.

Ἔγραψε δὲ τοῖς στρατηγοῖς, καὶ σατράπαις, καὶ κριταῖς, καὶ φορολόγοις, τοῖς ἐπὶ τῶν θεμάτων ἅπαντας ἐρευνᾷν αὐτοὺς, ὅπως εὕρωσι κίονάς τε καὶ συστήματα, στήθεά τε καὶ ἀδάκια, καὶ καγκελλοθυρίδας, καὶ τὴν λοιπὴν ὕλην τὴν ἀνήκουσαν εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναόν. Ἦσαν δὲ οἱ παρ' αὐτοῦ ὁρισθέντες ἀπὸ εἰδωλικῶν ναῶν, καὶ ἀπὸ παλαιῶν λουτρῶν τε καὶ οἴκων ἔπεμπον πάντα τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἀπὸ πάντων τῶν θεμάτων ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, βορρᾶ τε καὶ νότου, καὶ πάντων τῶν νήσων καὶ τοὺς μὲν ὀκτὼ κίονας τοὺς Ῥωμαίους, καθώς φησι Πλούταρχος ὁ πρωτοσεκρῆτις καὶ πιστογράφος, Ἰουστινιανῷ μετὰ σχεδίας ἀπέστειλε χήρα γυνὴ ἀπὸ

C Scripsit itaque ducibus, satrapis, judicibus, provinciarum quæstoribus, jubens singulos accurate scrutari ac perquirere, num columnas, fulcra, peristylia, tabulas et clathratas januas, ac quidquid materiæ construendis templis opportunum, reperire possent. Tum ii, quibus id muneris fuerat demandatum, quidquid ex idolorum templis, ex antiquis balneis ac ædibus, ex qualibet orientis, occidentis, septentrionis et austri provincia exque omnibus insulis colligi potuit, ad imperaorem Justinianum miserunt. Columnas quidem Romanas octo, ut narrat Plutarchus primus a secretis et fide dignus scriptor, Marcia quædam Romana vi-

dua, quas dotales acceperat, ratibus Justiniano perinde misit. Eæ vero Romæ steterant in templo Solis, quod struxerat Aurelianus Romanorum imperator, qui sese Persis prodidit. Octo autem illas, stupendas plane, coloris prasini, cæsas et politas Constantinus prætor Epheso advexit. Marcia vero superius memorata, hæc imperatori scripsit : Columnas tibi paris longitudinis, ponderis atque latitudinis, pro salute animæ meæ mitto. Columnas vero reliquias, partim Cyzico, partim Troade, partim ex Cycladibus insulis præfecti imperatoris transmiserunt. Jamque demum materia, quanta opus erat, per annos septem cum dimidio congesta aderat.

A Ῥώμης ὀνόματι Μαρκία· εἶχε δὲ αὐτοὺς εἰς προῖκα αὐτῆς. Ἵσταντο δὲ εἰς Ῥώμην εἰς τὸν ναὸν Ἡλίου τὸν κτισθέντα παρὰ Αὐρελιανοῦ βασιλέως Ῥώμης, τοῦ προδόντος αὐτὸν Πέρσαις. Τοὺς δὲ ὀκτὼ πρασίνους κίονας τοὺς ἀξιοθαυμάστους ἐκόμισε Κωνσταντῖνος στρατηγὸς ἀπὸ Ἐφέσου λελατομημένους ἀμφοτέρους. Ἡ δὲ προειρημένη Μαρκία ἔγραψε τῷ βασιλεῖ οὕτως, ὅτι Ἀποστέλλω κίονας ἰσομήκεας, ἰσοστάθμους, καὶ ἰσοπλάτους, ὑπὲρ ψυχικῆς μου σωτηρίας. Τοὺς δὲ λοιποὺς κίονας, τοὺς μὲν ἀπὸ Κυζίκου, τοὺς δὲ ἀπὸ Τροάδος, ἄλλους ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων, οἱ ἄρχοντες τοῦ βασιλέως ἐκόμισαν. Καὶ λοιπὸν ἱκανὴ ὕλη ἀπετέθη. Ἀπεσωρεύθη δὲ πᾶσα ἡ ὕλη διὰ χρόνων ἑπτὰ ἥμισυ.

Justinianus XII imperii sui anno ædem Sophianam a Constantino M. conditam a fundamentis evertit, et aliam longe ampliorem construere aggreditur. Domos vicinas emit; et primum ædem cujusdam Annæ viduæ: quo loco scevophylacium exstruxit, data mulieri, loco mercedis, sepulturæ eodem in loco facultate.

Duodecimo autem imperii anno Justinianus templum prædictum a Constantino Magno olim constructum a fundamentis evertit, ejusque rudera, quæ ob paratam ingentem materiæ copiam nulli usui forent, seorsim reposuit. Cœpit etiam vicinas ædes coemere, ac primo mulieris cujusdam viduæ, Annæ nomine : æstimantur ædes pretio librarum octoginta quinque. Cumque illa imperatori nollet vendere, ac diceret : Non si quinquaginta librarum centenaria præberes, eas concederem ; imperator, missis optimatibus bene multis, qui mulierem obsecrarent, cum nihil proficeret, ipse demum venit et mulierem supplex rogavit, ut pretium pro ædibus acciperet. Tum illa, conspecto imperatore, ad pedes ejus procidit, itemque supplicis more dixit : Ædium pretium nullum abs te accipiam : rogo tantum ut templi, quod exstruere paras ego quoque in die judicii mercedem accipiam, ac propter ædes meas sepeliar. Imperator vero mulierem illic post absolutum ædificium sepultura donandam pollicetur, ac ejus memoriam, ut quæ proprium fundum concesserit, perpetuo habendam. Locus vero ædium ejus est totum scevophylacium.

B Τῷ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, τὸν προειρημένον ναὸν, τὸν παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέντα, ἐκ θεμελίων κατέστρεψε. Τὴν δὲ ὕλην αὐτοῦ ἰδίως ἀπέθετο· οὐδὲ γὰρ χρείαν αὐτῆς εἶχε, διὰ πολλὴν καὶ ἄπειρον ὕλην ἡτοιμάσθαι Ἤρξατο δὲ ὠνεῖσθαι οἰκήματα τῶν ἐκεῖσε οἰκούντων· καὶ πρῶτον μὲν χήρας τινὸς γυναικὸς ὀνόματι Ἄννης· ἀπετιμήθησαν νομίσματα λίτρας πέ. Ἐκείνης δὲ μὴ βουλομένης διαπωλῆσαι τῷ βασιλεῖ, ἔλεγεν, ὅτι Μέχρι χρυσίων ν' κεντηνάρια ἐάν μοι δώσῃς, οὐ δώσω ταῦτα. Καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ πολλοὺς ἀποστείλας εἰς ἱκεσίαν τῆς γυναικὸς οὐδὲν ἤνυε. Παραγενόμενος τοίνυν ὁ βασιλεὺς εἰς ἱκεσίαν τῆς γυναικὸς, ἐδέετο αὐτῆς περὶ τῶν οἰκημάτων. Ἡ δὲ θεασαμένη τὸν βασιλέα, προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, δεομένη καὶ λέγουσα, ὅτι Τιμὴν μὲν οὐκ ὀφείλω λαβεῖν εἰς τὰ οἰκήματα· τὸν δὲ νεὼν ὃν βούλει κτίσαι, αἰτοῦμαί σε ἵνα ἔχω κἀγὼ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως μισθὸν, καὶ ταφῶ εἰς τὰ οἰκήματά μου πλησίον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπέσχετο αὐτὴν ταφῆναι ἐκεῖσε, μετὰ τὸ τελειωθῆναι τὸν ναὸν, ὡς ἴδιον κτῆμα δοῦσαν, καὶ μνημονεύεσθαι διηνεκῶς. Ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον.

Quo loco primum erat domus Antiochi eunuchi et ostiarii, sacer puteus, bema, atque ambo usque ad medium templi construuntur. Quibus artibus cogitur præfatus Antiochus ad venditionem propriæ domus.

Sacer autem puteus, ut vocant, totusque bematis atque ambonis locus usque ad medium templi, domus erat Antiochi eunuchi et ostiarii : æstimataque fuit triginta et octo libris. Illo autem ægre ferente non justo pretio divendi domum, imperator æqui amans et ab injuria inferenda alienus, incertus consilii quid facturus esset ignorabat : Strategius vero magister, imperatorii ærarii præfectus ipsiusque imperatoris frater spiritualis, rem se arte aliqua effecturum imperatori pollicetur. Ostiarius jam memoratus Antiochus ludorum circensium amantissimus erat. Cum itaque circenses ludi imminerent, magister Strategius ostiarium detrudit in carcerem. Ipso autem ludorum die ille

Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον Ἅγιον Φρέαρ, καὶ τὸ θυσιαστήριον ὅλον, καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἕως τῆς μέσης τοῦ ναοῦ, ὑπῆρχεν οἶκος. Ἀντιόχου εὐνούχου καὶ ὀστιαρίου· καὶ ἀπετιμήθη λίτρας λη'. Τοῦ δὲ δυσχεραίνοντος τοῦ μὴ πράσαι ἀξίως τὸν ἴδιον οἶκον τῷ βασιλεῖ, φιλοδίκαιος ὢν ὁ βασιλεὺς, καὶ μὴ θέλων αὐτὸν ἀδικῆσαι, ἠθύμει ἀδημονῶν τί πράξοι. Στρατήγιος μάγιστρος ὢν τοῦ βασιλέως ἀδελφοποιητὸς, καὶ φύλαξ ξῶν βασιλικῶν χρημάτων, ὑπισχνεῖτο τῷ βασιλεῖ τοῦ διοικῆσαι τοῦτο διά τινος μηχανῆς. Ὁ δὲ ῥηθεὶς Ἀντίοχος ὀστιάριος, φιλιππόδρομος ὢν, ἱππικοῦ ἀγαμένου, ὁ μάγιστρος Στρατήγιος καθεῖρξεν αὐτὸν ἐν τῇ φρουρᾷ. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ ἱππικοῦ ἤρξατο βοᾷν ἐκ τῆς εἱρκτῆς. Θεάσωμαι

τὸ Ἱπποδρόμιον, καὶ τὸ θελημὰ τοῦ βασιλέως ποιήσω. Ἤγαγον δὲ αὐτὸν ἐν τῷ στάματι τοῦ καθίσματος, ἐν ᾧ ἐκαθέζετο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, καὶ ἐκεῖσε ἐποίησε τὴν διάπρασιν, ὑπογράψαντος ἐκεῖσε τοῦ κοιαίστορος καὶ τῆς συγκλήτου πάσης, πρὸ τοῦ τοὺς ἵππους γυμνάσαι. Τύπος δὲ ἦν ἐκ παλαιοῦ, ἡνίκα ἀνήρχετο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ καθίσματι, παρευθὺς ἔτρεχον οἱ ἡνιοχευτικοὶ ἵπποι· διὸ δὲ ἤργησαν εἰς τὴν πρᾶσιν τῶν οἰκημάτων τοῦ εὐνούχου, ἀργῶς ἐξέρχονται τὰ ἡνιοχευτικὰ ἅρματα τῶν ἵππων.

A ejulando clamare cœpit ex carcere, Circenses spectem, et pro imperatoris lubito faciam. Ductus itaque ad tribunal Hippodromi quo loco imperator sedebat,suas illic ædes divendidit,subscribentibus quæstore ac senatu universo. Idque factum priusquam equi agitarentur. In more autem fuit olim, ut statim atque imperator ad tribunal ascenderat, aurigæ equorum cursum inciperent. Quia vero tum, ut eunuchi ædes venundarentur, cessatum est, hinc consuetudo obtinuit ut in ludis circensibus, egressis equis, currus paululum moræ facerent.

Pars dextera gynæconitidis usque ad columnam S. Basilii, necnon pars templi quædam, domus erat Charitonis eunuchi : sinistra vero pars usque ad columnam S. Gregorii Thaumaturgi, domus erat Xenophontis cujusdam arte sutoris : qui inferorum princeps dicebatur dum ab aurigis adoraretur in Hippodromo. Templi area, quatuor nartheces, baptisterium ac reliqua circumposita ædes erant Damiani patricii Seleuciæ.

Τὸ δὲ δεξιὸν μέρος ὅλον τοῦ γυναικωνίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ μέρος τι, ὑπῆρχον οἰκήματα Χαρίτωνος εὐνούχου τοῦ ἐπίκλην Χηνοπώλου, ἃ καὶ ἐξωνήθησαν μετ' εὐχαριστίας. Τὸ δὲ ἀριστερὸν μέρος τοῦ γυναικωνίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ὑπῆρχον οἰκήματα Ξενοφῶντός τινος τῇ τέχνῃ βασιλισκαρίου· ὃς θέλων ἐξωνήσασθαι τὰ οἰκήματα αὐτοῦ, ἠτήσατο τὸν βασιλέα, μὴ μόνον τίμημα διπλοῦν λαβεῖν εἰς τὰς σκηνὰς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα ποιήσῃ τοῦτον ἐν τῷ ἀγομένῳ ἱππικῳ, ἐν ᾗ ἐπιτελεῖται, τιμᾶσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν τεσσάρων ἡνιόχων. Τοῦ δὲ βασιλέως προστάξαντο τοῦτο, πρὸς γέλωτα πεποίηκεν εἰς τὸ διηνεκὲς, ἵνα τυπωθῇ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἀγομένου ἱππικοῦ καθέζεσθαι τοῦτον ἐν τοῖς καγκέλλοις μέσον, καὶ τὰ ὀπίσθια αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν ἡνιόχων πρὸς γέλωτα, πρὸ τοῦ ἀναβῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἁρμάτων. Καὶ τοῦτο διήρκεσε μέχρι τῆς σήμερον. Ὃς καλεῖται ἄρχων τῶν καταχθονίων· ἀμφιέννυται δὲ χλαμύδα λευκὴν μετὰ βύσσου ἡμφιεσμένην. Τὸ δὲ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ οἱ τέσσαρες νάρθηκες, καὶ ὁ λουτὴρ, καὶ τὰ περὶξ αὐτῶν, ὑπῆρχον οἰκήματα Δαμιανοῦ πατρικίου Σελευκίας· ἅπερ ἀπετιμήθη λίτρας ζ', καὶ μετὰ πολλῆς περιχαρίας δέδωκε ταῦτα τῷ βασιλεῖ.

B Dextera pars gynæconitidis tota usque ad columnam sancti Basilii, necnon pars templi quædam, ædes erant Charitonis eunuchi, cognomine Chenopoli, quæ bona cum gratia venditæ sunt. Sinistra vero pars gynæconitidis, usque ad columnam sancti Gregorii Thaumaturgi, ædes erant Xenophontis cujusdam arte sutoris. Is cum ædes venum prostarent, ab imperatore non duplex modo pretium pro vili casa postulavit, sed etiam rogavit ut die circensium quatuor factionum aurigæ se honorarent et venerarentur. Quod cum imperator præstari ad risum spectantium jussisset, decrevit etiam ut in perpetuum circensibus ludis is in cancellis medius sederet, ejusque terga ab aurigis antequam currus conscenderent ad risum et ludibrium adorarentur : quod ad hunc usque diem factitatum C est. Ille vero vocatur inferorum princeps. Induitur autem chlamyde candida bysso intexta. Templi vero area, et quatuor nartheces seu porticus ac baptisterium et quæ circumposita sunt, ædes erant Damiani patricii Seleuciæ, quas nonaginta libris æstimatas ingenti gaudio imperatori tradidit.

Trulli fundamenta supra petram Stephaneam jaciuntur. Eutychius patriarcha pro ecclesiæ structura preces fundit. Oratorium rotundum prope horologium Joanni Baptistæ sacrum, necnon porticus a magno palatio ad ædem Saphianam usque pertingentes exstruuntur. Magistri architecti centum, operæ decem millia. Cæmentum ut subactum.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὸν τόπον καταμετρήσας, καὶ εὑρὼν στεφανίαν πέτραν ἀπό τε τοῦ θυσιαστηρίου καὶ μέχρι τῆς κάτω ἀψίδος, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν γύρωθεν τὰ βάθρα τοῦ μεγάλου Τρούλλου. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀψίδων μέχρι τοῦ ἐξωτάτου νάρθηκος, εἰς τὸν χαῦνον καὶ ἀλσώδη κόπον ἐθεμελίωσεν. Ἀρξάμενος δὲ τὰ θεμέλια κτίζειν, προσεκαλέσατο Εὐτύχιον πατριάρχην, καὶ ἐποίησεν εὐχὴν περὶ συστάσεως τῆς ἐκκλησίας. Τότε ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς κόψας καὶ οἰκείαις χερσὶν ἄσβεστον μετὰ τοῦ ὀστράκου, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ἔβαλεν ἐπὶ τὸ θεμέλιον πρὸ πάντων· Πρὸ τοῦ δὲ ἄρξασθαι κτίζειν τὸν ναὸν, προέκτισεν εὐκτήριον χρυσόροφον

D Locum dimensus imperator Justinianus, cum petram Stephaneam a bemate ad imam usque apsidem reperisset, majoris Trulli super eam fundamenta jecit. Ab apside vero ad exteriorem usque narthecem, in solo palustri et limoso fundavit. Fundamentum autem aggressus, Eutychium patriarcham evocat,qui pro ecclesiæ structura preces funderet. Tum imperator suis ipse manibus cum testa cæmentum accipiens Deoque gratias agens, id primus omnium in fundamentum jecit. Ante cœptam vero templi structuram, oratorium rotundum aureo fornice instructum, egregio circumquaque lapillorum ornatu, Joannis Præcursoris voca-

catum prope horologium excitavit, quod jam baptisterium nuncupatur; itemque huic vicina Metatorii ædificia, ubi cum proceribus suis maneret, et sæpe cibum sumeret. Tunc quoque porticum totam, qua transitus a magno palatio ad Magnam ecclesiam fieret, ædificavit; ut quotidie templi structuram adiens a nemine conspiceretur. Erant porro magistri architecti centum, quorum singulis centenæ operæ aderant, ita ut decem millium numerum explerent. Et quinquaginta quidem magistri cum turmis suis dextrum latus ædificabant; quinquaginta alii pari modo sinistrum, quo æmula quadam diligentia citius ædificium assurgeret. Templi figuram angelus Domini in somnis imperatori ostenderat. Princeps autem architectus mechanicus ac templis excitandis idoneus erat. Pro aqua vero, hordei in cacabis elixi liquorem cum calce et testa miscebant. Eratque hordeaceus liquor ille viscosus, mucosus atque tenax. Simili modo dissectos salignos cortices in cacabos cum hordeo miserunt, quadrasque massas paraverunt quinquaginta pedes longas, totidem latas ac crassas viginti; eas nec frigidas nec calidas, sed ad glutinis tenacitatem intepescentes in fundamenta jecerunt: substratæque massæ paris longitudinis et latitudinis lapides imposuerunt: quæ coagmentatio ferri duritiem æmulabatur.

περικαλλὲς κυκλικὸν μετὰ λίθων πολυτίμων, ὅπερ ὠνόμασε τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου· ὅπερ ἐστὶ πλησίον τοῦ Ὡρολογίου, τὸ καλούμενον Βαπτιστήριον, καὶ τὰ πλησιάσαντα τοὺ Μετατωρίου· ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, πολλάκις δὲ ἐσθίῃ. Τότε γὰρ καὶ τὰ διαβατικὰ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Παλατίου μέχρι τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἔκτισεν, ἵνα διερχόμενος κατεκάστην, μὴ ὁρᾶσθαι παρά τινος, εἰς τὸ παρίστασθαι ἐν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ. Ὑπῆρχον δὲ μαΐστορες ἑκατὸν, ἔχοντες ἕκαστος αὐτῶν ἀνὰ ἑκατὸν ἀνδρῶν, γινομένων χιλιάδων δέκα. Καὶ οἱ μὲν πεντήκοντα μαΐστορες μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτῶν τὸ δεξιὸν μέρος ᾠκοδόμουν· οἱ δὲ πεντήκοντα ὁμοίως τὸ εὐώνυμον μέρος, διὰ τὸ πρὸς ἔριδα καὶ σπουδὴν κτίζεσθαι ταχέως τὸ ἔργον. Καὶ τὸ σχῆμα τοῦ ναοῦ κατ' ὄναρ ἔδειξε τῷ βασιλεῖ ὁ ἄγγελος Κυρίου. Ὑπῆρχε δὲ ὁ πρῶτος οἰκοδόμος μηχανικὸς, καὶ εἰς τὸ ἀνεγεῖραι νσοὺς ἐπιτήδειος. Εἰς τοὺς κακάβους δὲ ἕπτη τὴν κριθὴν, καὶ τὸν χυλὸν αὐτῆς ἐμίγνυον τῷ ἀσβέστῳ σὺν τῷ ὀστράκῳ ἀντὶ ὕδατος. Ὁ δὲ αὐτῆς χυλὸς ὑπῆρχε γλισχρὸς, καὶ μυξώδης, καὶ κολλητικός. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φλοῶν πτελεῶν κατατέμνοντες ἐνέβαλλον ἐν τοῖς κακάβοις μετὰ τῆς κριθῆς, καὶ ἐποίησαν μάζας τετραγώνας ἐχούσας ἀνὰ ποδῶν πεντήκοντα τὸ μῆκος, καὶ ν', τὸ πλάτος, καὶ εἴκοσι τὸ πάχος, καὶ ἐτίθουν εἰς τοὺς θεμελίους· καὶ οὔτε θερμὸν τοῦτο ἐτίθουν οὔτε πάλιν ψυχρὸν, ἀλλὰ χλιαρὸν διὰ τὸ εἶναι κολλητικόν. Καὶ ἐπάνω τὰς μάζας ἐτίθουν λίθους εὐμεγέθεις, ἰσομήκεις, ἰσοπλάτους· ἦν ἰδεῖν τότε αὐτοὺς κρατεῖν οἱάπερ σίδηρον.

Expensarum prima subductio. Magister Strategius solvendæ pecuniæ deputatur. Imperator horis pomeridianis, Troilo cubiculario comite, quo cultu vestium ad structuram accedebat, fabris ac operis promissis stimulandis.

Ubi autem fundamenta ad duorum cubitorum altitudinem e terra erecta sunt, ut ait supradictus auctor, qui expensarum rationem scripto tradidit, ad quadringenta quinquaginta duo centenaria tota summa deducta est. Miliarisia enim argentea e palatio efferebantur, quæ in horologio deponebantur, et quotquot lapides advehebant, argenteum quotidie accipiebant, ne quis morose aut cum tædio ageret, maledictaque jactaret. Quidam vero ex iis qui lapides gestabant, cum iratus mœstusque esset, in terram decidit et attritus est. Pecuniam erogabat prædictus Strategius Justiniani imperatoris spiritualis frater. Erectis pilis, imperator somno meridiano abstinens, magnaque cura et sollicitudine, polientes cædentesque lapides et fabros aliasque operas, Troilo cubiculario comite, inspectabat, et ad opus impigre capessendum promissis stimulabat. Et ideo semel aut iterum per hebdomadam, præter constitutam mercedem, modo numisma, modo duo cuique largiebatur. Quoties autem spectatum accedebat, linea veste tenui et candida induebatur, tenue item sudarium in capite gerens, in manu vero bacillum.

Δύο δὲ πήχεων τοῦ θεμελίου ὑψωθέντος ἐκ τῆς γῆς, ὡς φησιν ὁ προειρημένος ποιητὴς, καὶ ἀπογράφων τὴν ἔξοδον, ἐξωδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνϐ'. Μιλιαρίσια γὰρ ἀργυρᾶ ἐκομίζοντο ἐκ τοῦ παλατίου, καὶ ἐτίθουν αὐτὰ εἰς τὸ Ὡρολόγιον, καὶ ὅσοι ἀνεϐίϐαζεν λίθους, ἐλάμϐανον καθημέραν ἀνὰ ἀργυροῦ ἑνὸς, διὰ τὸ μὴ ἀκηδιάσαι τινὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ βλασφημῆσαι. Εἴς δέ τις τῶν βασταζόντων λίθους ἐγανακτήσας καὶ στενάξας, εἰς τὴν γῆν κατηνέχθη καὶ συνετρίϐη. Τὴ δὲ ἔξοδον ἐποίει ὁ ῥηθεὶς Στρατήγιος, ὃς καὶ ὑπῆρχε πνευματικὸς ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ. Τῶν δὲ πινσῶν ὑψωθέντων ὁ βασιλεὺς τὸ δειλινὸν οὐκ ἐκάθευδεν, ἀλλ' εἶχε πολλὴν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὸ ὁρᾶν τούς τε λιθοξόους, καὶ λατόμους, καὶ τεκτονικοὺς, καὶ πάντας τοὺς οἰκοδόμους, μετὰ καὶ Τρωΐλου κουϐικουλαρίου τούτους ὁρῶν, σπουδὴν πολλὴν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο· καὶ διὰ τοῦτο ἔξωθεν τοῦ μισθοῦ αὐτῶν ἐργατῶν, τὴν ἑϐδομάδα ἅπαξ ἢ δὶς εὐεργέτει τούτους, πότε μὲν ἀπὸ ἑνὸς, ποτὲ δὲ ἀπὸ δύο. Πορευόμενος δε ὁ βασιλεὺς, ἠμφιέννυτο ὀϐόνην λευκὴν καὶ ψιλὴν, καὶ σουδάριον ἀμυδρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ· ἐν δὲ τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάϐδον πτενὴν κατεῖχεν.

Ignatius architectorum princeps. Hujus filio supra porticus dextri lateris apparet angelus, eunuchi forma, qui templum Sanctæ Sophiæ nomine donandum innuit. Puer divitiis ac dignitate auctus ad Cycladas insulas relegatur, et quare.

Erectis porro supremis tam dextri quam sinistri

Ἀνεγειραντες δὲ τὰς ἀψίδας τῶν ὑπερῴων, τῶν

τε εὐωνύμων καὶ δεξιῶν, καὶ ταύτας στεγάσαντες σκυφικὰς ἀψίδας, ὡρίσθη ἀγαγεῖν μιλιαρίσια ἐκ τοῦ παλατίου ὁ κρατῶν ἡμέρᾳ Σαββάτου· ἦν γὰρ ς' ὥρα τῆς ἡμέρας· καὶ προσέταξιν ὁ Στραγήγιος τοῦ ἐξελθεῖν τοὺς ἐργάτας καὶ τεχνίτας εἰς τὸ ἄριστον. Κατερχόμενος δὲ ὁ προρρηθεὶς Ἰγνάτιος μηχανικὸς, κατέλιπε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἄνωθεν τῶν ὑπερῴων εἰς τὸ δεξιὸν μέρος, εἰς τὸ ὁρᾷν τὰ πρὸς οἰκοδομὴν ἐργαλεῖα πάντα. Ὁ δὲ παῖς ἦν ὡσεὶ χρόνων δεκατεσσάρων. Καθεζομένου δὲ τοῦ παιδὸς, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος, λαμπρᾷ ἐσθῆτι ἠμφιεσμένος, ὡραῖος τῷ εἴδει, ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ παλατίου πεμφθεὶς, καὶ λέγει τῷ παιδαρίῳ· Τίνος χάριν οὐκ ἐκπληροῦσι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ οἱ καμόντες ταχέως, ἀλλὰ καταλιπόντες αὐτὸ ἀπῆλθον ἐσθίειν; Ὁ δὲ παῖς λέγει αὐτῷ· Κύριέ μου, ταχέως παραγίνονται. Ἐκείνου δὲ πάλιν εἰπόντος· Πορευθεὶς λάλησον αὐτοῖς· σπεύδω γὰρ τοῦ ταχέως τελειωθῆναι τὸ ἔργον· τοῦ δὲ παιδὸς φήσαντος, αὐτὸν μὴ ἀπελθεῖν, διὰ τὸ μήπως ἀπολεσθῆναι τὰ ἐργαλεῖα, καί φησιν ὁ εὐνοῦχος· Ἄπελθε ἐν σπουδῇ, καὶ φώνησον αὐτοὺς ταχέως ἐλθεῖν· καὶ ἐγὼ ὄμνυμί σοι, τέκνον, οὕτως, μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, τὴν νῦν κτιζομένην, οὐχ ὑποχωρῶ ἀπὸ τῶν ὧδε, ἕως ὅτε καὶ ὑποστρέψῃς· ἐνταῦθα γὰρ ἐτάχθην δουλεύειν καὶ φυλάττειν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παῖς, δρομαίως ἐπορεύθη, καταλιπὼν ἐν τῷ ὑπερῴῳ κτίσματι τὸν ἄγγελον τοῦ Κυρίου φυλάττειν. Ὡς δὲ κατῆλθεν ὁ παῖς, εὑρὼν τον πατέρα αὐτοῦ τὸν πρῶτον οἰκοδόμον μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν, ἐξηγήσατο πάντα· καὶ ὁ πατὴρ λαβὼν τὸν παῖδα, ἤγαγεν εἰς τὸν βασιλέα· ἐκεῖ γὰρ ἦν ὁ βασιλεὺς ἐσθίων ἐπὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ Ὡρολογίῳ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τῶν ῥημάτων τοῦ παιδὸς, προσεκαλέσατο πάντας τοὺς εὐνούχους, καὶ ὑπέδειξε τῷ παιδαρίῳ, λέγων· Μὴ οὗτός ἐστιν; Ὁ δὲ παῖς φησιν· Οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἰδέας ἔχει τις ἐξ αὐτῶν ἐκείνου, ὃν ἐν τῷ ναῷ ἐγὼ ἑώρακα. Τότε ἔγνω ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἄγγελος Κυρίου ἐστὶ, καὶ τὸ ῥῆμα γνώριμόν ἐστι, καὶ ὁ ὅρκος αὐτοῦ· εἰπόντος καὶ τοῦ παιδὸς ὅτι λευκοφόρος ἐστὶ, καὶ αἱ παρειαὶ αὐτοῦ πῦρ ἀπέπεμπον, καὶ ἐνηλλαγμένη ἡ ὅρασις αὐτοῦ, μεγάλως ἐδόξασε τὸν Θεὸν ὁ βασιλεὺς, λέγων, Ὅτι εὐδύκει ὁ Θεὸς τὸ ἔργον τοῦτο, καὶ ὅτι λογισμὸς μέγας μοι περιέπιπτε πῶς καλέσω τὸν ναόν. Καὶ ἔκτοτε προσηγορεύθη ὁ ναὸς Ἁγία Σοφία. ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἑρμηνευόμενος. Καὶ σκοπήσας ὁ βασιλεὺς εἶπεν οὕτως· Μὴ ἐάσω τὸν παῖδα ὑποστρέψαι, ἵνα εἰς τὸ διηνεκὲς φυλάττῃ ὁ ἄγγελος Κυρίου, ὡς εἶπε κατελθὼν ἐν ὄρκοις. Εἰ γὰρ ὁ παῖς ὑποστρέψῃ καὶ ἐλθὼν ἐν τῷ κτίσματι, καὶ ἄγγελος Κυρίου ὑποστρέψει, καθὰ προέφησε τῷ παιδαρίῳ τὸ, Ἕως οὗ ἔλθῃς. Βουλευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τοὺς κρείττονας τῆς συγκλήτου καὶ ἱερατικοὺς ποιμένας, εἶπον αὐτῷ· Μὴ ὑπόστελλε τὸν παῖδα εἰς τὴν οἰκοδομὴν, κατὰ τὸν ὅρκον τοῦ ἀγγέλου, ὅπως ἐκ Θεοῦ φυλάξῃ τὸν ναὸν ἕως τέλους κόσμου. Ὁ δὲ βασιλεὺς πλουτίσας τὸν παῖδα καὶ ἀξιώσας αὐτὸν τιμῆς μεγάλης, ἀπέστειλε μετὰ βουλῆς τοῦ πατρὸς οὐτοῦ εἰς ἐξορίαν εἰς τὰς Κυκλάδας νήσους. Ἐγένετο δὲ τὸ ῥῆμα τοῦ ἀγγέλου εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πινσοῦ τῆς ἄνω ἀψίδος, τοῖς ἀνερχομένοις ἐπὶ τὸν Τροῦλον.

A lateris fornicibus, ipsique in scyphi morem obtectis, voluit imperator ut miliarisia in die Sabbati ex palatio exportarentur; erat quippe hora diei sexta jussitque Strategius cum operas tum artifices pransum ire. Descendens vero prædictus Ignatius mechanicus, filium supra porticus dextri lateris ad instrumentorum custodiam reliquit. Erat autem puer annorum circiter quatuordecim. Sedente puero, eunuchus quidam splendida veste indutus, forma decorus, velut nimirum ex palatio missus sese puero sistit et ait: Quid causæ est cur opifices opus Dei non cito perficiant, sed eo relicto comessatum abierunt? Cui puer, Jamjam, inquit, domine, aderunt. Ille vero, Vade cito et evoca: nam opus perfici summo studio cupio. Puero autem se dicessurum negante, ne ferramenta perirent, ait eunuchus: Abi quamprimum et dic ut celeriter veniant. Nam juro tibi, fili, per sanctam Sophiam Dei verbum, quæ nunc ædificatur, me non hinc dicessurum donec tu revertaris, quippe qui jussus sim hic ministrare et custodiam agere. His auditis puer celeri cursu proficiscitur, relicto Dei angelo in superiore parte ædificii custode: ac ubi patrem architectorum principem cum reliquis convenit, rem ordine narravit. Pater vero filium ad imperatorem adduxit. Imperator enim ad oratorium sancti Joannis Præcursoris in horologio prandebat. Imperator autem, auditis quæ narrabat puer, eunuchos omnes evocat, ac puero ostendit, sciscitans, Hiccine est? Tum puer, Horum, inquit, nemo est, neque enim horum quisquam simile quid habet illi, quem in templo conspexi. Tunc imperator angelum esse Domini tum ex ejus sermone tum ex jurejurando cognovit, præsertim puero affirmante fuisse illum veste candida, genis ignem vibrantibus, et vario vultu; ac Deum magnis laudibus cumulavit imperator dicens: *Deo sane acceptum est hoc opus, hærebamque multum anxius quo nomine tempum appellarem.* Exindeque templum appellatum est Sancta Sophia, quod significat, Verbum Dei. Re vero secum perpensa, imperator sic ait: Non sinam puerum ad templum remigrare, ut angelus Domini illud in perpetuum custodiat, quemadmodum juramento pollicitus est. Si enim ad fabricam redierit puer, angelus Domini abibit, cum puero dixerit, Donec redieris, Imperator itaque consilio cum præcipuis senatorum sacrique ordinis pastoribus inito, hanc ab illis sententiam accepit: Ne mittas puerum ad fabricam, ut angelus illud ex jurejurando quo se obstrinxit, ad finem usque mundi, Dei jussu, custodiat. Divitiis igitur et dignitate auctum puerum, volente patre, ad Cycladas insulas relegavit. Hoc porro angeli cum puero colloquium, in dextera parte pilæ superioris fornicis, ad Trullum ascendentibus, habitum est.

Angelus, eunuchi forma, imperatori anxio ob pecuniæ penuriam, apparet, et magnam auri copiam in opus fabricæ promittit, et sequenti die largitur.

Cum autem artifices, postquam ad secundas porticus pertigerunt, superioribus, columnis ac fornicibus erectis, circumpositæ fabricæ tecta imposuissent, imperator ob pecuniæ penuriam vehementer angi cœpit. Stante autem illo in superiori fabricæ parte, cum Trullum ædificaturus esset, Sabbato jam inclinante die, eunuchus ille veste candida anxio imperatori se sistit, sicque compellat: Quid pecuniæ causa domine, angeris? Jube cras cito venire quosdam ex optimatibus tuis, et quantam fuerit opus auri signati summam afferam. Sequenti vero die veniens eunuchus fabricam visentem imperatorem offendit: qui Strategium deputavit, et Basilidem quæstorem, Theodorum patricium, cognomento Colocynthem, qui etiam erat præfectus, cum servis circiter quinquaginta, mulis viginti, ac bulgarum viginti septem paribus. His ille assumptis per Auream portam cum ad tribunalia venisset, qui missi erant viderunt stupenda palatia: atque ex equis cum descendissent, per admirandam scalam ab eunucho ducuntur. Tum clave ænea et splendida cubiculum aperuit. Ut vero magister Strategius narravit, pavimentum totum auro signato stratum et plenum erat: acceptaque pala eunuchus, singulis bulgis auri centenaria quatuor immisit; nempe simul centenaria octoginta, et cum tanto munere imperatorem remisit, clausoque coram eis cubiculo, in quo aurum signatum erat, ait illis: Hæc afferte imperatori, ut in fabricæ opus eroget. Illi, eunucho ibi relicto, quod acceperant, imperatori aurum deferunt. Ille vero obstupefactus: Quonam, inquit, concessistis, quisve eunuchus ille? Ipsi vero cuncta ordine narrant locum ædificii, vimque auri immensam in cubiculo jacentem. Cupide imperator exspectabat reditum eunuchi: cum autem non veniret, servum a pedibus ad illum misit cumque locum in quo palatia viderant, domo vacuum deprehendisset, reversus cuncta imperatori renuntiat. Stupore perculsus ille, re intellecta, dixit: Vere ipse Dei angelus erat, et miraculum effectum est, ut sciamus, ac Deo gloriam tribuamus.

Φθασάντων δὲ τῶν οἰκοδόμων εἰς τὰ δεύτερα ὑπερῷα, καὶ ἐγειράντων τοὺς ἐπάνω κίονας καὶ καμάρας, καὶ σκεπασάντων τὰ πέριξ, ἠθύμει ὁ βασιλεὺς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρυσοῦ ποσότητα. Ἱσταμένου οὖν τοῦ βασιλέως εἰς τὰ ὑπερῷα τῶν κτισμάτων, καὶ μέλλοντος ἐγεῖραι τὸν Τροῦλον μετὰ τὴν ὥραν τοῦ Σαββάτου, ὡς ἤδη βαθέος ἀρίστου, ἀδημονοῦντος τοῦ βασιλέως, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος, λευκοφόρος, εἰρηκὼς αὐτῷ· Τί λυπῇ περὶ χρημάτων; πρόσταξον ἐλθεῖν ταχὺ τὴν αὔριον ἐκ τῶν μεγιστάνων σου, καὶ κομίσω σοι χρυσίου χάραγμα ὅσον ἂν ὀφείλῃς. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐλθὼν ὁ εὐνοῦχος, καὶ εὑρὼν τὸν βασιλέα, ὅτι ἐπορεύετο ὁρᾷν τὰ κτίσματα, δέδωκεν ὁ βασιλεὺς τὸν Στρατήγιον, καὶ Βασιλίδην τὸν κοιαίστορα, καὶ Θεόδωρον πατρίκιον, τὸν ἐπίκλην Κολοκύνθην, τὸν καὶ ἔπαρχον, καὶ ὑπηρέτας μέχρι τῶν πεντήκοντα, καὶ ἡμιόνους εἴκοσι μετὰ βουλγιδίων ζυγῶν κζ'. Τούτους λαβὼν ὁ εὐνοῦχος ἐξῆλθε τῆς Χρυσίας πόρτας, καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ Τριβουνάλια, ἐφάνη μὲν τοῖς ἀποσταλεῖσι παλάτια κτιστὰ θαυμαστά. Ἐκ τῶν ἵππων δὲ καταβάντες, ἀνεβίβασεν αὐτοὺς ὁ εὐνοῦχος εἰς κλίμακα θαυμαστὴν, καὶ ἐκβαλὼν κλεῖδα λαμπρὰν χαλκῆν, ἤνοιξε κουβούκλιον· καὶ, ὡς φησι Στρατήγιος ὁ μάγιστρος, ἦν τὸ ἔδαφος ἐστρωμένον καὶ πεπληρωμένον χρυσίου χαράγματος. Καὶ λαβὼν πτύον ὁ εὐνοῦχος, ἔβαλεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον βουλγίδιον, χρυσοῦ κεντηνάρια τέσσαρα· ρ' ρ' π'. Καὶ δοὺς αὐτοῖς ἀπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ κλείσας ἔμπροσθεν αὐτῶν τὸ κουβούκλιον, ἐν ᾧ ἦν τὸ χάραγμα, ἔφη αὐτοῖς· Ὑμεῖς κομίσατε ταῦτα τῷ βασιλεῖ, εἰς τὸ κατασκευῶσαι αὐτὰ εἰς οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ. Ὁ δὲ εὐνοῦχος κατελείφθη ἐκεῖ. Οἱ δὲ ἦγαγον τῷ βασιλεῖ τὸ χρυσιον, καὶ ἐκπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς, ἔφη αὐτοῖς· Ἐν ποίῳ τόπῳ ἀπέλθατε, καὶ τίς ὁ εὐνοῦχος; Καὶ ἀνήγγειλαν αὐτῷ πάντα, τόν τε τόπον τῶν οἰκημάτων αὐτῷ, καὶ ὅτι χρυσίον εἶγε κεχυμένον ἐπὶ τὸ κουβούκλιον εἰς πλῆθος πολύ. Καραδοκῶν ὁ βασιλεὺς τὸν εὐνοῦχον ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν μετὰ τοὺς σταλέντας, καὶ ὡς οὐ παρεγένετο, ἀπέστειλε τὸν ἀκόλουθον αὐτοῦ εἰς τὸν εὐνοῦχον· καὶ εὑρὼν τὸν τόπον ἐν ᾧ ἐθεάσατο τὰ παλάτια ὅλον ἔνοικον, καὶ ὑποστρέψας, ἐγνώρισε τῷ βασιλεῖ πάντα ὅσα ἐθεάσατο. Ἐκπλαγεὶς δὲ καὶ γνοὺς, εἶπεν, Ὅτι ἀληθῶς αὐτὸς ἄγγελος Θεοῦ ἦν, καὶ θοῦμα γέγονεν, ἵνα γνῶμεν, καὶ μεγάλως δοξάσωμεν τὸν Θεόν.

Divino monitu triplici apside seu fornice bema illustratur. Pilæ omnes interius exteriusque ferreis vectibus ferruminantur, ac oleo et calce obducuntur, et ita variorum marmorum incrustationes aptantur.

Cum autem sacrum bema perfecturi, ac per fornices vitro instructos lucem intromissuri essent, præcepit architecto, ut unica apside concha lucem acciperet: rursumque mutata sententia, jussit per duplicem apsidem immitti lucem, quia murus nullis firmatus tignis, qualia narthecі ac lateribus adhibita fuerant, pondus non admittebat. Reliqui vero artifices contendebant, unicum fornicem esse illustrando bemati satis. Anxius itaque princeps architectorum inopsque consilii erat, quod imperator modo apsidem unam, modo duas construi jube-

Ἐν δὲ τῷ μέλλειν τὸ ἅγιον θυσιαστήριον τελειῶσαι, καὶ διὰ τῶν στοῶν φωταγωγῆσαι διὰ ὑελίων προσέταξε τῷ μηχανικῷ, ἵνα γένοιτο ὁ μύαξ μονοκάμαρος· καὶ πάλιν μεταμεληθεὶς προσέταξε γενέσθαι δίφωτον, διὰ δύο ἀψίδων· διὰ τὸ μὴ δέξασθαι βάρος, ὅτι ἐκεῖσε ἰκριώματα οὐκ ἔθεντο, ὥσπερ ἐν τῷ νάρθηκι, οἱ ἐπὶ τὰς πλευρὰς τοῦ ναοῦ. Τῶν δὲ λοιπῶν τεχνιτῶν ἀντιλεγόντων, ὡς μία καμάρα φωτίζει τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀδημονοῦντος τοῦ πρωτοοικοδόμου τί ἂν ποιησει, ὅτι ποτὲ μὲν λέγει ὁ βασιλεὺς μίαν ἀψίδα γενέσθαι, ἄλλοτε δὲ δύο, καὶ ἑστῶ

τος αὐτοῦ ἐκεῖσε καὶ ἀκηδιάσαντος ἡμέρᾳ δ' ὥρᾳ ε', ἐφάνη αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐν ὁμοιώματι Ἰουστινιανοῦ μετὰ βασιλικης ἐσθῆτος καὶ ἐρυθριῶν πεδιλῶν, καί φησι τῷ τεχνίτῃ· Θέλω ἵνα μοι ποιήσῃς τρίφοιτον μύακα, καὶ διὰ τριῶν στοῶν φωτίζειν τὸ θυσιαστήριον, εἷς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ εὐθὺς ἀφνὴς ἐγένετο· καὶ καταπλαγεὶς ὁ μαίστωρ, παρεγένετο ἐπὶ τὸ παλάτιον, καὶ ἀντέλεγε τῷ βασιλεῖ αὐστηρῶς, Ὅτι σὺ βασιλεὺς τοιοῦτος ὤν, ἕνα λόγον οὐκ ἔχεις· μέχρι τῆς ἄρτι ἑδόας ποιεῖν με μίαν στοάν, ἄλλοτε δὲ δύο, ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ· καὶ ὅτε ἐτελειωθη τὸ ἔργον, παρίστης μοι λέγων, ὅτι Ἐν τρισὶ καμάραις φώτισον τὸ θυσιαστήριον διὰ τὴν τῆς Τριάδος πίστιν. Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐκ τοῦ παλατίου αὐτοῦ οὐκ ἐξῆλθε. Ἀκριβῶς [φησὶν] ἐπέγνων ὅτι ἄγγελός ἐτιν ὁ λαλήσας σοι· καὶ ποίησον οὕτως ὡς καὶ εἶπέ σοι. Πάντες δὲ οἱ πινσοὶ ἔσωθεν ὑπὸ σιδηρῶν μοχλῶν κρατοῦνται ἐγκεκλεισμένοι πρὸς ἀλλήλους κρατεῖν, καὶ εἶναι ἀμετακινήτους. Ἡ δὲ ἔμπλασις πάντων, τῶν πινσῶν, μετὰ ἐλαίου καὶ ἀσβέστου· καὶ οὕτως ἐπάνω ἀνέστησαν τὰς ποικίλας ὀρθομαρμαρώσεις.

re. Sollicito autem illi et ibidem stanti feriæ quartæ hora quinta, apparuit angelus Domini, specie et forma imperatorem referens, imperatorio vestitu, rubris calceis, eumque sic affatur : Placet ut triplice apside concha lucem accipiat, triplicique porticu bema illustretur, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti : et statim ab oculis ejus evanuit. Consternatus architectus in palatium repente concedit, et imperatorem asperius increpat. Tu, inquit, imperator talis cum sis, non constanter unoque modo loqueris. Hactenus imperabas unum fornicem, mox duos ad illustrandum bema ædificari ; jam opere absoluto ad me venis dicens : Tres fornices lucem bemati faciant propter fidem Trinitatis. Imperator cum nosset se illa die et hora e palatio pedem non extulisse. Certo, inquit, novi angelum Domini esse qui te allocutus est; utque jussum est facito. Omnes porro pilæ interius exteriusque ferreis vectibus ferruminatæ tenentur ut inter se hæreant, et immotæ consistant, oleoque et calce obductæ : et ita variorum marmorum incrustationes aptatæ fuere.

Ex insula Rhodo lateres ad Trulli structuram afferuntur. Reliquiæ sanctorum in duodecim ex iis reponuntur. Sacerdotes pro ecclesiæ firmitate preces fundunt. Commissuræ ac reliqua ornamenta auro obducuntur. Templi parvimentum pretiosis ornatur marmoribus. Latera item variis marmoribus decoravit, ac ingentibus et pretiosis lapidibus constravit.

Ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς Τρώϊλον τὸν κουβικουλάριον, καὶ Θεόδωρον πατρίκιον, καὶ Βασίλειον κοιαίστορα ἐν τῇ Ῥόδῳ νήσῳ, καὶ ἔκαμον ἐκεῖσε μετὰ πηλοῦ βήσαλα ἰσόσταθμα, καὶ ἰσόμηκα παμμεγέθη, σφραγίζοντες οὕτως, « Ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ οὐ σαλευθησεται· βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τὸ πρὸς πρωΐ πρωΐ. » Καὶ διαμετροῦντες αὐτῶν τὴν ποσότητα, ἀπέστελλον τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ σταθμὸς τῶν δώδεκα βησάλων ἐκείνων ἡμετέρου βησάλου ἐστὶ σταθμὸς ἑνὸς, διὰ τὸ εἶναι, τὴν πηλὸν ἐκείνην ἐλαφρὰν πάνυ, καὶ σπογγοειδῆ, καὶ κοῦφον, καὶ λευκόχρωον. Διὸ καὶ λόγος ἱστορικὸς ἐμφέρεται, κισηρίου ἐστὶν ὁ Τροῦλος· ἀλλ' οὐκ ἔστι μὲν, ἐλαφρὸς δὲ ὑπάρχει. Μετ' αὐτων δὲ ἀνοικοδομήσαντες τὰς τέσσαρας μεγάλας ἀψίδας· καὶ ἀρξάμενοι κυλίειν τὸν Τροῦλον, δώδεκα βήσαλα ἐτίθουν· καὶ ἀναμεταξὺ τῶν δώδεκα βησάλων ἐποίουν οἱ ἱερεῖς εὐχὴν περὶ συστάσεως ἐκκλησίας, καὶ ἐποίουν οἱ κτίσται κατὰ δώδεκα βήσαλα ὀπὴν, ἐμβαλόντες ἐν ταῖς ὀπαῖς τίμια καὶ ἅγια λείψανα διαφόρων ἁγίων, ἕως οὗ ἐτελειώθη ὁ Τροῦλος. Ἦν δὲ ὁ νεωτερικὸς ὄρθιος ἱστάμενος. Καὶ εἶθ' οὕτως πληρώσαντες τὰς λαμπρὰς καὶ περικαλλεῖς ὀρθομαρμαρώσεις, κατεχρύσωσαν τὰς ζεύξεις τῶν ἀρθομαρμάρων, καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν κιόνων, καὶ τὰς λαγαρικὰ, καὶ τοὺς κοσμήτας τῶν ὑπερῴων, τῶν τε διορόφων καὶ τριορόφων. Ἐχρύσωσε δὲ πάντα ἐκ χρυσίου καθαροῦ, πετάλου τὸ σύμπαχον τοῦ χρυσώματος, δακτύλων δύο· τοὺς δὲ ὀρόφους πάντας, ἀπό τε τῶν ὑπερῴων τῶν διορόφων καὶ τῶν ἐκ πλαγίου, καὶ τῶν πέριξ, καὶ τῶν τεσσάρων ναρθήκων, κατεχρύσωσε τά τε ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα, καὶ μέχρι τῶν πέριξ προαυλίων· ὡσαύτως ἐχρύσωσε τά τε

Misit vero imperator in insulam Rhodum Troilum cubicularium, Theodorum patricium et Basilidem quæstorem : qui ibi ex creta ingentes lateres paris ponderis et longitudinis confecerunt, ita inscriptos. « Deus fundavit eam, et non commovebitur : adjuvabit eam Deus mane diliculo : » atque hos, cum eorum molem essent dimensi, ad imperatorem miserunt. Duodecim vero lateres hujusmodi uni nostrorum pondere pares sunt ; quod in genus luti levissimum sit, spongiosum et candidum. Hinc etiam Trullus pumicea esse vulgo creditur ; sed non ita se res habet, quamvis sit levissima. Tum quatuor ingentis molis structi fornices : postea vero Trullum in rotundam formam ædificare orsi, XII lateres posuerunt, et inter XII lateres sacerdotes, pro ecclesiæ structura et firmitate preces fundebant. Hinc operæ in singulis duodenis lateribus singula foramina excavant, quibus venerabiles et sacras variorum sanctorum reliquias immittebant, donec perfecta et absoluta Trullus esset. Erat autem illa insolenti et novo fabricæ genere sublimis consistens. Ac deinde absolutis elegantibus illis et magnificis marmoreis inscrutationibus, earum commissuras auro obduxerunt, necnon columnarum capitella et anaglypha ; pariterque perystilia porticuum secundæ tertiæque concamerationis. Omnia demum auro puro obducta et decorata sunt; cujus laminæ duo spissæ digitos erant. Tecta item omnia sive a superiori porticu secundæ concamerationis, sive a lateribus et locis circumpositis, quatuorque narthecibus usque ad circumjacentia vestibula auro encaustico opere confecto splendidissime exornavit : porticus item superiores, co-

lumnas et incrustationes marmoreas pari ornamento decoravit. Templi quoque pavimentum variis pretiosisque marmoribus ornavit. Lateribus vero extrinsecus et e vicino positis perpolitis, ea candidis pretiosisque ac ingentibus lapidibus constravit.

A ὑπερῷα καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰς ὀρθομαρμαρώσεις. Τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων· καὶ στιλβώσας δὲ πλάγια καὶ τὰ ἔξω καὶ τὰ πέριξ κατέστρωσε διὰ λευκῶν λίθων πολυτίμων μεγίστων.

Sacrum bema ex argento confecit. Ostiola, quatuor mensas, archiepiscopi throuum, et sacerdotum sedilia septem, ex argento deaurata. Sancta sanctorum infra gradus sita. Ciborium ac reliqua altaris describuntur. Sacra mensa ex variis lapidibus pretiosis et metalli generibus opere fusili conflata.

Historiæ compendium optime post veteres concinnavit primo quidem Georgius monachus, qui syncellus fuit Tarasii sanctissimi patriarchæ; post illum autem Theophanes confessor hegumenus Agri, qui ambo peritus historicos libros percurrerunt et in compendium redegerunt, sermone quidem simplici nec affectato, sed ipsi pene rerum

naturæ adhærenti. Verum Georgius a mundo condito orsus, in tyrannos desiit, Maximianum nempe et Maximinum (*l.* Maxentium) ejus filium : Theophanes vero ab illius fine exordium ducens, et reliquam chronographiam epitomes more referens, usque ad obitum Nicephori imperatoris qui ex Genicis seu Logotheta Genicorum fuerat, progressus finem narrandi fecit. Post hunc nullus alius huic se studio dedidit. Quidam tamen tentavere, ut Siculus ille doctor, ac nostro tempore philosophorum princeps et hypertinus Psellus. Præter hos item alii. Sed ii perfunctorie operi manum admoverunt, et ab accurata narratione lapsi, maximam rerum majoris momenti partem prætermisere, posterisque inutiles fuere, nudam texentes imperatorum enumerationem, ut docerent quis quem imperatorem exceperit, et nihil præterea. Verum qui sic historias non recto scopo conscripsere, plus nocuere lectoribus, quam profuere. Nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon, Josephus Genesius et Manuel, Byzantii, Nicephorus diaconus, Phryx, Leo Asinus, Theodorus qui fuit Sidæ præses, ejusque consobrinus et cognominis qui Sebastenæ præfuit Ecclesiæ, insuperque Demetrius Cyzicenus ac Joannes Lydus monachus, suum singuli sibi proponentes argumentum; alius imperatoris laudem, alius patriarchæ vituperium, alius amici encomium, atque historiæ nomine suum singuli secuti scopum, a laudatorum virorum mente et instituto longe aberrarunt. Ea enim quæ suo tempore gesta sunt conscribentes, pauloque altius resumentes, alius affectu ductus, alius odio, alius ad gratiam, alius prout sibi statutum fuerat, historiam edentes, inter se in narratione dissenserunt, ac caligine perturbationeque auditores repleverunt. Nos autem memoratorum virorum lectis operibus, historiæ amatoribus eorum synopsim non parum utilem fore sperantes, maximeque iis qui facilitatem labori anteponunt; utpote quæ variis gesta temporibus brevissime repræsentet, et a commentariorum mole liberet : supra dictorum historias diligenter excutientes, ejectis iis quæ ex affectu et ad gratiam dicta sunt, missis iis quæ dissensionem et repugnantiam olebant, expunctis etiam iis quæ fabulam sapere visum est, narrationibus collectis quæ verisimilia et probabilia putabantur, additis etiam iis quæ nondum scripta ab antiquis viris edidicimus, iisque in unum corpus compendio redactis, tenerum cibum mola sermonis præparatum posteris reliquimus; ut qui memoratorum historicorum libros percurrerunt, commentaria habeant, secum vel in via ferentes hunc libellum. Solet quippe lectio recordationem inducere, recordatio vero memoriam alere et augere ; quemadmodum contra negligentia et incuria gestorum, reminiscentiam auferre, unde prorsus oblivio sequitur, quæ gestorum memoriam obscurat atque confundit. Qui vero nondum historias legerunt, hoc compendio ductoris loco utantur, et requisitis iis quæ

A οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. Ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος, ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου, ἐς τοὺς τυράννους κατέληξε, Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμῖνον (*l.* Μαξέντιον· ὁ δὲ Θεοφάνης, τὸ ἐκείνου τέλος οἰκείαν ἀρχὴν ποιησάμενος, καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντεμὼν χρονογραφίαν καὶ εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταντήσας, ἔστη τοῦ δρόμου. Μετὰ δὲ τοῦτον οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῷ τοιούτῳ σπουδάσματι. Ἐπεχείρησαν μὲν γάρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ Ψελλὸς, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον ἀψάμενοι τοῦ ἔργου, τῆς τε ἀκριβείας ἐπιπεπτώκασι τὰ πλεῖστα τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων, καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλεῖον οὐδέν. Ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγραψάμενοι, ἔβλαψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ὠφέλησαν. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγὼν, Ἰωσὴφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρὺξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμενος Ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδὸς οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενος· ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου· ἕτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποπληροῦντες σκοπὸν, πόρρω
C τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πεπτώκασι διανοίας. Ἀποτάδην (*sic*) γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους συνενεχθέντα καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγγραψάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς, ὁ δ' ἀντιπαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προσετέτακτο τὴν ἑαυτοῦ συνθεὶς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἰλίγγου καὶ ταραχῆς τοὺς ἀκροατὰς ἐμπεπλήκασιν. Ἡμεῖς δὲ τῷ πόνῳ τῶν εἰρημένως ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τὴν σύνοψιν τοῖς φιλοϊστοροῦσιν ἐλπίσαντες, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ βέλτιστον τοῦ ἐπιπονωτέρου προτιθεμένοις, συντομωτάτην ἐδοῦσαν κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων
D καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὁμομνημάτων ἐλευθεροῦσαν, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφεῖσας ἐπ' ἀκριβὲς ἱστορίας ἀναμαξάμενοι, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιαπομπήσαντες, καὶ τὰς διαφορὰς καὶ διαφωνίας παρέντες, ἀποξέσαντες δὲ καὶ ὅσα ἔγγυς ἐρχόμενα εὕρομεν τοῦ μυθώδους· τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὁπόσα τοῦ πιθανοῦ μὴ ἀπέκλινε συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὁπόσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν, καὶ τῷ' ἓν ἐπιδρομάδην συνθέμενοι τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφὴν ἀπαλὴν καὶ τούτῳ δὲ τῷ τοῦ λόγου ἀληλεσμένην, ἵν' οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ὑπομνήματα ἔχοιεν συνάδημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον· οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δὲ ἀνάμνη-

σις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ A fusius scripta sunt, faciliorem rerum notitiam τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥᾳστώνη ἐπιφέρειν ἁμνη- assequantur.
στίαν, ἥτινι πάντως ἕπεται λήθη ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων· οἱ δὲ μήπω ἐντυχόντες τὰς ἱστορίας ὁδηγὸν ἕχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομὴν, καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς (*sic*) γεγραμμένα, εὐτελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἴδησιν.

FABROTI GLOSSARIUM

SIVE

INTERPRETATIO OBSCURORUM VERBORUM CEDRENI.

—

Ἀββᾶς, ἀββάδιον abbas vel abba, pater. Novella 123. Hieremias patriarcha in 2 responso ad theologos Wirtemberg. c. De monastica vita: Οὓς ἀββάδας ἀρχιμανδρίτας ἡ τάξις ὠνόμασεν. Major. S. Benedictus in Concordia regularum c. 34: *Qui et major monasterii.* Hinc ἀβοατία paternitas. Concilium Meldense can. 10: *Tulit abbatia, quæ paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur.* Hinc per contemptum ἀββάδιον. Stylianus ad Stephanum PP (exstat in synodo 7 Cp.): Ἀββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ὠκειώσατο. Interpres: *Abbatulum quemdam obscurum et ignobilem, præstigiatorem insuper et magum sibi adjunxerat.*

Ἀβῆναι habenæ. Theophanes: Δι' ἀβηνῶν μαστιγῶσαι, habenis flagellare. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. nondum edita: *Habena vel ferula cædere* -n l. 1, § impuberi D. de Senat. Sil. Glossæ Cyrilli: Λῶρος *havena*, pro habena. Item: Ἱμὰς *habena*·

Ἀδνούμιον dilectus, census et descriptio militum. Constantinus in Tact.: Ἁρμόζει δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς ῥόγας καὶ τοῦ ἀδνουμίου ἀδνουμιάζεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι. Leo Tact. constit. 9, § 4: Εἰ δέ ποτε χρεία καλέσει τοῦτο γίνεσθαι χάριν ἀδνουμίου, V. Suidam, Phavorinum et Glossas Basilicon.

Ἀερικόν tributum pro spiritu aerio. Cujacius Leo Tactic. c. 20, § 71: Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικά, καὶ μηδὲν πλέον καταβαρεῖσθαι. Quem locum interpres non intellexit. Videtur autem convenire interpretationi Procopii in ἀνεκδ., ut sit tributi genus quod supra solitum canonem exigitur.

Ἀθάνατοι immortales, ut apud Persas. Procop. Περσ. p. 22: Μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγόμενον λόχον ἡσυχῇ μένειν ἕως αὐτὸς σημήνῃ ἐκέλευσεν. V. Socratem Hist. Eccl. 7, 20; Themist. orat. Athenæum.

Ἀκοίμητοι monachi insomnes. Series episcoporum Byzantii, Juris GR. p. 298: Καὶ μοναχὸν ἐκ τῶν ἀκοιμήτων. Concil. Florent. p. 723 ed. R: Ἐν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ. Theophanes: Μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων. Nicephorus Callistus, 15, 23: Μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκατάστησας. Epistola 141 Theodoreti inscribitur Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν ἀκοιμήτων, et monasterium eorum Acœmetense. Victor in Chronico: *Primasius quoque Acœmetensi monasterio relegatur.* Joannes PP in epist. ad Justinianum: *Qui de Cumitensi monasterio fuit.* Recte Cujacius emendavit *de Acumitensi* Idem Victor: *Per monachos monasteriorum Achimitensium* Lege *Acumitensium* aut *Acœmetensium.*

Ἀκόλουθος. V. βάραγγοι.

Ἀνταρσία. Theophanes in Phoca: Ἦκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν, *meditatam adversus Phocam rebellionem* Ἀντάρτης qui tyrannidem affectat. Idem Theophanes in Mauricio: Ὁ δὲ τύραννος Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψε. Συναντάρτης est conscius et particeps rebellionis, correbellis Anastasio Bibliothecario Theodorus Metochites: Ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτόν.

Ἀλλάγιον ἀλλαγή commutatio pecuniarum. Etiam hodie Græcis ἀλλάγω est permuto.

Ἀλληλέγγυον. V. Zonaram in Basilio, et Novellam Basilii Περὶ ἀλληλεγγύου ὁμοτελῶν, et Meursium.

Ἄλογον equus, jumentum. Leo Tact. c. 10 § 5: Διοικεῖσθαι τὰ ἄλογα αὐτῶν. Theophanes in Heraclio: Πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διεφθάρησαν. Nicetas Choniat. in Manuele Comm. 2: Τὰ κούρση ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες, et de rebus gestis post excidium urbis: Ἕτεροι δὲ τὰς ὑβρισθείσας ὑπ' αὐτῶν γυναῖκας εἰς τὰ ἄλογα ἀναβιβάζοντες. Basilica ad l. 17 D de petit. hæredit, hodie quoque Græcis ἄλογον est equus. Sic Latini animal pro equo dixerunt. Julius Firmicus Mathes. 3, c. 7: *Regiis animalibus præpositos.* Legis Salicæ tit. 19: *Scuriam cum animalibus vel fœnile incenderit,* Theodorus Studita epist. ad Platonem: *In animalibus sedentes in urbem ingressi sumus.* Ἀλόγοις.

Ἄμβων ambo, pulpitum, suggestus. Annales Fuldenses: *In Basilica S. Petri ambonem ascendit, posito super caput suum Evangelio.* Anastas. Bibliothecarius in Hist. eccles.: *Super ambonem Chalcedonense anathematizavere concilium.* Concil. Laodicen. can. 15: Εἰς τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων. Synodus Cp. 7, act. 1: Πρὸ τοῦ ἱερωτάτου ἄμβωνος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς ἐπωνύμου Σοφίας. Basilius de Vita S. Theclæ, Theophanes, in Justiniano. Nicephorus Callistus 14, 10: Κεῖσθαι ταύτην ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστιν.

Ἀμηράδης, ἀμηρᾶς, ἀμηρεύειν· Zonaras: Ταρσοῦ ἀμηρᾶς, Amiras, amiræus. Amiræum agere ἀμηρεύειν. Theophanes in Heraclio: Τὸν ἀμηρεύοντα αὐτῶν.

Ἀννώνα annona. Glossæ Nomicæ: Ἀννώνα σημαίνει παροχὴν, ἀγορὰν καὶ τὴν ἐτήσιον διανομήν. Meursius legendum putabat ῥόγαν pro ἀγοράν. Sed nihil mutandum: ἀγορά enim et species annonarias significat, ut observat Casaubonus ad Polibii l. 1. Significat ἀννώνα et salaria, consuetudines, stipendia, opsonia, rogas, quæ militibus aut magistratibus aut aliis erogantur. Novella 130, c. 1. Theophilus ad § ult. de milit. test. Macarius homilia 26. Vegetius 2, 7. B. Ambros. 5 epist. 27. Auctor incertus vel Joannes Cpolitanus in Matth. homil. 51 et 53. Gregorius l. 1 epist. Ind. 3, c. 20

Anastas. Biblioth. in Historia Eccles.: *Macedonius vero Acholium quemdam, qui exemerat adversus se machæram, ex submissione inimicorum suorum per singulos menses annonas præcepit accipere.* V. Basilica ad l. 2 C pro soc. et Gr. interp. ad l. 19 D de testib.

Ἀπληκεύειν castra locare, metari. Leo Tact. c. 5. § 37: Κἀκεῖσε ἀσφαλῶς ἀπλικεύειν. Theophanes in Justiniano: Ἀπλικευόντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως. Hinc ἄπληκτα pro castris. Leo d. c. q, § 34. Onosander Strategici c. 9: Περὶ τοῦ συνεχῶς ὑπαλλάσσειν τὰ ἄπληκτα.

Ἀπόκρεως quadragesima carnisprivium. V. Filesacum de Quadragesima p, 447 et Scorsum ad Hom. 15, Theoph. Ceramei. Nicephorus Gregoras l. 8: Ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρός.

Ἀποκρισιάριος. Isidorus Pelusiotes epist. 144, l. 4: Διὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου μαθόντες. Sexta synod. Cp. act. 1: Ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου. Menologium Julii; Ἀποκρισιάριος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησιας. Apocrisiarius vel apocrisarius. Facundus Hermianensis l. 4: *A Stephano ecclesiæ Romanæ diacono et apocrisario.* Ferrandus diaconus ad Anatolium: *Eutychetis apoerisiarius* ἀποκρισάριος τοῦ Εὐτυχοῦς· Concilii Chalced. act. 1. Hinc apocrisariatus. Humbertus contra Græcorum calumnias: *Apscrisariatus sui tempore* Ἀποκρισιάριον vetus interpres synodi 6 Cp interpretatur responsalem. Facundus d. l. 4 i *Romanæ ecclesiæ responsalem* Aimoinus 3, c. 66: *Per responsales Fredegundis.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccles.: *Responsales vero Felicis Romani conveniens.* Et mox: *Felix autem compertis quæ ab apocrisiariis suis gesta sunt.* Alii responsa facientem. Gregorius l. 7, epist. 5: *Diaconus noster qui apud eum responsa faciebat.* Theophanes: Ὁ τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ποιῶν. Responsum est ἀπόκρισις in Novell. Justiniani. Chronicum Alex.: Καὶ εἶπεῖν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπόκρισιν. S. Benedictus abbas Anianæ in Concordia regularam c. 58: *Fratres qui pro quovis responso diriguntur.* Apocrisiarius igitur est legatus ecclesiæ vel principum vel etiam privati.

Ἀρμάμεντον armamentum. Theophanes: Καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἀρμάμεντον. Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. sic vertit: *Et illic posuit armamentum,* Armamentarium ὁπλοθήκη. Gloss. Cyr.: ὁπλοθήκη armamentarium. Josephus Ἀρχ. 9, 7: Ἀνοίξας δὲ Ἰώαδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην. Ruffinus Aquil. ita vertit: *Interea Jaiudas aperiens armamentarium·* Adde Novell. 81, c. 1, Theophanes in Mauricio. *Interdum* ἀρμαμεντον accipitur pro ipsis armis. Leo Tact, c. 6, § 28: Ἑτέρας ἀμάξας φερούσας τὸ ἀρμάμεντον ἑκάστου ἀριθμοῦ τῶν στρατιωτῶν. Constant. Tact.: Ἔχε δὲ καὶ ἑτέρας ἁμάξας βασταζούσας τὸ ἀρμάμεντον.

Ἄρματα arma. Leo Tact. c. 19, § 13: Ἄρματα ἐχέτωσαν. Constant. in Tact.: Φοροῦντα τὰ ἄρματα, Codin. de Offic.: Εἴτε περὶ ἀλόγων εἴτε ἁρμάτων, *Sive de equis sive de armis.* Item: Στερούμενοι ἀλόγων ἢ ἁρμάτων, *Qui equis aut armis nonnullis earent.* Utitur Achmes Ὀνειρ. c. 24, 54, 69 et 156. Thomas Magister: Ὅπλα οὐ μόνον τὰ κοινῶς ἅρματα. Glossæ Nomicæ: Ἄρμα σημαίνει καὶ ὅπλον. Græci igitur recentiores τὸ ἅρμα καὶ τὰ ἅρματα dixerunt. Harmenop. 1, 26. § 12: Ὁ κλέψας ἀλλότριον ἅρμα. *Qui aliena arma subripuit.* Alexius Rhartnrus: Τὸ ἅρμα τὸ ἰσχυρόν. Item: Ἕναι μέγιστον ἅρμα κατὰ τῶν ἐναντίων. Manuel Moschop.: Ἅρμα ἐνικῶς τὸ τέθριππον, ἅρματα δὲ πληθυντικῶς τὰ ὅπλα. Errat grammaticus qui negat τὸ ἅρμα ἐνικῶς arma significare. Eustath. ad Il. 2: Ἡ τοῦ ἅρματος λέξις καὶ ἐπὶ ὅπλου λέγεται, καὶ Ῥωμαϊκὸν τοῦτο. Nicephorus Blemmidas Epitom. leg. c. 8: Τὸ ἅρμα ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. Quemadmodum autem citerioris ævi scriptores τὸ ἅρμα et τὰ ἅρματα dixerunt, ita etiam postrema Latinitas arma usurpavit. Dositheus Magister in Glossis: *Inermis sine arma.* Leges Longobardor. tit.42: *Cum sagitta vel qualibet arma plagam fecerit.* Hinc ἁρμάτοι in libris Basilic. et Cedrenum *armati.* Georgius Alexandrinus in Chrysostomi Vita; Οὔτε γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει τοῦτο πράττομεν, οὔτε ἐν δυναστείᾳ ἱππέων καὶ ἁρμάτων βασιλικῶν καὶ πλήθει στρατοῦ Et ἁρματοῦν *armare.* Concilium Florentinum p. 567 ed. R: Ἵνα δώσῃ κάτεργα εἴκοσι πάσης ἐξόδου ἁρματωμένα. Alexius Rhart. doctr. in S. et magn· Parasc. et ἐξαρμάτος. Corona pretiosa: Ἐξαρμάτος, ἀθωράκιστος, *exarmatus inermis.*

Ἀσηκρητεῖον secretarium. Synodus 8 œcumen. act. 4: Οὕτως ὡμολόγησαν καὶ χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρήτης. Videtur legendum ἀσηκρητεία: interpres enim vertit *in secretariis.* Varia autem erant secretaria, de quibus in σέκρετον.

Ἀσηκρήτης. Glossæ Nomicæ: Ἀσηκρήτης ὁ τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς, *a secretis, a secreta, secretorum notarius.* Procopius Περσ. β': Ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ῥουφίνου καὶ Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματεῖα πρέσβεις παρὰ Χοσρόην στείλας· ἀσηκρήτης καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι· σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασιν. Idem Ἀνεκδ. p. 63, in fine: Τοῖς δὲ ἀσηκρήτης καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα εἰς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόρρητα γράφειν, ἐφ' ὧνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἑτέτακτο. Nicephorus patr. in Breviario Historico: Ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρήτης. Sexta synod.CP. act. 2: Παῦλος μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρήτης σεκρετάριος βασιλικὸς εἶπε. Et act. 4: Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσηκρήτις σεκρεταρίου βασιλικοῦ. Synod. Nic. 2, act. 2: Βασιλικὸς ἀσηκρήτης. Nicephorus Cpolitanus archiep. epist. ad Lecnem PP: *Cum igitur ætatem virilem attigissem et juvenilem præteriissem in regalibus versatus atriis, militiam quamdam exercebam, et ipsam non absque opera ac remissa, sed quæ per manus et calamos exhibetur. Etenim imperialibus intereram scriptoribus. Asecretis eos vocare soliti, Latinæ linguæ scimus esse dictionem.* Landulphus Sagax 1. 17: *Dirigit igitur Phocas Theodorum a secretis.* Primus ordinis πρωτοασηκρήτης, *primus a secretis* Anastasio Biblioth. v. in πρωτοασηκρήτης.

Ἄσημον argentum etiam signatum. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi: Τὸ μὲν χρυσίον δέδωκε πτωχοῖς καὶ τοῖς δεομένοις, τὸ δὲ ἄσημον διένειμεν εἰς τὰς ἐκκλησίας. Hodie ἀσήμι Græci dicunt pro argento et ἀσημένιον pro argenteo.Cyrillus patriarcha CP.adversus Judæos: Ὅτε εἶχε τὴν κεφαλὴν χρυσῆν, τὰ χέρια καὶ τὸ στῆθος ἀσημένιον.

Ἀσκητήριον asceterium. Julianus Antecessor Novel. 6, 6. Papias: *Assisterium, monasterium Græce,* pro asceterium vel asciterium, ut habent Juliani codices mss. Menolog. Gr. in Marfio: Μετὰ τὴν ἐμὴν ἀποβίωσιν σεμνῶν γυναικῶν οὗτος ὁ οἶκος γενήσεται ἀσκητήριον. Nicephorus Callist. 9, 14: Ὃς ἀλλαχοῦ, παρ' Ἀθηναίοις δηλαδή, τὸ ἀσκητήριον εἶχε. Hinc ἀσκητής apud S. Basil. Theophylactus ad c. 11 Lucæ: Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν καὶ ἀποχεκομμένοι τῶν ἄλλων. Hinc συνασκητής. Curopalates p. 817 et ἀσκήτρια ascetria, Julianus Novella 53, Ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως sive exercitatione: asceteæ enim seu monachi et ascetriæ seu monastriæ in omni pietatis genere se exercent.

Ἀσσάριον assarium, as. v. Gloss. *assem* ἀσσάριον, ὀβολόν, et *assarium* ἀσσάριον, νουμμίον. Cleopatra Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων: Καλεῖται δὲ ἡ οὐγκία τετρασσάριον Ἰταλικόν. Papias: *Assarium nummus, assis, vel figura denarii.*

Αὐγοῦστα Augusta, Augusti conjux. Achmes Ὀνειροκριτ. c. 125. Simoc. 8, 13. Basilica l. 1,

tit. 6, c. 1 : Ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἡ δὲ Αὐγοῦστα ὑπόκειται. Theodor. epist. 138 : Τῇ εὐσεοεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ.

Αὐγουσταιῶν Augustæum. Descriptio urbis Cpolit. : *Augustæum, Capitolium, Monetam.* Pachimerius l. 9 : Αὐγουσταιῶνος αὐλαίαν πληροῦντες. Palatium Cpolitanum.

Αὐγουστάλιος Augustalis. Paulus l. 35, § 3. Ex quib. caus. maj. præfectus quoque Ægypti. Basilica : Ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας. Justinianus Novell. 23 : Ἀκροατὴν ἕξει Αὐγουστάλιον. Julianus *præfectum Augustalem.* Synesius epist. 29, 105 fin. Isidor. Pelus. 3, 50. Nicephor. Callist. 10, 11. Phot. Biblioth. p. 259 ed. Græcolat. Theophylact. Simoc. histor. Mauric. 8, 13. Joann. Mosch. Lim. c. 207 : Ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ Αὐγουσταλίου. Theophanes homil. 46 : Δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται καὶ Αὐγουστάλιος.

Αὐθέντης dominus. Utitur Joannes Cantacuzenus p. 756. Panias : *Authentes dominus, auctor.* Hinc αὐθεντία. Thomas M. : Αὐθεντία δὲ παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος. Joannes Moschus Limon. c. 79 : Δέδωκε δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἁρμαρίου τῷ αὐθέντῃ. Alexius Rhartur : Καὶ ἡ αὐθεντία σας. Et αὐθεντεῖν *et* αὐθεντικῶς. Hesychius : Αὐθεντεῖν ἐξουσιάζειν. Codinus in Παρεκβ. : Αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τοὺς Λατίνους. Cyrill. patriarcha CP : Κύριε, ἤγουν αὐθέντη. Et apud Laonic. Chalcond. μέγας αὐθέντης, *le grand seigneur.* De Sophia Augusta Anastasius in Histor. Eccles. : *Accersitis Sophia Augusta pecuniarum venditoribus et notariis jussit deferri cautiones debitorum et breves. Quibus lectis accepit breves, et præbuit eos debitoribus, et reddidit dominis suis.* Cedrenus αὐθέντας.

Βάϊα dona ab imperatore aut patriarcha quotannis dari solita ante diem Palmarum, unde eis nomen : est enim βαΐς seu βάϊον ramus Palmarum. Joannis c. 12. Porphyrius de abstin. ab anim. v. Epiphanii homiliam εἰς τὰ βάϊα. Doroth. doct. 15 : Μετὰ βαΐων, *cum palmis.* Hinc hebdomas βαϊοφόρος. Georgius Logotheta in Chronico : Ἔσπευσε καταλαβεῖν τὸ νυμφαῖον πρὸ τῆς βαϊοφόρου. Quæ et ἡ τῶν βαΐων. Metaphrastes Sept. in Cyriaco : Ἕως ἡ τῶν βαΐων ἀφίκοιτο. Hæc autem erogatio non semel fiebat. Theophanes in Apsimaro : Καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου. Quæ totidem fere verbis Cedrenus. Vide tamen notas posteriores ad p. 446 b.

Βαΐουλος bajulus. Sophoclis scholiastes in Ajace lorario : Παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος. Balsamo juris GR. p. 472 : Τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν. Theophanes : Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον καὶ βάγιλον αὐτοῦ ἐποίησε παπᾶν. Sic ms. R : lege βαΐουλον. Auctor anonymus in Annal. Franc. : *Rex Carolus cum filiis et exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque suum Ludovicum regem regnaturum in Aquitaniam misit, præponens illi bajulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter decenterque constitueus tutelæ puerili congruos.* Historia Miscella l. 23 : *Quæ comprehensos omnes imperatoris homines cecidit atque totondit una cum Joanne protospathario et bajulo ipsius.* Fredegarius scholasticus in Chronico : *Otto quidam filius Beronis domestici, qui bajulus Sigiberti ab adolescentia fuerat.* Aimoinus de Gest. Fr. 4, 38 : *Bajulus r. Sigeberti.* Bajulus est pædagogus, præceptor, monitor, rector, *gouverneur.* Hinc bajulatio. Aimoinus Hist. 5, 39 : *Bajulationi committens.*

Βάνδον bandum, vexillum, signum militare. Hadrianus PP Epist. ad Carolum M. R. : *Qui Neapolitani ipsos Græcos eum bandis et signis suscipientes.* Anastas. Bibl. in Ecclesiastica Historia : *Hunc Hisam in honorem filii sui atque imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militiisque ac blandis* (l. bandis) *ac sceptris in Hierusalem mittit.* Procopius de bello Vandal. 2. p. 123 : Τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας Ἀρμενίῳ. Leo Tact. c. 12, § 62 ; Τὰ δὲ βάνδα, ἤγουν τὰ σημεῖα. Constant. in Tact. : Ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν. Scholiastes in στηλ. τ. α' S. Greg. Naz. : Σύνθημά ἐστι τὸ σημεῖον καὶ σύμβολον τοῦ στρατοῦ ὃ καλοῦσι βάνδον. *Bandora,* cohors militum, scara. Acta vitæ Alexandri PP 3 : *Concurrerunt signiferi cum bandis.* Radevicus 2, 66 : *Signis et bandis præcedentibus ad palatium perduxerunt.* Historia Wambæ regis Toletani : *Illum cum bandorum signis accessisse.* Benno Cardinalis de Vita Hiltebrandi l. 1 : *Et cuncti milites banda gestantes.* Anastasius in Adriano : *Eum cum bandora susceperunt.* Hinc βανδοφόροι. Procop. d. l. 2, p. 134 : Ὁ δὲ ἕτερος τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Leo Tact. c. 4, § 14 : Καὶ βανδοφόρος μέν ἐστιν ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων. Signiferi, vexillarii, iidem draconarii dicti. Ordo Romanus : *Deinde milites draconarii, id est qui signa portant.* Theodoret. epist. 59 : Κομίζει δὲ ταύτην Πατρωῖνος δρακονάριος. Adde epist. 133. Significat βάνδον et turmam, scaram vel cuneum militum. Glossæ Nomicæ : Κουστοδία στρατιωτικὸν στῖφος, ὃ βάνδον Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Auctor vitæ Caroli M. in Annalibus Francicis : *Dominus vero Carolus una cum Francis castra metatus est ad easdem, misitque scaram suam.* Et p. 19 : *Perveniensque in locum Ingilherim misit quatuor scaras.* Denique βάνδον victoriam significat, si Stephanum de Urbibus sequamur in Ἀλαβάνδα. Παρὰ Ῥωμαίοις, inquit, βάνδον τὴν νίκην φασίν.

Βάραγγοι protectores Cujacio, securigeri. De his Codinus de offic. vet. inscr. χιλιάρχῳ κοορ, θ' βαράγγων. Joannes Cantacuzenus 1, 41 : Οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι. Græci ad l. 3, § 5 D. ad leg. Cornel de sicar. : Βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον βάραγγον συγκλητικὸν φωνεύσαντος. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, δηλοῖς εἰς βαράγγους καὶ μεγιστᾶνας καὶ ἀξιωματικούς. Hi Celtæ erant, ut scribit Scylitzes apud Cedren. p. 792 d. in ora, vel Angli, ut Codinus. Præfectus eorum ἀκόλουθος, ut jam observatum.

Βαρδούκιον hastile, jaculum, pilum, telum, quod jaci potest. Constantinus in Tacticis : Τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια.

Βασιλεύς rex, imperator, de præsentis temporis rege. Zosimus 5 : Ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ. Et βασιλίς pro Augusta. Idem lib. eodem : Σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος. Sic Byzantini imperatorem vocare soliti. Annales Francorum : *More suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes.* Et iisdem pene verbis auctor Vitæ Caroli M. et Eginardus de gestis Caroli M. et Annales Fuldenses. Cæteros ῥῆγας per contemptum appellabant, ut ῥῆγα Φραγγίας. V. Luitprandum in Legatione.

Βεργίον virga. Anastasius Biblioth. in Historia Eccles. : *Contra Vulgares fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit.* Leo Tact. c. 7, § 3 : Μετὰ σκουταρίων καὶ βεργίων. Et § 18 : Ἀντὶ σπαθίων βεργία ἢ νάρθηκας ἢ καλάμους ἀντὶ κονταρίων ἀναδιδούς. Constant. in Tact. : Βασταζέτωσαν δὲ καὶ σκουτάρια καὶ βεργία. Menolog. in Martio : Ἔπλεξεν οὖν ὁ γέρων μέχρις ἐννάτης ὥρας οὐεργίας (sic) ms.) δεκαπέντε μόχθῳ πολλῷ.

Βεστιαρίτης. V. Πρωτοβεστιάριος.

Βίγλα vigilia. Eustath. Il. 2 : Σκοπὴν δὲ λέγει τὴν κοινῶς λεγομένην βίγλαν. Theophanes : Κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος. Leo Tact. 11, § 9 : Ἔχειν δὲ καὶ βίγλας ἔξωθεν.

Et c. 17, § 54 : Ἵνα βίγλα ἀκριβὴς καὶ ἀσφάλεια τοῖς λοιποῖς γένηται. Hinc βιγλάτωρ excubitor. Idem Leo c. 14, § 16 : Μετ' ὀλίγων βιγλατόρων. Et βιγλεύειν excubias agere. Leo c. eodem, § 13 : Ὀφείλων βιγλεύειν. Et d. c. 17, § 102 : Διὰ τοὺς βιγλεύοντας πάντως. Vel βιγλίζειν vigilare. Constant. in Tact. p. 38 : Πρὸς τὸ βιγλίζειν αὐτούς, et p. seq. Ἵνα προλαμβάνωσιν οἱ καβαλλάριοι, καὶ βιγλίζωσιν.

Βιξιλλατίωνες vexillationes, alæ equitum. Glossæ. Cyrilli : Βεξιλλατίων *vexillatio*. De vexillationibus Veget. et Cuj. ad l. ult. C. de his qui non impletis stipend. sac. sol. eunt.

Βίσεξτος bisextus. Anastasius Antiochenus : Ὅτε ἡ τετραετία τοῦ λεγομένου βισέξτου εἰς τελείαν ἡμέραν ἀπαρτίζει τὴν κίνησιν. Glossarium ms. illustriss. F. cancellarii Petri Seguierii : Βίσεξτον ἐπινέμησις τετραετίας.

Βλαττίον blatta. Salomon episcopus :

Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombyce aut gemma, blattis eborique fuisset.

Constantinus de administr. imper. : Οἷον βλαττία. Pannus sericus. Fortunatus 2, 3 :

Serica cui niveis agnata est blattea telis.

Βουκελλάριος bucellarius. Glossæ Nomicæ : Βουκελλάριος ὁ ἀποστελλόμενος καὶ φέρων τινά. Item : Βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. Græci lib. 60 Basilic. : Βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. Ἐκ δὲ τοῦ βούκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. *Bucellarii dicuntur stationarii milites. Ex nomine autem bucca, quod est panis, vocantur bucellarii, panem alicujus edentes in hoc ut morentur apud eum.* Buceliarii igitur sunt custodes corporis, protectores, stipatores, satellites, armigeri, asseclæ, domestici procerum vel principis. Sic etiam dicti clientes. Papias : *Cliens bucellarius.* Iidemque parasiti dicti. Aldhelmus de laudib. virginit. : *Hæc tanta prodigia cernens Claudius tribunus obstupuit, et corde compunctus cum septuaginta militibus et omni familia et vernacula clientela una cum parasitis et sodalibus credidit in Dei Filium.* Et ibidem : *A propriis parasitis et domesticis clientibus.* De them. Bucell. vide Const. de th. orient. th. 6, et eumdem de Admin. imp. c. 51, et Curop. p. 839.

Βουκινάτωρ buccinator. Theophanes : Δύο ἀδελφοί τινες φιλόχριστοι ἐν Τριπόλει καταμένοντες, υἱοὶ βουκινάτορος. Scholia in Epitom. SS. Cann. tit. 2, sect. 2 : Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βουκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθείς, id est, *Sub patriarcha Theodosio buccinator quidam imperatorius baptizatus.* A buccina seu tuba, quæ βούκινον Græcis posterioribus. Suidas : Φωνασκεῖν εὐφωνίαν ἀσκεῖν, καὶ φωνασκικὸν βούκινον. Glossæ Cyrilli : Σάλπιγξ tuba, litua, buccinum ; quanquam inter buccinam et tubam nonnihil interest.

Βούνευρον. Theophanes in Phoca : Ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν. Et alibi : Ἀνὰ β' βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι. Menologium in Martio : Τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας τοῖς βουνεύροις ἀνηλεῶς συγκοπτομένου. Simeo Metaphr. in Sergio et Baccho : Καὶ τὸν μὲν Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παρεδίδου, τούτῳ δῆθεν ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας· τὸν Βάκχον δὲ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα βουνεύροις ὠμοῖς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι. Constant Manasses : Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας· Item : Ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν κατακίζει τὴν σάρκα. Martyrologium Usuardi mense Oct. d. 7 : *Quorum Bacchus tam diu est nervis crudis* (βουνεύροις) *cæsus quousque totus corpore discissus in confessione emitteret spiritum.*

Βραχιόνιον armiliæ. Achmes c. 127 Ὀνειρ. : Ἐὰν ἴδῃ ὅτι βραχιώνια ἔλαος χρυσᾶ.

Γαλέα vel γαλαία triremis, *galère*. Leo Tact. c. 19, § 10. Γαλιάτζα Conc. Flor. p. 567 ed. R. *Galéasse.*

Γενικόν ærarium publicum. Huic præfectus τοῦ γενικοῦ λογοθέτης dicebatur. Nicephor. Gregoras l. 7. Codin. de offic. eumdem γενικόν appellatum tradunt viri eruditissimi ex hoc loco Suidæ : Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσι. De quo dubito ; nam de eodem Joanne sic scribit Nicephorus in Breviario historico : Τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Atque ita forte legendum apud eumdem p. 115 : Τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην καλοῦσι, nisi δημόσια pro tributis accipias. Theop. in Constantino : Τόν τε Θεόδοτον τὸν μοναχὸν καὶ γενικὸν λογοθέτην. Hinc ἀπὸ γενικῶν, qui eo munere functus. Joannes Scylitzes in principio historiæ : Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν. Chronologia vetus : Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν. Eadem verba in 8 synodo p. 448 ed. Rom.

Δεήσεις, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Libelli, libellorum magister. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Δοὺς τὰς δεήσεις τῷ βασιλεῖ. Græcus auctor ms., quem citat eruditissimus Allatius dissert. 2 de lib. Eccl. : Ἰωάννου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων. De referendario et regendario dicam in Gloss. Nomic.

Δεκανοί decani. V. tit. C de decanis B. Chrysost. in Epist. Pauli ad Hebr. c. 7, hom. 13, p. 505 ed. Anglic. : Καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσί. Flotilda in visionibus : *Audiebatque vocem dicentem, quod hi essent archidiaconi et præpositi judicesque et majores atque decani.* B. Ambrosius l. 5, epist. 35 : *Quod ad Portianam basilicam de palatio decanos mittebant.*

Δηλάτωρ, δηλατορεύειν, delator. Ulpianus in Timocrateam τὸν προσαγωγέα interpretatur δηλάτωρα. Theodoretus epist. 43 : Καὶ δηλάτορος ἔργον δεξάμενος. Utitur etiam epist. 45. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Ἔτυχε δὲ κατά τινα φθόνον διαβολικὸν δηλατορευθῆναι ταύτην τὴν ἄωρον χήραν εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.

Διαιτάριος atriensis. Glossarium Philoxeni : atriensis διαιτάριος, διαιτάρχης. Theophanes : Εὐτυχιανὸς δέ τις πρῶτος τῶν δαιταρίων. Vet. Inscript. p. 576, 7 : *Diætarchus domus Augustæ.* Et in Heraclio : Ἐκρατήθησαν δὲ καὶ ἐν τῶν διαιταρίων τοῦ παλατίου πολλοί. Menologium d. 30 Julii : Ὑπὸ τῶν διαιταρίων τοῦ μεγάλου παλατίου ἀποκομίζεται. Martyrolog. Notkeri : *Qui cum esset zætarius palatii,* pro diætarius, ut zabolus pro diabolus apud Phœbadium contra Arianos et Gild. Sap.

Δικέρατον tributum veterum murorum reficiendorum causa a Leone iconomacho institutum. Vide tamen Constant. Manass. p. 93 in Nicephoro. Theophanes infra in διοικητής. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. : *Ast imperator allocutus est populum dicens : « Vos non valetis ædificare muros, sed nos præcipimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos annos nummum argenteum unum, quo imperium accepto ædificavit muros ; et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus.*

Δικτάτωρ dictator. Polyb. p. 237 d. 238 c. Diodor. Sicul. p. 127, in fin. t. 2 et p. 919. Et 2. Pæan. Eutrop. met. p. 67.

Διοικητής publicanus, tributorum exactor. Theophanes : Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια διδεῖν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Administratorem vertit Anastasius loco supra citato. Hadrianus PP Epistola ad Carolum M. : *Missi,* inquit, *Græcorum duo spatharii imperatoris cum diœcete, qui Latine dispositor dicitur.*

Δίπτυχα. In his erant inscripta nomina episcoporum. Constantinus Pogonatus epist. ad Domnum PP (habetur tom. III concil. Gr. p. 7 e ed. R.) : Ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων. Synodus Mopsuestena, cujus acta habentur In 5 synodi act. 5 : *Theodori antiqui nomen ejectum est diptychis.* Facundus Hermianensis l. 4 : *Cognovi nomen Joannis in sacris diptychis scriptum.* Idem catalcgum episcoporum vocat l. 8 : *Ut ex catalogo episcoporum nomen ejus Atticus episcopus juberet auferri.* Ἱερατικὸν κατάλογον 8. Cyrillus ad Atticum apud Nicephor. Call. 14. 26. Βίβλον ἐπισκόπων B. Chrysost. epist. 125, et diptycha dicta, quia tabulæ duplices erant, in quarum altera vivorum nomina prescripta. in altera vero eorum qui obierant. Γραμματεῖον autem δίθυρον intelligit Georgius Alexandrinus in Vita Chrysostomi : Καὶ λαοὺν ὁ Ἰωάννης δίπτυχον ἔγραψεν Ἐπιφανίῳ, sive duplices tabellas, in quibus epistolam scripsit Chrysostomus.

Δομέστικος τφῆς ἐκκλησίας domesticus ecclesiæ. V. Liturgiam ordinum parte 7, in consecratione episcopi et Meursium in hac dictione. Δομέστικος σχολῶν, στρατάρχης, præfectus, domesticus scholarum. Constantinus Manasses :

Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθ-
ἱστάνει,
Ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἶποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.

Historia Miscella 22 : *Antionium patricium et scholarum domesticum.* De domesticis agemus in Glossario Nomico.

Δούξ dux, ἡγεμών, στρατιωτῶν ἄρχων, στρατιωτικῶν καταλόγων ἄρχων, στρατοπεδάρχης. Glossæ juris : Δοὺς ἡγεμών. Constantinus de themat. 1 : Ὑπὸ δοῦκά καὶ ἡγεμόνα. Procopius Περσ. α' : Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, ὃν δοῦκα καλουσι. Et de ædific. Justin. : Στρατιωτικῶν δὲ καταλόγων ἄρχοντα τῇδε καταστησάμενος, ὃν δοῦκα καλοῦσι. Eusebius Historia Eccles. 9, 5 : Στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι. Joannes Cantacuz. l. 4 : Ἐχομένης δὲ τῆς Χίου, ὥσπερ ἱστόρηται ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἐκ Γενούας ἀδίκως ἐν σπονδαῖς, πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῆς. δοῦκα ἐγχωρίως προσαγορευόμενον, ὁ βασιλεὺς ἔπεμψε. Niceph. Call. 7, 26. Harmenop. 1, 16, § ult. : Πᾶσα προπέτεια κατὰ δουκὸς ἢ ἄρχοντος τοῦ στρατιώτου κεφαλικὴν ἐπάγει τιμωρίαν. Arrius Menander in l. 6 de re milit. dixerat *Adversus ducem vel præsidem.* V. ad Gloss. Basil.

Δρουγγάριος præfectus drungi, tribunus, turmæ unius præfectus. Glossæ juris : Δρουγγάριος ὁ χιλίαρχος. Item : Δρουγγάριον οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸν μιᾶς μοίρας ἤτοι τούρμας ἄρχοντα. Vetus inscriptio : Γρηγορᾶ βασιλικοῦ στράτορος καὶ δρουγγαρίου γεγονότος. P. 1161. 2. Erant autem plures, inter quos quidam μεγάλοι, ut præfectus rei navalis, δρουγγάριος τῶν πλωΐμων, Cedreno ὁ τοῦ στόλου δρουγάριος, præfectus classis. Anna Comn. Alexiad. 3. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patr. CP : Ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος. Τοῦ. ναυτικοῦ δρουγγάριος Constantin. Manass. et δρουγγάριος τῆς βίγλης drungarius vigiliæ. Constantinus Manass. ; Βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος, εἶποιεν ἂν Ῥωμαῖοι. Historia Miscella l. 24 : *Multi protospatharii et spatharii et excubitus domesticus et ordinum princeps, seu drungarius imperialis vigiliæ.* Rectius legitur apud Anastast. Biblioth. in Hist. Eccl. : *Quin et ordinum princeps et exc. domest. seu drungarius vigiliæ.* De drungario Cibyrrhæotarum Cedrenus in Leontio, Nicephorus in Breviario historico, Theophanes. Vide ad Gloss. Basilicorum.

Δροῦγγος, δρουγγιστί. Drungus globus militum. Leo Tact. c. 13, § 3 ; Κατὰ δρούγγους καὶ κατὰ τούρμας. Veget. 3, 16 : *Scire dux debet contra quos drungos, hoc est globos hostium.* Sic legitur in veteri codice Nicolai Fabricii viri perillustris. Hinc monachorum globus apud B. Chrysostom. epist. 14 : Δροῦγγος μοναζόντων. Οὕνω γὰρ δεῖ εἰπεῖν καὶ τῇ λέξει τὴν μανίαν αὐτῶν ἐνδείξασθαι. Hinc δρουγγιστί. Leo Tact. c. 18. § 144 : Ἀθρόως δὲ καὶ τὸ λεγόμενον δρουγγιστὶ ἐκπηδῶντας. *Confestim, glomeratim.*

Ἕβδομον. Nicephorus in Breviario historico · Καὶ μόλις πρὸς τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως ὂν ἕβδομον καλοῦσι. Item : Κατὰ τὸν παραθαλάσσιον τόπον τὸν καλούμενον ἕβδομον. Septimum miliarium.

Ἐγκαίνια encænia. Isidorus de ecclesiasticis Officiis 1, 35 : *Quandocunque novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur.* Niceph. Callist. 8, 3 et 18. Eurip. Schol. ad Orest. : Ἐγκαίνια ἡ ἐν ἐγκαινισμῷ. Theophanes : Γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Marcellinus Com. in Chron. : *Thermarum quæ dicuntur encæniæ factæ sunt.* Anastasius Biblioth. in Histor. Eccles. : *Junio mense facta suni encænia SS. apostolorum apud Cpolim, et recondita sunt lipsana Andreæ Lucæ ac Timothei apostolorum, et transiit Mennas episcopus cum sanctis lipsanis, sedens in carruca aurea imperatoria lapidibus insignita, tenens tres thecas SS. apostolorum in genibas suis, et ita encænia celebravit.* Hinc *encæniare.* B. Augustinus tract. 48 in Joannem.

Ἔγκλειστος monachus, inclusus, reclusus. Theophanes in Justiniano : Ἔγκλειστος τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου. Et in Constantino Copronymo : Ὥστε ἅπαντας μοναχούς τε καὶ ἐγκλείστους καὶ κιονίτας. Anastasius Biblioth. vertit *inclausos et cionitas ;* semper enim inclausum pro incluso apud eum legas. Theodorus Hermopolites l. 7, tit. 8, exponens hæc verba legis 2 D. de in jus voc. *Nec eos qui propter loci religionem inde se movere non possunt,* οὔτε, inquit, τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι, ἤγουν τοὺς ἐγκλείστους μοναχοὺς ἢ τοὺς προσμοναρίους. Mosch. Limon. c. 50 : Διηγήσατο ἡμῖν περὶ τοῦ ἁββᾶ Γεωργίου τοῦ ἐγκλείστου. Theodorus Studita catech. 38 : *Stylita in primis, ac deinde factus clusius.* Et in testamento ejusdem Livineius vertit clusium. Græce ἔγκλειστον, pro incluso. Petrus Damiani epist. 19 l. 1 : *In epistola ad dominum Thersonem inclusum missa.* Fredegar. Scholast. in Chronico : *Sigebertum reclusum basilicæ S. Dionysii martyris.* Hinc ἐγκλειστήριον pro monasterio. Joan. Mosch. Limonar. c. 69 : Καθ' οὗ μέρους καὶ τὸ ἐγκλεισθήριον ὑπῆρχε τοῦ γέροντος. *Clusa* pro eodem apud Marianum Scotum l. 3.

Ἔκδικος defensor Ecclesiæ seu causarum Ecclesiæ. Synodus Nic. 2, act. 4 : Ἔκδικος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Concil. Cp. sub Menna act. 1 : Τοὺς εὐλαβεστάτους νοταρίους καὶ ἐκδίκους τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐνταῦθα παραγεγονότας. Hormisda epist. 36 : *Paulinum Ecclesiæ Romanæ defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus.* Anastasius Biblioth. in Historia Eccles. : *Paulus quidam defensorum Ecclesiæ.* Horum mentio in codice canonum Ecclesiæ Africanæ. Et erant quatuor, qui et ἐκκλησιέκδικοι dicti, Justinian. Novell. 56 c. 1. Et ed. 13, c. 10. Conc. Cp. sub Menna act. 2 : Ἰωάννης ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιέκδικος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας εἶπε. Primus πρωτέκδικος dictus. Conc. Florent. sess. 25 : Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κληρικῶν ὁ μέγας χαρτοφύλαξ καὶ ὁ πρωτέκδικος. Balsamon ad can. 85 syn. Carthag. et πρωτεκδικικὸν βιβλίον idem ad can. 78 d. synodi.

Ἑνωτικόν edictum de unione Ecclesiarum, cujus auctor Zeno. Sexta synodus CP. act. 10 : Ἀποδεχόμεθα δὲ καὶ ἐν ἐπαίνῳ ποιούμεθα καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν τοῦ ἑνωτικοῦ γράμματος, ὅπερ ὁ τῆς γαληνοτάτης λήξεως βασιλεὺς ἐξεφώνησε Ζήνων Theophanes : Μακεδόνιος δὲ κακῶς πεισθεὶς ὑπέγραψε τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος. Anastas. Biblioth. in Hist. Eccles. : *tunc et enotesium* (sic ms.) *fecit*

Zeno, ut quidam aiunt, ab Acacio Cpolitano dictatum. Postea tamen scribitur *enotico*. Imo et *enotitium* in sequentibus. Exstat Evagrii 3, 14.

Ἔξαρχος dux Constantinus 1 de them. c. 12 : Ἦν γὰρ ἐξάρχων τοῦ βασιλικοῦ τάγματος τῶν καλουμένων ἐξκουβίτων. Nescio an legendum sit ἔξαρχος. Regius tamen codex nil mutat. Quid si legas ἄρχων, ut apud Cedrenum τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἐξκουβίτων ? Ἔξαρχοι τῶν φατριῶν duces factionum. Basilica in interpretatione legis 16 D. de appellat. Exarchum vertit Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles.

Ἐξέρκετος exercitus. Glossæ juris : Ἐξίκτο στρατός. Leg. ἐξερκιτος.

Ἐξισωτής peræquator, Sic n L. ult. C. de censib. et censitor et peræquator. Peræquatorem ἐξισωτήν interpretatur Eustathius Περὶ χρον. διαστ. Sic dictus quod libros censuales emendaret, et tributorum onus habita ratione census ex æquo inter cives divideret. S. Basilius ep. 259 : Διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἀδελφοῦ Ἑλληνίου ἐξισοῦντος Ναζιανζόν. et ep. 263 : Διεπεμψάμεθα τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Λεοντίῳ τῷ ἐξισώτῃ τῆς Νικαίας, et epist. 278 : Ὥστε τῆς ἐπὶ τῇ ἐξισώσει φροντίδος αὐτὸν ἀνεθέντα. Idem prope munus peræquatoris et inspectoris. De inspectione Theodoretus ep. 43 : Καὶ τὴν ἐποψίαν τὴν πολλάκις γεγενημένην κελεῦσαι βεβαιωθῆναι, et ep. 44 : Τῆς γὰρ ἐποψίας κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γενομένης. Censitores autem qui censum definiunt pro ratione eorum quæ quisque possidet. Gloss. Philox. *censitor* ἀπογραφεὺς τιμητής. Vide epistolas S. Basilii 304, 352, 353, 426. Gr. Naz. orat. de Jul. censitore.

Ἐξκούβιτα pro excubitoribus vel excubiis. Gloss. Cyrill. ἀγρυπνία excubitum. Item : *Excubitum* πανυχίς. Nicephorus Callistus l. 17, c. 40 : Κόμητι ὄντι τῶν ἐξκουβίτων. Anastas. Biblioth. in Histor. Eccles. : *Ast populus scholariorum* et *excubituum*. Hinc excubitorium. Anastas. Biblioth in Collectaneis : *Duxeruntque in custodiam excubitorii.*

Ἐξκουβίτωρ excubitor. Procop. de bello Vand. 2 : Ὅς τῶν ἐξκουβιτόρων ἡγεῖτο · οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysost. : Ἀποστέλλει ἡ βασίλισσα δύο ἐξκουβίτορας. Metaphrast. mense Sept. : Ἰωάννης τις στρατιώτης ἐν τοῖς καλουμένοις ἐξκουβίτορσιν. Chronic. Alexandr. ὀστρατὸς τῶν φυλαττόντων τὸ παλάτιον ἐξκουβιτόρων. Mauricius imp. epist. ad Gregor. PP. : *In quibus omnes dixerunt tuam beatitudinem milites ad illos transmisisse eum uno tribuno et excubitore.* V. ad Glossas Basilicon.

Ἐπείκτης. Vetus glossarium illustrissimi viri D. Petri Seguerii F. cancellarii : Ἐπείκτης ὁ σπουδαῖος qui urget operas ut festinent. V. Indicem in voce πρωτομάστωρ. Theophanes : Ἔκτισε τὸν Ἰουστινιανοῦ τρίκλινον λεγόμενον καὶ τὰ τοῦ παλατίου περισειχίσματα, καὶ ἐπέστησεν ἐπείκτην Στέφανον. Vide notas P. Goar. ad p. 41, 42 et 598 b.

Ἐπίσκοπος ποιμὴν μερικός. Barlaamus Περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀρχῆς c. 3 : Μερικοὺς δὲ ποιμένας, οὓς ἐπισκόπους ὠνόμασαν. Gloss. L. g. *pastor* ἐπίσκοπος. Τῶν λογικῶν προβάτων ἀγελάρχης, Theoph. Cerameus hom. 47. *Episcopus primi ordinis sacerdos, primus sacerdos*, S. Ambr. de dign. sacerd. hinc ἐπισκοπή pro episcopatu. Justin. Nov. 123, c. 1· Basil. diaconus conc. Ephes. parte 1. Gregor. presbyter in Vita Gregor. Theologi : Αἰτῶν τῆς βασιλίδος ἐπισκοπήν. Theophanes : Βουλομενος Εὐτύχην τινὰ ἀρχιμανδρίτην ὁμόφρονα αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίσασθαι. Anastas. Biblioth. in Hist. Eccles. *Per episcopum mittunt depositionem, et episcopium* pro eodem. Carolus 3 R. in ep. ad episcopos regni sui : *Episcopium Tungrensis Ecclesiæ expetiit.* Item episcopium pro domo episcopi, synod. Pontigonensis can. 12. Anastasius in exsilio S. Martini : *Giraturos per totum episcopium.*

Ἑπτάσκάλον locus Cpoli a septem scalis ita nuncupatus ; est enim σκάλα scala. Moschopulus Περὶ σχ. κλίμαξ ἡ κοινῶς σκάλα. Suidas : Ἀναβολεὺς καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. Corona pretiosa : σκάλα scala. V. Procop. Vandal. β', p. 148.

Ἑταιρεία, ἑταιρειάρχης. Cohors quæ constabat ex belli sociis et fœderatis. Hujus præfectus ἑταιριάρχης, sive, ut loquitur Cedrenus, ἑσαιρείας ἄρχων. Erant autem, ut Meursius observat, plures ejusmodi ἑταιρεῖαι, quarum una ἡ μεγάλη dicebatur, ejusque præpositus μέγας ἑταιριάρχης · de quo Constantin. Manass. Georg. Logoth. et Nicet.

Ζιβήνη sibina, venabulum. Glossæ Philoxeni : venabulum ζιβήνη. Sic etiam exponitur in Gloss. Cyrilli.

Ζωστή genus dignitatis. Codin. in Παρεκβολαῖς : Καὶ προήρχοντο αἵ τε ζωσταὶ καὶ οἱ πατρίκοι καὶ οἱ πραιπόσιτοι. V. not. posteriores.

Ἡγούμενος hegumenus, major, major monasterii, præfectus, præpositus. S. Athanasius in Metaphrasi ms. psalmi 67, ad illa vers. 26 προέφθασαν ἄρχοντες, οἱ ἡγούμενοι τῶν μοναχῶν. Synodus Nicæno 2, act. 1 : Σάββας ὁ εὐλαβέστατος ἡγούμενος μονῆς τοῦ Στουδίων : Anastas. Biblioth. vertit *hegumenus monasterii Studii.* Idem Anastas. Biblioth. in Histor. Eccles. : *Petrum Eugemenum S. Sabæ.* Lege *hegumenum.* Syn. Nic. d. act. 1 ἡγούμενον præpositum vertit. Joannes Mosch. Limon. c. 95 : Ἡγούμενος ἦν τοῦ κοινοβίου τοῦ Ἀβαζάνου. Pallad. Laus. c. 76 : Ἡγούμενον πολλῆς ἀδελφότητος. Hinc ἡγουμενεία, præfectura. Synodus 8 œcumen. c. 4 : Τοὺς δὲ παρ' αὐτοῦ εἰς ἡγουμενείαν προχειρισθέντας.

Θέμα, θεματικοί provincia. Cedrenus : Διὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν θεμάτων, *ex Romanis provinciis.* Anastasius Biblioth. in Histor. Eccles. : *Iam in regia urbe quam in thematibus degentes.* Theodorus Hermopolites ad l. 6, § 8 D. de offic. præsid. : Οἱ στελλόμενοι ἄρχοντες εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤτοι εἰς τὰ θέματα. Hinc θεματικός provincialis ; idem Hermop. lib. IX, tit. 1. Interdum θέμα legionem significat. Vetus Glossar. tit. de Militia : *Legio* τάξις, θέμα. Hinc θεματικοί legionarii. Cedrenus : Συναχθέντες δὲ οἱ θεματικοί, *thematici milites.* Anastas. Biblioth. in Histor. Eccles. : *Appellatus est imperator ab omnibus ultra sitis thematibus.* Histor. Misc. 22 : *Et cum ad Orientalium thema, cujus prætor erat Lacinus, cucurrisset.* De hoc themate Constantin. them. 1. Et paulo post : *Artabasdus autem a thematibus pronuntiatus est imperator.* Et ibidem : *Pervenit Constantinus Chrysopolim cum duobus thematicis militibus.* Et lib. XXIV : *Mulieribus vero thematicorum militum, qui fuerant in Bulgaria, auri quinque talenta dedit.* Codinus in Παρεκβολαῖς ex Chronico Cpolitano : Ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοπάρχαις καὶ δουξὶ καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀρχηγέταις πάντων τῶν βασιλικῶν θεμάτων Ἀνατολῆς τε καὶ Δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. Καβαλαρικὰ θέματα apud Cedrenum sunt equestres copiæ : Ἱππικὸν τάγμα Herodiano.

Ἴδικτον edictum, Cedrenus : Ἐκτίθεται ἴδικτον. Glossar. Juris : Ἐδίκτοις, διατάξεσι. Theophanes in Heraclio : Ἐκτίθεται τὸ λεγόμενον ἴδικτον. Agatho PP epist. ad Constantin. Heracl. et Tiber. (exstat synod. Constantin. 6, act. 4) : Ἀπολιναρίου αἱρετικοῦ κατὰ Διοδώρου πρὸς τὸ κείμενον ἐν τῷ, ἠδίκτῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως. Nicephor. Call. 17, 29 : Τὸ Ῥωμαϊστὶ ὀνομαζόμενον ἴδικτον γράφει.

Ἱκανᾶτον cohortis nomen. Synodus 8 œcumen. act. 1 ; Δομέστικος Ἱκανάτων. Menologium Julii d. 1 : Δομέστικον αὐτὸν τῶν Ἱκανάτων προεστήσατο. V. Constant. 1 de them. 5.

Ἰλλούστριος illustris. Arianus Epict. 3, c. ult. Nicephor. Call. 17, 14 : Ἰλλούστριος δέ τις ἀξίαν.

Psellus Synopseos v. 255. Victor persecut. Afr· dixi ad Theophilum. Et v. Cujac. ad lib. XII, cod. t. I.

Ἰνδικτίων, ἴνδικτος. Indictus, indictio. Gregorius Tauromenitanus orat. de Indict.: Ἀρχὴ τῆς χρονικῆς ὑπάρχει ἀνακυκλήσεως, ἴνδικτα λεγομένη τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. Alii tribuunt Theophani Cerameo arch. Tauromenit. S. Maximus in Computo ecclesiast. c. 33. Isaacus mon. in Computo c. 1: Ἴνδικτος ἤτις καὶ ἰνδικτιὼν καὶ ἐπινέμησις λέγεται. Indictionem autem ab indictionibus dici verius est, quæ cum annuæ essent, inde cœperunt anni per indictiones numerari, ut tradit summus juris interpres ad tit. C de indictionibus. Indictiones autem sunt tributa. B. Augustin. in psal. 49: *Quod vectigal nobis indicit, quoniam voluit esse rex noster et voluit nos esse provinciam suam. Audiamus indictiones ejus, non trepidet pauper sub indictione Dei.* V. Ciaconum ad Cassianum.

Καβαλλαρικὰ, καβαλλάριος, καβαλλικεύειν. Θέματα καβαλλαρικά apud Cedrenum et Theophanem. Equestris exercitus καοαλλαρικὸς στρατός, Constant. synodus Florent.: Καὶ ἐλθόντες οἱ ἔμπροσθεν καβαλλάριοι. Theophanes in Heraclio: Οἱ δὲ Πέρσαι καβαλλάριοι. Joannes Moschus Limon. c. 72. Hinc καβαλλικεύειν. Theophan. in Theod.: Καὶ δι' ἐκείνων ἐκαβαλλικεύσαμεν. Constantin. in Tact.: Ἀπὸ μεγάλων γὰρ κινδύνων ταῦτα διασώζουσι πολλάκις τὰ ἱππάρια καὶ δι' αὐτῶν τοὺς καβαλλικεύοντας αὐτά. Idem de administr. imper. c. 15: Οὐ καβαλλικεύουσι δὲ ἵππους. Achmes c, 235: Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκαβαλλίκευσε βορδῶν Glossarium ms.: Καβαλλικεύει, ἀποβαίνει τὸν ἵππον. Utitur Actuarius lib. Περὶ συνθέσεως φαρμάκων. Sic Latini recentiores equum caballare vel caballicare dixerunt. Legis Salicæ tit. 26: *Et eum* (caballum) *caballaverit.* Legis Langobard. tit. 105: *Si quis caballum alienum ascenderit et intra viciniam tantum cabalticaverit.* Sangallensis 1 de gestis Carol. Magni: *Per campum istum caballicans.* a caballo; videntur tamen Latini hac voce uti pro equo viliore. B. Hieronymus epist. ad Heliodorum: *Stalimque cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.*

Καῖσαρ. Cæsar, designatus imperio, imperii successor· Eutropius l. 10: *Cæsares duos creavit,* et mox: *Creatus est imperator.* Et l. eod.: *Solus in imperio Romano eo tempore Constantius princeps et Augustus fuit.* Procedente vero tempore differentia fuit inter δεσπότην, σεβαστοκράτορα et Καίσαρα. Vide Codinum de officiis.

Καλάνδαι Kalendæ. Interpres Cann. Eccl. Afr.: Τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰουνίων, *octavo Kalendas Junias.* Glossæ Juris: Καλάνδαι αἱ πρῶται ἑνὸς ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι. Glossæ Cyrilli; Καλάνδαι Kalendæ. V. Plutarchum in Galba.

Καλίγιον. calceus. Καλίγα Modestino l. 10 de excusat. tut. Græci ad l. 2 D, qui not. inf.: Καλίγα γάρ ἐστιν ὑπόδημα. Hinc καλιγάριος sutor. Glossæ Basil. tit. ad leg. Aquil. l. 5: Καλιγάριός τις. Julius Firmicus Mathes. 3, c. 12: *Coriorum confectores seu caligarii.* Et l. 4, c. 7: *Faciet pellarios, coriarios, caligarios.*

Καλλιγράφος calligraphus, Anastasio Biblioth. in Histor. Eccles. V. notas posteriores. Auctor incertus apud Suidam: Καὶ ταχυγράφους αὐτῷ παραστήσας ἑπτὰ, καλλιγράφους πλείους.

Καμελαύκιον capitis integumentum, galerus, pileus. Hero in Excerptis: Καμελαύκιον Ἀρκαδικὸν περιβαλλόμενος. Theophanes in Justiniano: Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ σὺν τῷ διαλίθῳ καμελαυκίῳ. Leo Tact. 19, § 42: Ἦν δὲ τὸ λεγόμενον καμελαύκιον ἐπὶ κονταρίου ὑψούμενον. Constant. de admin. imper.: Τὰ στέμματα ἅπερ ὑμεῖς καμελαύκια λέγετε. Lexicont Stephani quod citat Fronto Ducæus ad tom. VI, B. Chrysostomi: Κίδαρις, κορυβάντιον, πῖλός ἐστιν εἶδος καμελαυκίου, ὃ καὶ τιάρα νοεῖται. Latinis camelaucus aut camalaucus aut camilaucium. Anastasius in Hist. Eccl.: *Inito bello cum Totila rege Gothorum potentissimo superavit et cepit Romam, et occidit Totilam, et vestimenta ejus cruentata cum camilaucio* (sic ms.) *lapidibus pretiosis ornato misit Cpolim,* Histor. Misc. 22: *Et præcepit Habdalas radi barbas eorum, et fieri calamaucos cubiti unius et semis.* In libris manu exaratis legitur *amelaucos* vel *camelaucos.* Glossæ Isidori: *Galeros calamaucos.* Item: *Pileum calamaucum* Josephus Ἀρχαιολ. 3, 8: Ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς φορεῖ πῖλον ἄκωνον. Ruffinus Aquileiens. vertit: *Super caput autem gestat pileum in modum parvuli caldmaci aut cassidis.* Lege *calamauci,* ut apud Bedam, qui eadem fere verba usurpat. Anastasius de Vitis Pontific, in Constantino: *Apostolicus pontifex cum caumelaugo ut solitus est Romæ procedere.* Legendum *calamauco,* vel quod magis placet, *camelauco.* Glossarium ms.: *Camelaucus, vestimentum papæ,* et totidem verbis Papias; atque ita Bonaventura Vulcanius legebat in Isidori Gloss.

Καμισία camisia, interula, subucula. Victor Uticensis, Persecut. Africæ l. 1: *De palliis altaris, proh nefas camisias sibi et femoralia faciebant.* Anastasius Biblioth. in Hist, Eccles.: *Chalbasias camisias multas.* Alcuinus de divin. Offic.: *Tunica linea vestis erat interior, quam camisam dicimus vel supparum:* Papias: *Alba, vestis sacerdotalis, linea stricta, quæ camisium dicitur.* V. eumdem in poderis. Unde ὑποκάμισον. Cyrillus Cp. adversus Judæ, c. 2, q. 1. Codinus in Παρεκβολ. Mosch. c. 186.

Κάμπος campus. Leo Tact. c. 7, § 30: Μὴ ἐλάσῃς ἰσχυρῶς ἐν τῷ κάμπῳ.

Κανδιδᾶτοι. Militum genus quos robur corporum et animorum commendabat, erantque inter stipatores principis. B. Hieronymus in Hilarione: *Candidatus Constantii imperatoris.* Michael imperator epistola ad Ludov. imp: *Et ideo justum existimavimus mittere ad vestram gloriam Theodorum protospatharium nostrum et Leonem nostrum candidatum.* Acta Sutrina sub Henrico r.: *Pontifex misit in occursum ejus in montem Gaudii, qui et Marii dicitur, bajulos, cereostatarios, candidatos, defensores, stratores.* Luttprandus rerum Europæ l. 3, c. 5: *Turba post hos immensa vocatur, protospathariorum, spathariorum, candidatorum.* Horum meminit Procop. 3 de bello G. Joann. Moschus c. 185: Διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεοφιλὴς καὶ φιλόπτωχος Μαρία ἡ μήτηρ τοῦ κυροῦ Παύλου τοῦ κανδιδάτου. Nicephor. Cpolitanus in Breviario hist.: Τὴν δὲ ἀξίαν ἣν κανδιδᾶτον Ῥωμαίοις κικλήσκειν ἔθος.

Κανίκλειον. Cedrenus: Κανικλείου τιμὴ, ἀξίωμα. Synodus 8, tom. III. Conc. p· 412 ed. R.: Γεγραφότος Χριστοφόρου πρωτασηκρήτης καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. Joan. Cantac. 4, 40: Τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἄγγελον πρὸς βασιλέα πέμψας πρεσβευτήν. Chronic. Cp.: Διὰ Νικηφόρου κανικλείου τοῦ Ἀλιάτου *Caniclinus.* V. Meursium. Vossium de vitiis sermonis, Alemannum ad Procopii arcana p. 19.

Κανών. Quod quis velut ex regula facere debet. Moschus c, 98: Οὐδέποτε ποιῶν τὸν κανόνα μου, ἀφῆκα τὸν νοῦν εἰς τὴν γῆν Item psalmus et canticum statis diebus cani solitum, et divinum officium. Vide Meursii Gloss. et Hugonis Menardi not. et obs. ad Concordiam regularum, c. 55, § 3.

Καπνικόν tributum fumarium. Videndus Theophanes in Nicephoro Logotheta.

Καρδαρίχας. Cedrenus. Anastasius Biblioth. cardarigam vocat in Histor. Eccles.: *Cardarigas vero,* inquit, *non est proprium nomen, sed dignitas maxima apud Persas.* Ex Theophane.

Καστέλλιον castellum. Constantius Porphyr. de them. 1 them. 9: Παρέδωκαν τὰ ἐκεῖσε καστέλλια. Theophanes: Ἐκ τοῦ καστελλίου ἀπέλυσαν. Joannes Moschus Limon. c. 167. Synodus Florentina: Εἰς τὸ καστέλλι Φραγκολί. Joannes Canta-

mon, videns lapidem sublatum et locatum, dixi : Vere impleta est Scriptura dicens : « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli ; » quia hoc non est meum dare, sed Dei, ut possit dæmon lapidem tollere talem, et statuere in loco quem volebam. Et adduxit Ephippas dæmonem qui erat in mari Rubro, cum columna, et accipientes ambo columnam, levaverunt a terra. Ego autem recte cogitans quia duo hi spiritus valerent terram omnem concutere, in puncto temporis, signavi hinc et hinc annulo, et dixi: Satis est ; et manserunt spiritus portantes usque in hodiernam diem, ad ostensionem inditæ mihi sapientiæ ; et erat suspensa columna super altitudinem, per aera, a spiritibus portata, et sic deorsum spiritus videbantur quasi aerem portantes ; et attendenti cuilibet, columna inclinata vecta a spiritibus videtur et est usque in hodiernam diem.

A καὶ σὺν τῷ δαίμονι τῷ ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀναγάγω τὸν κίονα τὸν (τὴν) ἀεριστὴν, καὶ στήσω αὐτὸν ὅπου βούλει ἐν Ἱερουσαλήμ. Ταῦτα εἰπὼν ἠνάγκασα αὐτὸν, καὶ ὡσεὶ ἐκφυσηθεὶς ὁ ἀσκὸς ἐγένετο, καὶ ὑποδέδεκα τῷ λίθῳ, καὶ διέζωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἐπῆρεν ἐπάνω τόν ἀσκόν. Καὶ ἀνῆλθεν ὁ ἀσκὸς τὰς κλίμακας βαστάζων τὸν λίθον, καὶ ἔθετο αὐτὸν εἰς τὴν ἄκραν τῆς εἰσόδου τοῦ ναοῦ. Ἐγὼ δὲ Σολομῶν, ἰδὼν τὸν λίθον ἐπηρμένον καὶ τεθεμελιωμένον, εἶπον· Ἀληθῶς ἐπληρώθη ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ· τὸ κατισχῦσαι τὸν δαίμονα ἐπᾶραι τὸν λίθον τηλικοῦτον, καὶ ἀποθέσθαι αὐτὸν εἰς τόπον ὃν ἐβουλόμην. Καὶ ἤγαγεν Ἐφιππᾶς τὸν δαίμονα τὸν ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ μετὰ τοῦ κίονος· B καὶ λαβόντες ἀμφότεροι τὸν κίονα ὑψώθησαν ἀπὸ τῆς γῆς. Ἐγὼ δὲ, κατασοφισάμενος ὅτι τὰ δύο πνεύματα ταῦτα ἠδύναντο τὴν οἰκουμένην ὅλην σαλεῦσαι ἐν στιγμῇ χρόνου· περιεσφράγισα ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῷ δακτυλίῳ, καὶ εἶπον· Φυλάσσου, καὶ ἔμειναν τὰ πνεύματα βαστάζοντα μέχρι τῆς σήμερον εἰς ἀπόδειξιν τῆς δεδομένης μοι σοφίας. Καὶ ἦν κρεμάμενος ὁ κίων ὑπὲρ μέγεθος διὰ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ τῶν πνευμάτων βασταζόμενος· καὶ οὕτως κάτωθεν τὰ πνεύματα ἐφαίνοντο ὥσπερ αἴρ βαστάζοντα· καὶ ἐν τῷ ἀτενίζειν τις, ὁ κίων ὑπόλοξος βασταζόμενος ὑπὸ τῶν πνευμάτων, καὶ ἔστιν ἕως τῆς σήμερον.

Et ego Salomon interrogavi spiritum alterum qui cum columna venerat ex abysso maris Rubri : et dixi ei : Tu quis es ? et quod nomen tuum, et quæ tua operatio ? quia multa audio de te. Dæmon autem ait : Ego, rex Salomon, vocor Abezethibod; ortus sum ex archangelo (qui olim sedi in primo cœlo), cujus nomen Amelouth ; ego igitur sum spiritus molestus, alatus, unicam alam habens, imperans omni vento sub cœlo ; aderam quando Moyses intravit ad Pharaonem regem Ægypti, indurans cor ejus ; ego sum quem invocabant Janis et Jambris C qui restiterunt Moysi in Ægypto ; ego sum, qui adversatus sum Moysi in extremis per signa. Dixi ergo ei : Quomodo igitur inventus es in mari Rubro ? Et ait : In exitu filiorum Israel, ego induravi cor Pharaonis, et excitavi cor ejus, et ministrorum ejus, et feci ut persequerentur filios Israel; et simul venerunt Pharao et Ægyptii omnes ; tunc aderam ibi, et simul venimus ; et ingressi sumus omnes in mari Rubro. Et factum est, postquam transierunt filii Israel, reversa est aqua, et operuit omnem exercitum Ægyptiorum, et universam potestatem eorum. Inventus sum ego hic et operuit me unda, et mansi in mari, præcipitatus sub columna hac. Cum autem venit Ephippas missus a te in sacculo utris inclusus, eduxit me post se. Ego D igitur Salomon hæc audiens, glorificavi Deum, et adjuravi dæmones ut mandata mea non præterirent, sed manerent portantes columnam ; et juraverunt ambo dicentes : Vivit Dominus Deus tuus, non deponemus hanc columnam usque ad consummationem sæculi ; si autem cadat olim lapis iste, tunc erit consummatio sæculi. Et ego Salomon glorificavi Deum, et ornavi templum Domini cum omni decentia, et sedebam felix in regno meo, et erat pax in diebus meis. Et accepi uxores ex

Καὶ ἐγὼ Σολομῶν ἐπηρώτησα τὸ πνεῦμα τὸ ἕτερον, τὸ ἀνελθὸν μετὰ τοῦ κίονος ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης τῆς Ἐρυθρᾶς. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ καὶ τί καλεῖσαι ; καὶ τί σου ἡ ἐργασία ; ὅτι πολλὰ ἀκούω περὶ σοῦ. Ὁ δὲ δαίμων ἔφη. Ἐγὼ, βασιλεῦ Σολομῶν, καλοῦμαι Ἀβεζεθιβόδ· ἀπόγονός εἰμι ἀρχαγγέλου, ποτὲ μὲν καθεζομένου μου ἐν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ· οὗ τὸ ὄνομα Ἀμελούθ· Ἐγὼ οὖν εἰμι πνεῦμα χαλεπὸν, καὶ πτερωτὸν καὶ μονόπτερον, ἐπίβουλον πάσης πνοῆς ὑπὸ τῶν οὐρανῶν· ἐγὼ παρήμην ἡνίκα Μωσῆς εἰσήρχετο εἰς Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου σκληρύνων αὐτοῦ τὴν καρδίαν· ἐγώ εἰμι ὃν ἐπεκαλοῦντο Ἰανῆς καὶ Ἰαμβῆς οἰκουχώμενοι τῷ Μωϋσῇ ἐν Αἰγύπτῳ· Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ἀντιπαλαίων τῷ Μωϋσῇ ἐν τοῖς πέρασι τοῖς σημείοις. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Πῶς οὖν εὑρέθης ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ ; Ὁ δὲ ἔφη· Ἐν τῇ ἐξόδῳ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐγὼ ἐσκλήρυνα τὴν καρδίαν Φαραὼ· καὶ ἀνεπτέρωσα αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ· καὶ ἐποίησα αὐτοὺς ἵνα καταδιώξωσιν ὀπίσω τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ· καὶ συνηκολούθησε Φαραὼ καὶ πάντες οἱ Αἰγύπτιοι. Τότε ἐγὼ παρήμην ἐκεῖ· καὶ συνηκολουθήσαμεν. Καὶ ἀνήλθομεν ἅπαντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Καὶ ἐγένετο, ἡνίκα διεπέρασαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἐπαναστραφὲν τὸ ὕδωρ ἐκάλυψε πᾶσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῶν· εὑρέθην οὖν ἐγὼ ἐκεῖ καὶ ἐκάλυψέ με τὸ ὕδωρ· καὶ ἔμεινα ἐν τῇ θαλάσσῃ τηρούμενος ὑποκάτω τοῦ κίονος τούτου. Ὡς δὲ ἦλθεν Ἐφιππᾶς, πεμφθεὶς παρὰ σοῦ ἐν ἀγγείῳ ἀσκοῦ ἐγκλεισθεὶς, καὶ ἀνεβίβασέ με πρὸς σέ. Κἀγὼ οὖν Σολομῶν ἀκούσας ταῦτα ἐδόξασα τὸν Θεὸν, καὶ ὥρκισα τοὺς δαίμονας, ὥστε μὴ παρακοῦσαί μου, ἀλλὰ μεῖναι βαστάζοντας τὴν κίονα· καὶ ὤμοσαν ἀμφότεροι λέγοντες· Ζῇ Κύριος ὁ Θεός σου, οὐ μὴ ἀποθώμεθα (*sic*) τὸν στῦλον τοῦτον ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· ᾗ δ' ἂν

ἡμέρᾳ πέσῃ ὁ λίθος οὗτος, τότε ἔσται ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος. Κἀγὼ Σολομὼν ἐδόξασα τὸν Θεὸν, καὶ ἐκόσμησα τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου πάσῃ εὐπρεπείᾳ· καὶ ἤμην εὐθυμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· καὶ εἰρήνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. Καὶ ἔλαβον γυναῖκας ἐμαυτοῦ ἀπὸ πάσης χώρας, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμὸς, καὶ ἐπορεύθην πρὸς τὸν Ἰεβουσσαῖον, καὶ ἰδὼν ἐκεῖ θυγατέρα ἀνθρώπου Ἰεβουσσαίαν, ἠγάπησα αὐτὴν σφόδρα, καὶ ἠβουλόμην δέξασθαι αὐτὴν μετὰ ταῖς γυναιξί μου (*sic*) εἰς γυναῖκα. Καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν· Δότε μοι τὴν Σουμανῖτιν (15) ταύτην εἰς γυναῖκα. Καὶ εἶπον πρός με οἱ ἱερεῖς τοῦ Μολόχ. Ἐὰν ἀγαπᾷς τὴν παρθένον, εἴσελθε καὶ προσκύνησον τοὺς θεούς ἡμῶν, τῷ μεγάλῳ θεῷ Ῥαφὰν, καὶ τῷ καλουμένῳ Θεῷ Μολόχ. Ἐγὼ οὖν φοβηθεὶς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἠκολούθησα προσκυνῆσαι· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐγώ· Οὐ προσκυνῶ θεῷ ἀλλοτρίῳ (ad marg. τίς αὕτη) (16) ἡ ὑπόθεσις, ὅτι τοσοῦτόν με ἀναγκάζετε ποιῆσαι. Οἱ δὲ εἶπον (17) ωθεὶς (*sic*) (Forte : Ὁ Θεὸς) τῶν πατέρων ἡμῶν. Ἐμοῦ δὲ πυθομένου ὅτι οὐδαμῶς προσκυνήσω θεοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ παρήγγειλαν τὴν παρθένον τοῦ μὴ κοιμηθῆναί μοι ἐὰν μὴ παθῶ θῦσαι τοῖς θεοῖς. Κἀγὼ οὖν ὁ δόλιος κινουμένου μου ἔρως παρ' αὐτῇ ἔφερέ μοι πέντε ἀκρίδας λέγων· Λάβε ταύτας τὰς ἀκρίδας (18), καὶ σύντριψον αὐτὰς ἐπ' ὀνόματος τοῦ θεοῦ Μολὸχ, καὶ νῦν κοιμηθήσομαι μετὰ σοῦ· ὅπερ καὶ ἐτέλεσα· καὶ εὐθὺς ἀπέστη τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ἐγενόμην ἀσθενὴς ὡσεὶ λῆρος τοῖς ῥήμασί μου· ἐξ οὗ καὶ ἠνεγκαθη (*sic*) παρ' αὐτῆς κτίσαι ναὸν τῶν εἰδώλων· τῷ Βαὰλ, καὶ τῷ Ῥαφὰ, καὶ τὸ Μολὸχ, καὶ τοῖς λοιποῖς εἰδώλοις· κἀγὼ οὖν ὁ δύστηνος ἐποίησα τὴν συμβουλὴν αὐτῆς, καὶ τελείως ἀπέστη ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ἐσκοτίσθη τὸ πνεῦμά μου· καὶ ἐγενόμην γέλως τοῖς εἰδώλοις καὶ δαίμοσι· διὰ τοῦτο ἀπέγραψα ταύτην ἐμοῦ τὴν διαθήκην, ἵνα οἱ λαχόντες εὔχησθε καὶ προσέχητε τοῖς ἐσχάτοις, καὶ μὴ τοῖς πρώτοις, ἵνα τελείως εὕρωσι χάριν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A omni regione, quarum non erat numerus; et abii ad Jebusæum, et videns ibi filiam hominis Jebusæi, amavi eam valde, et volebam accipere eam inter conjuges meas in uxorem. Et dixi ad sacerdotes eorum : Date mihi Soumanitem (Sunamitem) hanc in uxorem. Et dixerunt ad me sacerdotes Moloch : Si diligis virginem, intra, et venerare deos nostros, magnum deum Raphan, et vocatum deum Moloch. Ego vero timens gloriam Dei, non acquievi ut venerarer; et dixi eis : Non servio deo alieno. Quid est hoc inane simulacrum quod sic me ad adorandum cogitis? Qui dixerunt : Deus patrum nostrorum. Mihi autem affirmanti quia nullo modo adorarem deos alienos renuntiarunt virginem nunquam mecum dormituram, nisi libens diis immolarem. Et cum eam deperirem, attulit mihi callidus amor quinque locustas dicens ipsius nomine : Sume has locustas, et contere eas in nomine dei Moloch, et tunc dormiam tecum; quod et feci. Et statim exivit a me spiritus Dei. Et factus sum infirmus, et quasi stultus in verbis meis; exinde coactus sum ab ea ad ædificandum templum idolis, Baali et Rapha et Moloch, et cæteris; et ego miser feci voluntatem ejus, et tandem recessit gloria Dei a me; et obscuratus est spiritus meus; et factus sum proverbium idolis et dæmonibus : ideo scripsi hoc testamentum meum, ut quibus obtigerit, oretis et attendatis ultimis et non prioribus, et tandem gratiam inveniatis in sæcula. Amen.

B

VARIÆ LECTIONES.

(15) Nomen puellæ.
(16) In textu spatium vacum ante ἡ ὑπόθεσις.
(17) Hic iterum vacuum spatium.
(18) Cultus locustarum, apud discipulos Joannis Baptistæ.

ADDENDA AD CEDRENUM.

TOM. I OPERUM CEDRENI.

In codice Coisliniano 136 Historia Joannis Scylitzæ præmittitur Præfatio ea longe prolixior quæ præit Georgii Cedreni Historiæ, et non pauca de Scriptoribus historiæ Byzantinæ nova ac notatu digna continet. Eam visum est hic describere.

—

Σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας, τοῦ Σκυλίτζη.

C

Synopsis Historiarum scripta a Joanne Scylitze Curopalata, et magno drungario vigiliæ.

Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἄριστα μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπραγματεύσατο πρῶτον μὲν ὁ μοναχὸς Γεώργιος καὶ Σύγγελλος χρηματίσας Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου· μετ' ἐκεῖνον δὲ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης καὶ τοῦ Ἀγροῦ ἡγούμενος, ἐπιστατικώτερον τὰς ἱστορικὰς ἐπιδραμόντες βίβλους καὶ συνοψίσαντες λόγῳ μὲν ἀφελεῖ καὶ ἀπεριέργῳ, μονον-

Historiæ compendium optime post veteres concinnavit primo quidem Georgius monachus, qui syncellus fuit Tarasii sanctissimi patriarchæ; post illum autem Theophanes confessor hegumenus Agri, qui ambo peritus historicos libros percurrerunt et in compendium redegerunt, sermone quidem simplici nec affectato, sed ipsi pene rerum

naturæ adhærenti. Verum Georgius a mundo condito orsus, in tyrannos desiit, Maximianum nempe et Maximinum (*l.* Maxentium) ejus filium : Theophanes vero ab illius fine exordium ducens, et reliquam chronographiam epitomes more referens, usque ad obitum Nicephori imperatoris qui ex Genicis seu Logotheta Genicorum fuerat, progressus finem narrandi fecit. Post hunc nullus alius huic se studio dedidit. Quidam tamen tentavere, ut Siculus ille doctor, ac nostro tempore philosophorum princeps et hypertinus Psellus. Præter hos item alii. Sed ii perfunctorie operi manum admoverunt, et ab accurata narratione lapsi, maximam rerum majoris momenti partem prætermisere, posterisque inutiles fuere, nudam texentes imperatorum enumerationem, ut docerent quis quem imperatorem exceperit, et nihil præterea. Verum qui sic historias non recto scopo conscripsere, plus nocuere lectoribus, quam profuere. Nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon, Josephus Genesius et Manuel, Byzantii, Nicephorus diaconus, Phryx, Leo Asinus, Theodorus qui fuit Sidæ præses, ejusque consobrinus et cognominis qui Sebastenæ præfuit Ecclesiæ, insuperque Demetrius Cyzicenus ac Joannes Lydus monachus, suum singuli sibi proponentes argumentum; alius imperatoris laudem, alius patriarchæ vituperium, alius amici encomium, atque historiæ nomine suum singuli secuti scopum, a laudatorum virorum mente et instituto longe aberrarunt. Ea enim quæ suo tempore gesta sunt conscribentes, pauloque altius resumentes, alius affectu ductus, alius odio, alius ad gratiam, alius prout sibi statutum fuerat, historiam edentes, inter se in narratione dissenserunt, ac caligine perturbationeque auditores repleverunt. Nos autem memoratorum virorum lectis operibus, historiæ amatoribus eorum synopsim non parum utilem fore sperantes, maximeque iis qui facilitatem labori anteponunt; utpote quæ variis gesta temporibus brevissime repræsentet, et a commentariorum mole liberet : supra dictorum historias diligenter excutientes, ejectis iis quæ ex affectu et ad gratiam dicta sunt, missis iis quæ dissensionem et repugnantiam olebant, expunctis etiam iis quæ fabulam sapere visum est, narrationibus collectis quæ verisimilia et probabilia putabantur, additis etiam iis quæ nondum scripta ab antiquis viris edidicimus, iisque in unum corpus compendio redactis, tenerum cibum mola sermonis præparatum posteris reliquimus; ut qui memoratorum historicorum libros percurrerunt, commentaria habeant, secum vel in via ferentes hunc libellum. Solet quippe lectio recordationem inducere, recordatio vero memoriam alere et augere ; quemadmodum contra negligentia et incuria gestorum, reminiscentiam auferre, unde prorsus oblivio sequitur, quæ gestorum memoriam obscurat atque confundit. Qui vero nondum historias legerunt, hoc compendio ductoris loco utantur, et requisitis iis quæ

A οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. Ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος, ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου, ἐς τοὺς τυράννους κατέληξε, Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμῖνον (*l.* Μαξέντιον· ὁ δὲ Θεοφάνης, τὸ ἐκείνου τέλος οἰκείαν ἀρχὴν ποιησάμενος, καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντεμὼν χρονογραφίαν καὶ εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταντήσας, ἔστη τοῦ δρόμου. Μετὰ δὲ τοῦτον οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῷ τοιούτῳ σπουδάσματι. Ἐπεχείρησαν μὲν γάρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ Ψελλὸς, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον ἀψάμενοι τοῦ ἔργου, τῆς τε ἀκριβείας ἐπιπεπτώκασι τὰ πλεῖστα τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων, καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατὴς, καὶ πλεῖον οὐδέν. Ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγραψάμενοι, ἔβλαψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ὠφέλησαν. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγὼν, Ἰωσὴφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρὺξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμενος Ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδὸς οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενος· ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου· ἕτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποπληροῦντες σκοπὸν, πόῤῥω
C τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πεπτώκασι διανοίας. Ἀποτάδηη (*sic*) γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους συνενεχθέντα καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγγραψάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς, ὁ δ' ἀντιπαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προστέτακτο τὴν ἑαυτοῦ συνθεὶς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἰλίγγου καὶ ταραχῆς τοὺς ἀκροατὰς ἐμπεπλήκασιν. Ἡμεῖς δὲ τῷ πόνῳ τῶν εἰρημένως ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τὴν σύνοψιν τοῖς φιλοϊστοροῦσιν ἐλπίσαντες, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ ῥᾷστον τοῦ ἐπιπονωτέρου προτιθεμένοις, συντομωτάτην διδοῦσαν κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων
D καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὑπομνημάτων ἐλευθεροῦσαν, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφείσας ἐπ' ἀκριβὲς ἱστορίας ἀναμαξάμενοι, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιαπομπήσαντες, καὶ τὰς διαφορὰς καὶ διαφωνίας παρέντες, ἀποξέσαντες δὲ καὶ ὅσα ἔγγὺς ἐρχόμενα εὕρομεν τοῦ μυθώδους· τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὁπόσα τοῦ πιθανοῦ μὴ ἀπέκιττε συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὁπόσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν, καὶ τῷ' ἓν ἐπιδρομάδην συνθέμενοι τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφὴν ἁπαλὴν καὶ τούτῳ δὲ τῷ τοῦ λόγου ἁλησμένην, ἵν' οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ὑπομνήματα ἔχοιεν συνάδημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον· οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δὲ ἀνάμνη-

σις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥᾳστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ᾗτινι πάντως ἕπεται λήθη ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων· οἱ δὲ μήπω ἐντυχόντες τὰς ἱστορίας ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομὴν, καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς (*sic*) γεγραμμένα, εὐτελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἴδησιν.

A fusius scripta sunt, faciliorem rerum notitiam assequantur.

FABROTI GLOSSARIUM

SIVE

INTERPRETATIO OBSCURORUM VERBORUM CEDRENI.

Ἀββᾶς, ἀββάδιον abbas vel abba, pater. Novella 123. Hieremias patriarcha in 2 responso ad theologos Wirtemborg. c. De monastica vita: Οὓς ἀββάδας ἀρχιμανδρίτας ἡ τάξις ὠνόμασεν. Major. S. Benedictus in Concordia regularum c. 34: *Qui et major monasterii.* Hinc ἀβοατία paternitas. Concilium Meldense can. 10: *Tutis abbutia, quæ paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur.* Hinc per contemptum ἀββάδιον. Stylianus ad Stephanum PP (exstat in synodo 7 Cp.): Ἀββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ᾠκειώσατο. Interpres: *Abbutulum quemdam obscurum et ignobilem, præstigiatorem insuper et magum sibi adjunxerat.*

Ἀβῆναι habenæ. Theophanes: Δι' ἀβηνῶν μαστιγῶσαι, habenis flagellare. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. nondum edita: *Habena vel ferula cædere* in l. 1, § impuberi D. de Senat. Sil. Glossæ Cyrilli: Λῶρος *havena*, pro habena. Item: Ἱμάς *habena*·

Ἀδνούμιον dilectus, census et descriptio militum. Constantinus in Tact.: Ἀρμόζει δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς βόγας καὶ τοῦ ἀδνουμίου ἀδνουμιάζεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι. Leo Tact. constit. 9, § 4: Εἰ δέ ποτε χρεία καλέσει τοῦτο γίνεσθαι χάριν ἀδνουμίου, V. Suidam, Phavorinum et Glossas Basilicon.

Ἀερικόν tributum pro spiritu aerio. Cujacius Leo Tactic. c. 20, § 71: Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικὰ, καὶ μηδὲν πλέον καταβαρεῖσθαι. Quem locum interpres non intellexit. Videtur autem convenire interpretationi Procopii in ἀνεκδ., ut sit tributi genus quod supra solitum canonem exigitur.

Ἀθάνατοι immortales, ut apud Persas. Procop. Περσ. p. 22: Μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγόμενον λόχον ἡσυχῇ μένειν ἕως αὐτὸς σημήνῃ ἐκέλευσεν. V. Socratem Hist. Eccl. 7, 20; Themist. orat. Athenæum.

Ἀκοίμητοι monachi insomnes. Series episcoporum Byzantii, Juris GR. p. 298: Καὶ μοναχὸν ἐκ τῶν ἀκοιμήτων. Concil. Florent. p. 723 ed. R: Ἐν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ. Theophanes: Μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων. Nicephorus Callistus, 15, 23: Μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκατάστησας. Epistola 141 Theodoreti inscribitur Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν ἀκοιμήτων, et monasterium eorum Acœmetense. Victor in Chronico: *Primasius quoque Acœmetensi monasterio relegatur.* Joannes PP in epist. ad Justinianum: *Qui de Cumitensi monasterio fuit.* Recte Cujacius emendavit *de Acumitensi* Idem Victor: *Per monachos monasteriorum Achimitensium* Lege *Acumitenstum* aut *Acœmetenstum.*

Ἀκόλουθος. V. βάραγγοι.

Ἀνταρσία. Theophanes in Phoca: Ἦκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν, *meditatam adversus Phocam rebellionem* Ἀντάρτης qui tyrannidem affectat. Idem Theophanes in Mauricio: Ὁ δὲ τύραννος Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψε. Συναντάρτης est conscius et particeps rebellionis, correbellis Anastasio Bibliothecario Theodorus Metochites: Ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτόν.

Ἀλλάγιον ἀλλαγή commutatio pecuniarum. Etiam hodie Græcis ἀλλάγω est permuto.

Ἀλληλέγγυον. V. Zonaram in Basilio, et Novellam Basilii Περὶ ἀλληλεγγύου ὁμοτελῶν, et Meursium.

Ἄλογον equus, jumentum. Leo Tact. c. 10 § 5: Διοικεῖσθαι τὰ ἄλογα αὐτῶν. Theophanes in Heraclio: Πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διεφθάρησαν. Nicetas Choniat. in Manuele Comm. 2: Τὰ κούρση ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες, et de rebus gestis post excidium urbis: Ἕτεροι δὲ τὰς ὑβρισθείσας ὑπ' αὐτῶν γυναῖκας εἰς τὰ ἄλογα ἀναβιβάζοντες. Basilica ad l. 17 D de petit. hæredit, hodie quoque Græcis ἄλογον est equus. Sic Latini animal pro equo dixerunt. Julius Firmicus Mathes. 3, c. 7: *Regiis animalibus præpositos.* Legis Salicæ tit. 19: *Scuriam cum animalibus vel fœnile incenderit,* Theodorus Studita epist. ad Platonem: *In animalibus sedentes in urbem ingressi sumus.* Ἀλόγοις.

Ἄμβων ambo, pulpitum, suggestus. Annales Fuldenses: *In Basilica S. Petri ambonem ascendit, posito super caput suum Evangelio.* Anastas. Bibliothecarius in Hist. eccles.: *Super ambonem Chalcedonense anathematizavere concilium.* Concil. Laodicen. can. 15: Εἰς τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων. Synodus Cp. 7, act. 1: Πρὸ τοῦ ἱερωτάτου ἄμβωνος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς ἐπωνύμου Σοφίας. Basilius de Vita S. Theclæ, Theophanes, in Justiniano. Nicephorus Callistus 14, 10: Κεῖσθαι ταύτην ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστιν.

Ἀμηράδης, ἀμηρᾶς, ἀμηρεύειν· Zonaras: Ταρσοῦ ἀμηρᾶς, Amiras, amiræus. Amiræum agere ἀμηρεύειν. Theophanes in Heraclio: Τὸν ἀμηρεύοντα αὐτῶν.

Ἀννώνα annona. Glossæ Nomicæ: Ἀννώνα σημαίνει παροχὴν, ἀγορὰν καὶ τὴν ἐτήσιον διανομήν. Meursius legendum putabat βόγαν pro ἀγοράν. Sed nihil mutandum: ἀγορά enim et species annonarias significat, ut observat Casaubonus ad Polibii l. 1. Significat ἀννώνα et salaria, consuetudines, stipendia, opsonia, rogas, quæ militibus aut magistratibus aut aliis erogantur. Novella 130, c. 1. Theophilus ad § ult. de milit. test. Macarius homilia 26. Vegetius 2, 7. B. Ambros. 5 epist. 27. Auctor incertus vel Joannes Cpolitanus in Matth. homil. 51 et 53. Gregorius l. 1 epist. Ind. 3, c. 20

Anastas. Biblioth. in Historia Eccles.: *Macedonius vero Acholium quemdam, qui exemerat adversus se machæram, ex submissione inimicorum suorum per singulos menses annonas præcepit accipere.* V. Basilica ad l. 2 C pro soc. et Gr. interp. ad l. 19 D de testib.

Ἀπληκεύειν castra locare, metari. Leo Tact. c. 5. § 37: Κἀκεῖσε ἀσφαλῶς ἀπλικεύειν. Theophanes in Justiniano: Ἀπλικευόντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως. Hinc ἄπληκτα pro castris. Leo d. c. q, § 34. Onosander Strategici c. 9: Περὶ τοῦ συνεχῶς ὑπαλλάσσειν τὰ ἄπληκτα.

Ἀπόκρεως quadragesima carnisprivium. V. Filesacum de Quadragesima p, 447 et Scorsum ad Hom. 15, Theoph. Ceramei. Nicephorus Gregoras l. 8: Ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρός.

Ἀποκρισιάριος. Isidorus Pelusiotes epist. 144, l. 4: Διὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου μαθόντες. Sexta synod. Cp. act. 1: Ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου. Menologium Julii; Ἀποκρισιάριος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησιας. Apocrisiarius vel apocrisarius. Facundus Hermianensis l. 4: *A Stephano ecclesiæ Romanæ diacono et apocrisario.* Ferrandus diaconus ad Anatolium: *Eutychetis apoerisiarius* ἀποκρισάριος τοῦ Εὐτυχοῦς· Concilii Chalced. act. 1. Hinc apocrisariatus. Humbertus contra Græcorum calumnias: *Apscrisariatus sui tempore* Ἀποκρισιάριον vetus interpres synodi 6 Cp interpretatur responsalem. Facundus d. l. 4 i *Romanæ ecclesiæ responsalem* Aimoinus 3, c. 66: *Per responsales Fredegundis.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccles.: *Responsales vero Felicis Romani conveniens.* Et mox: *Felix autem compertis quæ ab apocrisiariis suis gesta sunt.* Alii responsa facientem. Gregorius l. 7, epist. 5: *Diaconus noster qui apud eum responsa faciebat.* Theophanes: Ὁ τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ποιῶν. Responsum est ἀπόκρισις in Novell. Justiniani. Chronicum Alex.: Καὶ εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπόκρισιν. S. Benedictus abbas Anianæ in Concordia regularam c. 58: *Fratres qui pro quovis responso diriguntur.* Apocrisiarius igitur est legatus ecclesiæ vel principum vel etiam privati.

Ἀρμάμεντον armamentum. Theophanes: Καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἁρμάμεντον. Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. sic vertit: *Et illic posuit armamentum,* Armamentarium ὁπλοθήκη. Gloss. Cyr.: ὁπλοθήκη armamentarium. Josephus Ἀρχ. 9, 7: Ἀνοίξας δὲ Ἰώαδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην. Ruffinus Aquil. ita vertit: *Interea Jaiudas aperiens armamentarium·* Adde Novell. 81, c. 1, Theophanes in Mauricio. *Interdum* ἁρμαμεντον accipitur pro ipsis armis. Leo Tact, c. 6, § 28: Ἑτέρας ἁμάξας φερούσας τὸ ἁρμάμεντον ἑκάστου ἀριθμοῦ τῶν στρατιωτῶν. Constant. Tact.: Ἔχε δὲ καὶ ἑτέρας ἁμάξας βασταζούσας τὸ ἁρμάμεντον.

Ἅρματα arma. Leo Tact. c. 19, § 13: Ἅρματα ἐχέτωσαν. Constant. in Tact.: Φοροῦντα τὰ ἅρματα, Codin. de Offic.: Εἴτε περὶ ἀλόγων εἴτε ἁρμάτων, *Sive de equis sive de armis.* Item: Στερούμενοι ἀλόγων ἢ ἁρμάτων, *Qui equis aut armis nonnullis earent.* Utitur Achmes Ὀνειρ. c. 24, 54, 69 et 156. Thomas Magister: Ὅπλα οὐ μόνον τὰ κοινῶς ἅρματα. Glossæ Nomicæ: Ἅρμα σημαίνει καὶ ὅπλον. Græci igitur recentiores τὸ ἅρμα καὶ τὰ ἅρματα dixerunt. Harmenop. 1, 26. § 12: Ὁ κλέψας ἀλλότριον ἅρμα. *Qui aliena arma subripuit.* Alexius Rhartnrus: Τὸ ἅρμα τὸ ἰσχυρόν. Item: Ἕναι μέγιστον ἅρμα κατὰ τῶν ἐναντίων. Manuel Moschop.: Ἅρμα ἐνικῶς τὸ τέθριππον, ἅρματα δὲ πληθυντικῶς τὰ ὅπλα. Errat grammaticus qui negat τὸ ἅρμα ἐνικῶς arma significare. Eustath. ad Il. 2: Ἡ τοῦ ἅρματος λέξις καὶ ἐπὶ ὅπλου λέγεται, καὶ Ῥωμαϊκὸν τοῦτο. Nicephorus Blemmidas Epitom. leg. c. 8: Τὸ ἅρμα ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. Quemadmodum autem citerioris ævi scriptores τὸ ἅρμα et τὰ ἅρματα dixerunt, ita etiam postrema Latinitas arma usurpavit. Dositheus Magister in Glossis: *Inermis sine arma.* Leges Longobardor. tit.42: *Cum sagitta vel qualibet arma plagam fecerit.* Hinc ἁρμάτοι in libris Basilic. et Cedrenum *armati*. Georgius Alexandrinus in Chrysostomi Vita; Οὔτε γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει τοῦτο πράττομεν, οὔτε ἐν δυναστείᾳ ἱππέων καὶ ἁρμάτων βασιλικῶν καὶ πλήθει στρατοῦ Et ἁρματοῦν *armare.* Concilium Florentinum p. 567 ed. R: Ἵνα δώσῃ κάτεργα εἴκοσι πάσης ἐξόδου ἁρματωμένα. Alexius Rhart. doctr. in S. et magn· Parasc. et ἐξαρμάτος. Corona pretiosa: Ἐξαρμάτος, ἀθωράκιστος, *exarmatus inermis.*

Ἀσηκρητεῖον secretarium. Synodus 8 œcumen. act. 4: Οὕτως ὡμολόγησαν καὶ χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρήτης. Videtur legendum ἀσηκρητεία: interpres enim vertit *in secretariis.* Varia autem erant secretaria, de quibus in σέκρετον.

Ἀσηκρήτης. Glossæ Nomicæ: Ἀσηκρήτης ὁ τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς, *a secretis, a secreta, secretorum notarius.* Procopius Περσ. β': Ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ῥουφίνου καὶ Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα πρέσβεις παρὰ Χοσρόην στείλας· ἀσηκρήτης καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι· σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασιν. Idem Ἀνεκδ. p. 63, in fine: Τοῖς δὲ ἀσηκρήτης καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα εἰς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόρρητα γράφειν, ἐφ' ὧνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτέτακτο. Nicephorus patr. in Breviario Historico: Ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρήτης. Sexta synod.CP. act. 2: Παῦλος μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρήτης σεκρετάριος βασιλικὸς εἶπε. Et act. 4: Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσηκρήτις σεκρεταρίου βασιλικοῦ. Synod. Nic. 2, act. 2: Βασιλικὸς ἀσηκρήτης. Nicephorus Cpolitanus archiep epist. ad Lecnem PP: *Cum igitur ætatem virilem attigissem et juvenilem præterissem in regalibus versatus atriis, militiam quamdam exercebam, et ipsam non absque opera ac remissa, sed quæ per manus et calamos exhibetur. Etenim imperialibus intereram scriptoribus. Asecretis eos vocare soliti, Latinæ linguæ scimus esse dictionem.* Landulphus Sagax l. 17: *Dirigit igitur Phocas Theodorum a secretis.* Primus ordinis πρωτοασηκρήτης, *primus a secretis* Anastasio Biblioth. v. in πρωτοασηκρήτης.

Ἄσημον argentum etiam signatum. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi: Τὸ μὲν χρυσίον δέδωκε πτωχοῖς καὶ τοῖς δεομένοις, τὸ δὲ ἄσημον διένειμεν εἰς τὰς ἐκκλησίας. Hodie ἀσῆμι Græci dicunt pro argento et ἀσημένιον pro argenteo.Cyrillus patriarcha CP.adversus Judæos: Ὅπου εἶχε τὴν κεφαλὴν χρυσῆν, τὰ χέρια καὶ τὸ στῆθος ἀσημένιον.

Ἀσκητήριον asceterium. Julianus Antecessor Novel. 6, 6. Papias: *Assisterium, monasterium Græce,* pro asceterium vel asciterium, ut habent Juliani codices mss. Menolog. Gr. in Marfio: Μετὰ τὴν ἐμὴν ἀποβίωσιν σεμνῶν γυναικῶν οὗτος ὁ οἶκος γενήσεται ἀσκητήριον. Nicephorus Callist. 9, 14: Ὡς ἀλλαχοῦ, παρ' Ἀθηναίοις δηλαδή, τὸ ἀσκητήριον εἶχε. Hinc ἀσκητής apud S. Basil. Theophylactus ad c. 11 Lucæ: Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν καὶ ἀποκεκομμένοι τῶν ἄλλων. Hinc συνασκητής. Curopalates p. 817 et ἀσκήτρια ascetria, Julianus Novella 53, Ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως sive exercitatione: ascetæ enim seu monachi et ascetriæ seu monastriæ in omni pietatis genere se exercent.

Ἀσσάριον assarium, as. v. Gloss. *assem* ἀσσάριον, ὀβολόν, et *assarium* ἀσσάριον, νουμμίον. Cleopatra Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων: Καλεῖται δὲ ἡ οὐγκία τετρασσάριον Ἰταλικόν. Papias: *Assarium nummus, assis, vel figura denarii.*

Αὐγοῦστα Augusta, Augusti conjux. Achmes Ὀνειροκριτ. c. 125. Simoc. 8, 13. Basilica l. 1,

tit. 6, c. 1 : Ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἡ δὲ Αὐγοῦστα ὑπόκειται. Theodor. epist. 138 : Τῇ εὐσεοεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ.

Αὐγουσταιῶν Augustæum. Descriptio urbis Cpolit. : *Augustæum, Capitolium, Monetam.* Pachimerius l. 9 : Αὐγουσταιῶνος αὐλαίαν πληροῦντες. Palatium Cpolitanum.

Αὐγουστάλιος Augustalis. Paulus l. 35, § 3. Ex quib. caus. maj. præfectus quoque Ægypti. Basilica : Ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας. Justinianus Novell. 23 : Ἀκροατὴν ἕξει Αὐγουστάλιον. Julianus *præfectum Augustalem.* Synesius epist. 29, 105 fin. Isidor. Pelus. 3, 50. Nicephor. Callist. 10, 11. Phot. Biblioth. p. 259 ed. Græcolat. Theophylact. Simoc. histor. Mauric. 8, 13. Joann. Mosch. Lim. c. 207 : Ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ Αὐγουσταλίου. Theophanes homil. 46 : Δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται καὶ Αὐγουστάλιος.

Αὐθέντης dominus. Utitur Joannes Cantacuzenus p. 756. Panias : *Authentes dominus, auctor.* Hinc αὐθεντία. Thomas M. : Αὐθεντία δὲ παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος. Joannes Moschus Limon. c. 79 : Δέδωκε δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἁρμαρίου τῷ αὐθέντῃ. Alexius Rhartur : Καὶ ἡ αὐθεντία σας. Et αὐθεντεῖν *et* αὐθεντικῶς. Hesychius : Αὐθεντεῖν ἐξουσιάζειν. Codinus in Παρεκβ. : Αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τοὺς Λατίνους. Cyrill. patriarcha CP : Κύριε, ἤγουν αὐθέντη. Et apud Laonic. Chalcond. μέγας αὐθέντης, *le grand seigneur.* De Sophia Augusta Anastasius in Histor. Eccles. : *Accersitis Sophia Augusta pecuniarum venditoribus et notariis jussit deferri cautiones debitorum et breves. Quibus lectis accepit breves, et præbuit eos debitoribus, et reddidit dominis suis.* Cedrenus αὐθέντας.

Βάϊα dona ab imperatore aut patriarcha quotannis dari solita ante diem Palmarum, unde eis nomen : est enim βαΐς seu βάϊον ramus Palmarum. Joannis c. 12. Porphyrius de abstin. ab anim. v. Epiphanii homiliam εἰς τὰ βάϊα. Doroth. doct. 15 : Μετὰ βαΐων, *cum palmis.* Hinc hebdomas βαϊοφόρος. Georgius Logotheta in Chronico : Ἔσπευσε καταλαβεῖν τὸ νυμφαῖον πρὸ τῆς βαϊοφόρου. Quæ et ἡ τῶν βαΐων. Metaphrastes Sept. in Cyriaco : Ἕως ἡ τῶν βαΐων ἀφίκοιτο. Hæc autem erogatio non semel fiebat. Theophanes in Apsimaro : Καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου. Quæ totidem fere verbis Cedrenus. Vide tamen notas posteriores ad p. 446 b.

Βαΐουλος bajulus. Sophoclis scholiastes in Ajace lorario : Παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος. Balsamo juris GR. p. 472 : Τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν. Theophanes : Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον καὶ βάγιλον αὐτοῦ ἐποίησε παπᾶν. Sic ms. R : lege βαΐουλον. Auctor anonymus in Annal. Franc. : *Rex Carolus cum filiis et exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque suum Ludovicum regem regnaturum in Aquitaniam misit, præponens illi bajulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter decenterque constituens tutelæ puerili congruos.* Historia Miscella l. 23 : *Quæ comprehensos omnes imperatoris homines cecidit atque totondit una cum Joanne protospathario et bajulo ipsius.* Fredegarius scholasticus in Chronico : *Otto quidam filius Beronis domestici, qui bajulus Sigiberti ab adolescentia fuerat.* Aimoinus de Gest. Fr. 4, 38 : *Bajulus r. Sigeberti.* Bajulus est pædagogus, præceptor, monitor, rector, *gouverneur.* Hinc bajulatio. Aimoinus Hist. 5, 39 : *Bajulationi committens.*

Βάνδον bandum, vexillum, signum militare. Hadrianus PP Epist. ad Carolum M. R. : *Qui Neapolitani ipsos Græcos eum bandis et signis suscipientes.* Anastas. Bibl. in Ecclesiastica Historia : *Hunc Hisam in honorem filii sui atque imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militiisque ac blandis* (l. bandis) *ac sceptris in Hierusalem mittit.* Procopius de bello Vandal. 2. p. 123 : Τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας Ἀρμενίῳ. Leo Tact. c. 12, § 62 ; Τὰ δὲ βάνδα, ἤγουν τὰ σημεῖα. Constant. in Tact. : Ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν. Scholiastes in στηλ. τ. α' S. Greg. Naz. : Σύνθημά ἐστι τὸ σημεῖον καὶ σύμβολον τοῦ στρατοῦ ὃ καλοῦσι βάνδον. *Bandora*, cohors militum, scara. Acta vitæ Alexandri PP 3 : *Concurrerunt signiferi cum bandis.* Radevicus 2, 66 : *Signis et bandis præcedentibus ad palatium perduxerunt.* Historia Wambæ regis Toletani : *Illum cum bandorum signis accessisse.* Benno Cardinalis de Vita Hiltebrandi l. 1 : *Et cuncti milites banda gestantes.* Anastasius in Adriano : *Eum cum bandora susceperunt.* Hinc βανδοφόροι. Procop. d. l. 2, p. 134 : Ὁ δὲ ἕτερος τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Leo Tact. c. 4, § 14 : Καὶ βανδοφόρος μέν ἐστιν ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων. Signiferi, vexillarii, iidem draconarii dicti. Ordo Romanus : *Deinde milites draconarii, id est qui signa portant.* Theodoret. epist. 59 : Κομίζει δὲ ταύτην Πατρωῖνος δρακονάριος. Adde epist. 133. Significat βάνδον et turmam, scaram vel cuneum militum. Glossæ Nomicæ : Κουστοδία στρατιωτικὸν στῖφος, ὃ βάνδον Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Auctor vitæ Caroli M. in Annalibus Francicis : *Dominus vero Carolus una cum Francis castra metatus est ad easdem, misitque scaram suam.* Et p. 19 : *Perveniensque in locum Ingilherim misit quatuor scaras.* Denique βάνδον victoriam significat, si Stephanum de Urbibus sequamur in Ἀλαβάνδα. Παρὰ Ῥωμαίοις, inquit, βάνδον τὴν νίκην φασίν.

Βάραγγοι protectores Cujacio, securigeri. De his Codinus de offic. vet. inscr. χιλιάρχῳ κοορ, θ' βαράγγων. Joannes Cantacuzenus 1, 41 : Οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι. Græci ad l. 3, § 5 D. ad leg. Cornel de sicar. : Βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον βάραγγον συγκλητικὸν φονεύσαντος. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, δηλοῖς εἰς βαράγγους καὶ μεγιστᾶνας καὶ ἀξιωματικούς. Hi Celtæ erant, ut scribit Scylitzes apud Cedren. p. 792 d. in ora, vel Angli, ut Codinus. Præfectus eorum ἀκόλουθος, ut jam observatum.

Βαρδούκιον hastile, jaculum, pilum, telum, quod jaci potest. Constantinus in Tacticis : Τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια.

Βασιλεύς rex, imperator, de præsentis temporis rege. Zosimus 5 : Ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ. Εἰ βασιλίς pro Augusta. Idem lib. eodem : Σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος. Sic Byzantini imperatorem vocare soliti. Annales Francorum : *More suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes.* Et iisdem pene verbis auctor Vitæ Caroli M. et Eginardus de gestis Caroli M. et Annales Fuldenses. Cæteros ῥῆγας per contemptum appellabant, ut ῥῆγα Φραγγίας. V. Luitprandum in Legatione.

Βεργίον virga. Anastasius Biblioth. in Historia Eccles. : *Contra Vulgares fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit.* Leo Tact. c. 7, § 3 : Μετὰ σκουταρίων καὶ βεργίων. Et § 18 : Ἀντὶ σπαθίων βεργία ἢ νάρθηκας ἢ καλάμους ἀντὶ κονταρίων ἀναδιδούς. Constant. in Tact. : Βασταζέτωσαν δὲ καὶ σκουτάρια καὶ βεργία. Menolog. in Martio : Ἔπλεξεν οὖν ὁ γέρων μέχρις ἐννάτης ὥρας οὐεργίας (sic) ms.) δεκαπέντε μόχθῳ πολλῷ.

Βεστιαρίτης. V. Πρωτοβεστιάριος.

Βίγλα vigilia. Eustath. Il. 2 : Σκοπὴν δὲ λέγει τὴν κοινῶς λεγομένην βίγλαν. Theophanes : Κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος. Leo Tact. 11, § 9 : Ἔχειν δὲ καὶ βίγλας ἔξωθεν.

Et c. 17, § 54 : Ἵνα βίγλα ἀκριβὴς καὶ ἀσφάλεια τοῖς λοιποῖς γένηται. Hinc βιγλάτωρ excubitor. Idem Leo c. 14, § 16 : Μετ' ὀλίγων βιγλατόρων. Et βιγλεύειν excubias agere. Leo c. eodem, § 13 : Ὀφείλων βιγλεύειν. Et d. c. 17, § 102 : Διὰ τοὺς βιγλεύοντας πάντως. Vel βιγλίζειν vigilare. Constant. in Tact. p. 38 : Πρὸς τὸ βιγλίζειν αὐτούς, et p. seq. Ἵνα προλαμβάνωσιν οἱ καβαλλάριοι, καὶ βιγλίζωσιν.

Βιξιλλατίωνες vexillationes, alæ equitum. Glossæ Cyrilli : Βεξιλλατίων *vexillatio*. De vexillationibus Veget. et Cuj. ad l. ult. C. de his qui non impletis stipend. sac. sol. sunt.

Βίσεξτος bisextius. Anastasius Antiochenus : Ὅτε ἡ τετραετία τοῦ λεγομένου βισέξτου εἰς τελείαν ἡμέραν ἀπαρτίζει τὴν κίνησιν. Glossarium ms. illustriss. F. cancellarii Petri Seguierii : Βίσεξτον ἐπινέμησις τετραετίας.

Βλαττίον blatta. Salomon episcopus :

Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombyce aut gemma, blattis eborique fuisset.

Constantinus de administr. imper. : Οἶον βλαττία. Pannus sericus. Fortunatus 2, 3 :

Serica cui niveis agnata est blattea telis.

Βουκελλάριος bucellarius. Glossæ Nomicæ : Βουκελλάριος ὁ ἀποστελλόμενος καὶ φέρων τινά. Item : Βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. Græci lib. 60 Basilic. : Βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. Ἐκ δὲ τοῦ βούκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. *Bucellarii dicuntur stationarii milites. Ex nomine autem bucca, quod est panis, vocantur bucellarii, panem alicujus edentes in hoc ut morentur apud eum.* Buceliarii igitur sunt custodes corporis, protectores, stipatores, satellites, armigeri, asseclæ, domestici procerum vel principis. Sic etiam dicti clientes. Papias : *Cliens bucellarius.* Iidemque parasiti dicti. Aldhelmus de laudib. virginit. : *Hæc tanta prodigia cernens Claudius tribunus obstupuit, et corde compunctus cum septuaginta militibus et omni familia et vernacula clientela una cum parasitis et sodalibus credidit in Dei Filium.* Et ibidem : *A propriis parasitis et domesticis clientibus.* De them. Bucell. vide Const. de th. orient. th. 6, et eumdem de Admin. imp. c. 51, et Curop. p. 839.

Βουκινάτωρ buccinator. Theophanes : Δύο ἀδελφοί τινες φιλόχριστοι ἐν Τριπόλει καταμένοντες, υἱοὶ βουκινάτορος. Scholia in Epitom. SS. Cann. tit. 2, sect. 2 : Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βουκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθείς, id est, *Sub patriarcha Theodosio buccinator quidam imperatorius baptizatus.* A buccina seu tuba, quæ βούκινον Græcis posterioribus. Suidas : Φωνασκεῖν εὐφωνίαν ἀσκεῖν, καὶ φωνασκικὸν βούκινον. Glossæ Cyrilli : Σάλπιγξ tuba, litua, buccinum ; quanquam inter buccinam et tubam nonnihil interest.

Βούνευρον. Theophanes in Phoca : Ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν. Et alibi : Ἀνὰ ῥ' βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι. Menologium in Martio : Τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας τοῖς βουνεύροις ἀνηλεῶς συγκοπτομένου. Simeo Metaphr. in Sergio et Baccho : Καὶ τὸν μὲν Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παρεδίδου, τούτῳ δῆθεν ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας· τὸν Βάκχον δὲ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα βουνεύροις ὠμοῖς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι. Constant Manasses : Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας· Item : Ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν καταικίζει τὴν σάρκα. Martyrologium Usuardi mense Oct. d. 7 : *Quorum Bacchus tam diu est nervis crudis* (βουνεύροις) *cæsus quoadusque totus corpore discissus in confessione emitteret spiritum.*

Βραχιόνιον armiliæ. Achmes c. 127 Ὀνειρ. : Ἐὰν ἴδῃ ὅτι βραχιώνια ἔλαος χρυσᾶ.

Γαλέα vel γαλαία triremis, *galère*. Leo Tact. c. 19, § 10. Γαλιάτζα Conc. Flor. p. 567 ed. R. *Galéasse.*

Γενικόν ærarium publicum. Huic præfectus τοῦ γενικοῦ λογοθέτης dicebatur. Nicephor. Gregoras l. 7. Codin. de offic. eumdem γενικόν appellatum tradunt viri eruditissimi ex hoc loco Suidæ : Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσι. De quo dubito ; nam de eodem Joanne sic scribit Nicephorus in Breviario historico : Τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Atque ita forte legendum apud eumdem p. 115 : Τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην καλοῦσι, nisi δημόσια pro tributis accipias. Theop. in Constantino : Τόν τε Θεόδοτον τὸν μοναχὸν καὶ γενικὸν λογοθέτην. Hinc ἀπὸ γενικῶν, qui eo munere functus. Joannes Scylitzes in principio historiæ : Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν. Chronologia vetus : Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν. Eadem verba in 8 synodo p. 448 ed. Rom.

Δεήσεις, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Libelli, libellorum magister. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Δοὺς τὰς δεήσεις τῷ βασιλεῖ. Græcus auctor ms., quem citat eruditissimus Allatius dissert. 2 de lib. Eccl. : Ἰωάννου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων. De referendario et regendario dicam in Gloss. Nomic.

Δεκανοί decani. V. tit. C de decanis B. Chrysost. in Epist. Pauli ad Hebr. c. 7, hom. 13, p. 505 ed. Anglic. : Καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσί. Flotilda in visionibus : *Audiebatque vocem dicentem, quod hi essent archidiaconi et præpositi judicesque et majores atque decani.* B. Ambrosius l. 5, epist. 35 : *Quod ad Portianam basilicam de palatio decanos mittebant.*

Δηλάτωρ, δηλατορεύειν, delator. Ulpianus in Timocrateam τὸν προσαγωγέα interpretatur δηλάτωρα. Theodoretus epist. 43 : Καὶ δηλάτορος ἔργον δεξάμενος. Utitur etiam epist. 45. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Ἔτυχε δὲ κατά τινα φθόνον διαβολικὸν δηλατορευθῆναι ταύτην τὴν ἄωρον χήραν εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.

Διαιτάριος atriensis. Glossarium Philoxeni : atriensis διαιτάριος, διαιτάρχης. Theophanes : Εὐτυχιανὸς δέ τις πρῶτος τῶν δαιταρίων. Vet. Inscript. p. 576, 7 : *Dietarchus domus Augustæ.* Et in Heraclio : Ἐκρατήθησαν δὲ καὶ ἐν τῶν διαιταρίων τοῦ παλατίου πολλοί. Menologium d. 30 Julii : Ὑπὸ τῶν διαιταρίων τοῦ μεγάλου παλατίου ἀποκομίζεται. Martyrolog. Notkeri : *Qui cum esset xætarius palatii,* pro diætarius, ut zabolus pro diabolus apud Phœbadium contra Arianos et Gild. Sap.

Δικέρατον tributum veterum murorum reficiendorum causa a Leone iconomacho institutum. Vide tamen Constant. Manass. p. 93 in Nicephoro. Theophanes infra in διοικητής. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. : *Ast imperator allocutus est populum dicens : « Vos non valetis ædificare muros, sed nos præcipimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos annos nummum argenteum unum, quo imperium accepto ædificavit muros ; et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus.*

Δικτάτωρ dictator. Polyb. p. 237 d. 238 c. Diodor. Sicul. p. 127, in fin. t. 2 et p. 919. Et 2. Pæan. Eutrop. met. p. 67.

Διοικητής publicanus, tributorum exactor. Theophanes : Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια διδεῖν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Administratorem vertit Anastasius loco supra citato. Hadrianus PP Epistola ad Carolum M. : *Missi,* inquit, *Græcorum duo spatharii imperatoris cum diæcete, qui Latine dispositor dicitur.*

Δίπτυχα. In his erant inscripta nomina episcoporum. Constantinus Pogonatus epist. ad Domnum PP (habetur tom. III concil. Gr. p. 7 e ed. R.) : Ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων. Synodus Mopsuestena, cujus acta habentur in 5 synodi act. 5 : *Theodori antiqui nomen ejectum est diptychis.* Facundus Hermianensis l. 4 : *Cognovi nomen Joannis in sacris diptychis scriptum.* Idem catalogum episcoporum vocat l. 8 : *Ut ex catalogo episcoporum nomen ejus Atticus episcopus juberet auferri.* Ἱερατικὸν κατάλογον S. Cyrillus ad Atticum apud Nicephor. Call. 14. 26. Βίβλον ἐπισκόπων B. Chrysost. epist. 125, et diptycha dicta, quia tabulæ duplices erant, in quarum altera vivorum nomina prescripta, in altera vero eorum qui obierant. Γραμματεῖον autem δίθυρον intelligit Georgius Alexandrinus in Vita Chrysostomi : Καὶ λαοὺν ὁ Ἰωάννης δίπτυχον ἔγραψεν Ἐπιφανίῳ, sive duplices tabellas, in quibus epistolam scripsit Chrysostomus.

Δομέστικος τφῆς ἐκκλησίας domesticus ecclesiæ. V. Liturgiam ordinum parte 7, in consecratione episcopi et Meursium in hac dictione. Δομέστικος σχολῶν, στρατάρχης, præfectus, domesticus scholarum. Constantiuus Manasses :

Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθ-
ἱστάνει,
Ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἶποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.

Historia Miscella 22 : *Antionium patricium et scholarum domesticum.* De domesticis agemus in Glossario Nomico.

Δούξ dux, ἡγεμών, στρατιωτῶν ἄρχων, στρατιωτικῶν καταλόγων ἄρχων, στρατοπεδάρχης. Glossæ juris : Δοὺς ἡγεμών. Constantinus de themat. 1 : Ὑπὸ δοῦκά καὶ ἡγεμόνα. Procopius Περσ. α' : Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, ὃν δοῦκα καλουσι. Et de ædific. Justin. : Στρατιωτικῶν δὲ καταλόγων ἄρχοντα τῇδε καταστησάμενος, ὃν δοῦκα καλοῦσι. Eusebius Historia Eccles. 9, 5 : Στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι. Joannes Cantacuz. l. 4 : Ἐχομένης δὲ τῆς Χίου, ὥσπερ ἱστόρηται ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἐκ Γενούας ἀδίκως ἐν σπονδαῖς, πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῆς. δοῦκα ἐγχωρίως προσαγορευόμενον, ὁ βασιλεὺς ἔπεμψε. Niceph. Call. 7, 26. Harmenop. 1, 16, § ult. : Πᾶσα προπέτεια κατὰ δουκὸς ἡ ἄρχοντος τοῦ στρατιώτου κεφαλικὴν ἐπάγει τιμωρίαν. Arrius Menander in l. 6 de re milit. dixerat *Adversus ducem vel præsidem.* V. ad Gloss. Basil.

Δρουγγάριος præfectus drungi, tribunus, turmæ unius præfectus. Glossæ juris : Δρουγγάριος ὁ χιλίαρχος. Item : Δρουγγάριον οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸν μιᾶς μοίρας ἤτοι τούρμας ἄρχοντα. Vetus inscriptio : Γρηγορᾶ βασιλικοῦ στράτορος καὶ δρουγγαρίου γεγονότος. P. 1161. 2. Erant autem plures, inter quos quidam μεγάλοι, ut præfectus rei navalis, δρουγγάριος τῶν πλωΐμων, Cedreno ὁ τοῦ στόλου δρουγάριος, præfectus classis. Anna Comn. Alexiad. 3. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patr. CP : Ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος. Τοῦ. ναυτικοῦ δρουγγάριος Constantin. Manass. et δρουγγάριος τῆς βίγλης drungarius vigiliæ. Constantinus Manass. ; Βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος, εἶποιεν ἂν Ῥωμαῖοι. Historia Miscella l. 24 : *Multi protospatharii et spatharii et excubitus domesticus et ordinum princeps, seu drungarius imperialis vigiliæ.* Rectius legitur apud Anastast. Biblioth. in Hist. Eccl. : *Quin et ordinum princeps et exc. domest. seu drungarius vigiliæ.* De drungario Cibyrrhæotarum Cedrenus in Leontio, Nicephorus in Breviario historico, Theophanes. Vide ad Gloss. Basilicorum.

